

i 1182

0  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14

*Farrag R. 4076*  
**IVSTINI**

EX TROGI POM-  
PEII HISTORIIS  
EXTERNIS LIBRI  
XXXXIII.


\*\*

HIS ACCESSIT

**EX SEXTO AVRELIO**

*Victore De vita & moribus Romanorum Imperatorum Epitome.*

Omnia quam diligentissime ex variarum  
exemplarum collatione castigata.



LVGDVN I GRANADA  
APVD THEOBALDV  
PAGANVM

1560.

*Farrag R. 4046*

# IVSTINI

EX TROGI POM-  
PEII HISTORIIS  
EXTERNIS LIBRI  
XXXXIII.

\*\*  
HIS ACCESSIT  
EX SEXTO AVRELIO  
*Victore De vita & moribus Romanorum Imperatorum Epitome.*

Omnia quām diligentissimē ex variarum  
exemplarium collatione castigata.



# DE UTILITATE

## LEGENDÆ HISTORIÆ

SIMON GRYNAEVS  
LECTORI.



I Q V A M certa habet ad uitam documenta historia, tam ea sit excerpere et usurpare cuius expeditem, mortalibus omnibus recte proximam, in uberrimos et fructuosissimos historia campos sine mora irrumpendum iudicaremus. Quid enim uel iucundius ut utilius cogitari potest, quam in humanae uite theatro, quod illa partibus omnibus mirè instructum habet, sedentem, periculis aitorum, sine suo periculo, cautum sapientemque fieri exempla capere omuigena, que ad usum tuum utiliter qualibet in re traducas: cumque maximorum hominum de summis rebus maximis consilii interfuerint, id quod cupidissime homines auemus, coruadet etiam euentibus interesse: et quod per angustiam uite hominum impossibile sit alioqui, secula tota memoria coniungere: maximo rum imperiorum auspicia, progressus, et finem uidere: malorum seu priuatorum seu publicorum causas liquidè cognoscere: in omni ardua magnaque re qui ante te periclitetur, qui in discrimine te praecedat, habere: nec usquam experimento certo destitui: ac ut in summa dicam, è retroactis (quod propriè sapientis uiri officium est) futura scien ter in omnes euentus prospicere: presentia iudicare? Sed enim cum tanto instructiores accedere deceat, quanto fructibus uberioribus grauior historia est, et fecundior: cumque difficultas sit eadem et de sua, et de aliorum uita recte iudicandi: nec alienam quisquam, quantumvis perspicia

spicaces hic simus, intueri recte possit, qui non potest suam: utrumque intelligitur, et summan hic difficultatem uerari, et multò antequam hoc accedamus, non solum prudentia quadam ciuili tinctorum, sed uite totius certy proposito firmatos esse oportere: ni fluctuare animis, et miserè spectris uite inanibus circunduci perpetuò uelimus. Quemadmodum enim in amplissimo, maximeq; multiplici, et omnigenis cupedijs referto coniuio fit, ut quanquam aliud alijs, paucis eadem, sua cuique, uoracibus omnia probentur, ac prout quisque palato est, sic presenti lauitia afficiatur: tamen et modus sit aliquis, quem posuit natura, et alimenti genus certum, simplexq; et incorruptum maximè, maxime corporibus idoneum: à quorum alterutro quisquis discedit, et ultra uel modum, uel iudicium naturæ sibi indulget, incommodi plus ex istis uoluptatibus, quam uoluptatis reportet. Sic in illa totius uite humanae diuersitate, quam quan mille species, mille proposita sunt, ac qualiter est animo quisq; et iudicio comparatus, sic de uita uel sua uel aliena sentiat: tamen unica uirtutis ueræ callis est, quam qui scienter tenet, recte uita solus utitur: cateri, quemadmodum illi in cena dubia, cum omnia inuitent, quid potissimum sequantur, quò tendant, nec in sua ipsis, nec in aliena inuenire uita possunt unquam. At si quicquam est natura datum homini, quo cum recte uti contrarie liceat, hac uti circumspectissime decebat. Quotus autem quisque est, obsecro, qui in omnia dicta, facta uel sua, uel aliena, regula uirtutis adhibita, cautius quam in cibos positos animaduertat, quicq; se in isto quidem negotio non satis putet doctum? Qua quidem in re mirum est quam se fallant homines, dum historiam putant esse que doceat legentem: quum ea materiæ discendi tantum suppeditans, sic, quemadmodum con-

uiuum illud, talem unicuique praebeat usum, qualiter ipsius est animo affectus. Alios igitur suauitate lectionis abduci uidemus, & uoluptatem secutos, fructus illos pulcherrimos amittere. Iis ex omni historia non amplius queritur, quam quod ad cithara cantum otia fallentibus, scilicet molestiam temporis discutiunt, maiori cum molestia mox conflictantur. Nulli enim uoluptas est, qua non respicit uirtutem. Alios illa fulgens glorie species tantum sollicitat, ac (qua ceteris in rebus animi flexibilias est) in omnem eminentem & excelsam imaginem frustra transformat, oblitos non alio gloriosa exempla scriptoribus posita, quam ut uirtutem secuti, gloriam ipsis quoq; (si nulla offeratur) contemnere: si comes addatur, non insolentibus animis perferre queamus. Ac cum ad similem gloriam aspirare, sine simili uirtute, nemo nisi stultus instituat: plerosq; tamen uidemus, tantum quia praelatas res legerunt, arduum quiddam sapere, multum sibi arrogare, tragedis istis similes, qui personarum quas amplissimas preferebant, etiam posito habitu mores imitantur. Sunt etiam, atq; hi non pauci, quos noua miraque sola oblectant, plebeis animis homines, qui imperatorum more persepe pluris purpuram quam uirum, emblemata quam opus ipsum faciunt. Adeo miram uim in animis legentium historiam exercet. Iam cum excitare socordiam humanam, & aduersus pericula communire, uel maxime propositum historie sit: & exemplorum (quibus ad suadendum nihil potentius est) uis eò maxime tenet: securitate hominum, nihil ad se aliena pericula pertinere credentium, fit, ut surda iacenteq; aure memorabilissime res audiantur leganturq;. Denique sunt etiam, qui, quod minime putes, in illam ipsam severioris lectionis partem delinquent: quasi non ut gestae sunt, sed ut geri oportebat

tebat res, sic scribi quoque debeat. Igitur ex illa securitate partim, partim crapula lectionis promiscue, & temerarie, fit, uelut ex humoribus corruptis, ut quedam iudicij naxegia, & opinionis, quam de uita rectissimam & sanam esse maxime decebat, duxerat, lubricumq; uite propositum contrahatur: ac ut intemperantibus nil proficit aliamentum, sic ad nos lectionis uirtus prorsus ueniat nulla. Vides, arbitror, quonam pacto legendi historiam, & uitam cuique suam insufficiendi, ratio sit propemodum par. Ac prima quidem haec difficultas est, iudicij nostri peruersitas inquam: qua facit, ut non quà maximam ex se se uim habere exempla decet, sed quà maxime inclinat, propendetq; animus, impellamur. Est uero & illa non minor, quòd res gestas sic scriptores apponunt, ut non solum gratiam aliquam captent, sed palatum ipsis quoque suum secuti, ac ueluti structores quidam, iudicium suum interponentes, ultra quedam laudibus tollant, ac quicquid uidetur ipsis, nobis quoq; sectandum putent. Quid quidem si facerent simpliciter, consentire, dissentirene facilius sit. Nunc quemadmodum coqui gulam sèpius, quam commodum heri spestant, ita lectorem etiam historicus, utinam non magna ex parte captaret. Igitur bifariam iam, & nostro iudicio, & præiudicio scriptorum, persepe circunducimur, ut qui non nudas res scribant: interpres enim gestarum rerum historicus est, cuius iudicium si uitio laborat, perinde fit, ut cum unum ex se generosum & nobile, graueolentiam uel è uase contrahit, uel alioqui lenocinio deprauatur: qua res uel impostura, uel infictia maxima est, & intoleranda. Videre uno tantum exemplo licet, quid interficit iudicium scriptoris. Prophanus consilio & industrie hominum magnarum rerum euenta tribuens, quanquam mentiri se tot

euctibus expertus, in miram stultitiam conuicit homines: ut quorum omnis notitia uix oculis subiectarum rerum considerationi sufficiens, uis autem & robur non longe uermiculos supergrediens: ab uno leuiq; successu, terrarum orbis administrationem arroget sibi. Sed initatus ille se-  
cūs: humano consilio geri res quidem, sed diuino modera-  
ri docens, & stultitia liberat homines & superstitione,  
malo non minore. Per cetera quid inter se generibus offi-  
ciorum distent, debet esse bonis quidem ( quorum sacra  
omnia studia sunt ) non ignotum. Hec primum eo monco,  
ut cum censem id genus autores, uel propter immensam  
exemplorum innumerabilium uim quammaxime legudos,  
etiam hoc iuuenes cogitent, quā uelint circumspecte so-  
liciteq; legi, propositis tantis uel fructibus, uel periculis.  
Perinde enim euenit, si quis uel historiam obiter adeun-  
dam, uel uitam ipsam temere, & citra exactam officiorum  
omnium conseruationem transigendam ducat: quod rusti-  
cis: qui cum uicine urbis populatione, pharacopolium  
quoddam indruſiſum diriperent, & suauitate bellu-  
riorum aromatumq; in que primum inciderant illeſti, ca-  
teraq; generis eiusdem rati, omnia haurirent, sorberent,  
uorarent, glutirent, alij correpti morbo, alij phrenes,  
plerique exanimati sint, nemo non miris modis afa-  
fectus, risus exercitu toto obortus. Aequo enim  
commodis, incommodis, ut uita, sic uita  
imago historia scatet: in usu tan-  
tum uite, sita uita pruden-  
tia totius est. Vale,  
& his bene  
fruere.

## IVSTINI HI-

## STORICI CLARISSIMI

in Trogi Pompeij historias exor-  
dium ad Antoninum In-  
peratorem.



V V M multi ex Romanis, etiam Confusa  
sularis dignitatis uiri, res Romanas Grae-  
co, peregrinōq; sermone in historiam con-  
tulissent: seu emulatione glorie, seu ua-  
riate & nouitate operis delectatus, uir  
prise eloquentie Trogus Pompeius, Graecas, & totius  
orbis historias Latino sermone composuit: ut cum nostra  
Greca, Graeca quoque nostra lingua legi possent, prorsus  
rem magnam & animi, & corporis aggressus. Nam cum  
plerisque autoribus, singulorum regum uel populorum res  
gestas scribentibus, opus suum ardui laboris uideatur,  
nonne Pompeius nobis Herculea audacia orbem terra-  
rum aggressus uideri debet, cuius libris omnium seculo-  
rum, regum, nationum, populorumque res gestae continen-  
tur? Et que historici Graecorum, prout commodum cui-  
que fuit, inter se gregatim occupauerunt, omisisque sine certatim  
fructu erant, ea omnia Pompeius diuisa temporibus, &  
serie rerum congregata composuit. Horum igitur quatuor  
& quadragesima uoluminum ( nam totidem edidit ) per or-  
tium, quo in urbe uersabamur, cognitione queque digna  
excerpsi. Sed omisis his que nec cognoscendi uoluptate  
iucunda, nec exemplo erant necessaria, breue ueluti cor-  
pusculum florum feci: ut haberent & qui Graeca didicis-  
sent, quo admonerentur: & qui non didicissent, quo in-  
fruere

struerentur. Quod ad te Imperator Antonine non tam cognoscendi, quām emendandi causa transmisisti: simul ut otium mei, cuius et Cato reddendam rationem putat, apud te ratio constaret. Sufficit enim mibi in hoc tempore iudicium tuum, apud posteros; cum obstrestitutionis inuidia decesserit, industriae testimonium habuero.

IVSTINI HISTORICI IN TROGI  
POMPEII HISTORIAS  
LIBER PRIMUS  
M V S.



RINCIPIO rerum, genium, nationumque imperium penes reges erat: quos ad fastigium huius maiestatis non ambitione popularis, sed spectata inter bonos moderatione prouchebat. Populus nullis legibus tenebatur: arbitria principum, pro legibus erant. Fines imperij tueri magis, quam proferre, mos erat. Intra suam cūique patriam regna finies nimis bantur. Primus omnium Ninus, rex Assyriorum, ueterem, et quasi auitum gentium morem noua imperij cupiditate mutauit. Hic primus intulit bella finitimas: et rudes abhuc ad resistendum populos ad Libye terminos usque perdomuit. Fuere quidem temporibus antiquiores, Vexores rex Aegypti, et Scythie rex Tanais: quorum alter in Pontum, alter usque Aegyptium exceperit. Sed longinqua, non iniusta bella gerebant: nec imperium sibi, sed populis suis gloriam

gloriam querebant, contentique uictoria; imperio abstinebant. Ninus magnitudinem questie dominationis continua possessione firmauit. Domitis igitur proximis, cum accessione uirium fortior ad alios transfret, et proxima queque uictoria instrumentum sequentis esset, totius Orientis populos subegit. Postremum illi bellum cum Zoroastre, rege Bactrianorum, fuit, qui primus dicitur artes magicas inuenisse, et mundi principia, syderumque motus diligentissime spectasse. Hoc occiso, et ipse deceperit, relicto impubere adhuc filio Nino, ex uxore Semiramide. Hec nec immaturo puero ausa tradere imperium, nec ipsa imperium palam tractare, tot ac tantis gentibus uix patienter uni uiro, neandum foemine parituri, simulat se pro uxore Nini, filium pro foemina, puerum. Nam et statura utrique mediocris, et uox pariter gracilis, signa formae, lineamentorum aequalitas matris ac filio similis. Igitur brachia ac crura uelamentis, tiara caput tegit: et ne nouo habitu aliquid occultare uideretur, eodem ornatu et populum uestiri iubet: Exinde, pro quem morem uestis exinde gens uniuersa tenet. Sed primis in hunc usum sexum mentita, puer credita est. Magnas deinde res que diem. gescit: quarum amplitudine, ubi inuidiam superatam putat, que sit fatetur, quemue simulasset. Nec hoc illi dignitatem regni ademit, sed admirationem auxit, quod mulier non foeminas modo uirtute, sed etiam uiros anteiret. Hec Babyloniam condidit, murumq; urbis cocto latere circundedit arena, pice, bitumine interstrato: que materia in illis locis passime terra exstuat. Multa alia preclara huius regime sucre. Siquidem non contenta acquisitos a uiro regni terminos tueri, Aethiopiam quoque regno suo adiecit. Sed et Indie bellum intulit: quod praeter illam et Alexandru M septimo. gnum, nemo intravit. Ad postremum cum concubitum filij \*At petiueret

Exinde, pro  
in hunc usum  
deinde res que diem.

Lacum Af-  
phaltite in-  
telligit, de  
quo Pli. lib.

Semiramis petiisset, ab eodem intersecta est duos et xli. annos post  
xlii. annos regno poti-  
ta.

Ninum regno potita. Filius eius Ninus contentus elabo-  
rato a parentibus imperio, belli studia depositus, et ueluti  
sexum cum matre mutasset, raro a uiris uisus, in foemina-  
rum turba consenserit. Posteri quoque eius exempla sequuti,  
responsa gentibus per internuntios dabant. Imperium

Assyrii re- Assyrii, qui postea Syri dicti sunt, annos m. ccc. te-  
gnauerunt nuere. Postremus apud eos regnauit Sardanapalus, uir  
annos m. ccc.

Sardanap= muliere corruptior. Ad hunc uidendum ( quod nemini ante  
lusi. eum permisum fuerat ) prefectus ipsius, Medis prepo-  
sitius, nomine \* Arbactus, cum admitti magna ambitione

\* Arbaces, ager obtinuisse, inuenit eum inter scortorum greges pur-  
puram colo nentem, et muliebri habitu, cum mollitia cor-  
poris, et oculorum lasciuia omnes foeminas anteiret, pen-  
sa inter uirgines partientem. Quibus uisus, indignatus ta-  
li foeminae tantum uirorum subiectum, tractauique lanam,  
ferrum et arma portantes parere, progressus ad socios  
suos, quid uiderit, refert. Negat se ei parere posse, qui se  
foeminam malit esse, quam uirum. Fit igitur coniuratio:  
bellum Sardanapalo infertur: quo ille auditio, non ut uir  
regnum defensurus, sed ut metu mortis mulieres solent,  
primo latebras circunspicit, mox deinde cum paucis et

Sardanapali incompositis, in bellum progreditur. Victus, in regiam se  
mors virilis. recipit, et extructa pyra, se et diuitias in incendium  
mittit, hoc solo imitatus uirum. Post hec statuitur rex, in-  
terfector eius \* Arbactus, qui prefectus Medorum fue-

\* Arbaces; rat. Is imperium ab Assyriis ad Medos transfert. Post  
multos deinde reges, per ordinem successionis, regnum ad

Mandane Astyagen descendit. Hic per somnum uidit ex naturalia  
ca dicta fuit, autor Valer. bus filiae, quam unicam habebat, uitam enatam, cuius pala-  
mite omnis Asia obumbrabatur. Consulti harioli, ex eadem  
Maximus. filia

filia nepotem ei futurum, cuius magnitudo prænuntietur,  
regniq; ei amisionem portendi, responderunt. Hoc repon-  
so perterritius, neque claro uiro, neq; cui dedit filiam, ne pa-  
terna maternaque nobilitas nepotis animum extolleret: sed  
de gente obscura tunc temporis Persarum, Cambysi me-  
diocri uiro, in matrimonium tradidit. Ac ne sic quidem soa-  
mnij metu deposito, grauidam ad se filiam accerit, ut sub  
aui potissimum conspicu fœtus necaretur. Natus infans  
datur occidens Harpago, regis omnium consiliorum par-  
ticipi. Is ueritus, si ad filiam mortuo rege uenisset impe-  
rium, eò quod nullum Astyages uirilis sexus genuerat, ne  
illa necati infantis ultiōem, quam à patre non potuisset, à  
ministro exigeret, pastori regij pecoris puerum exponen-  
dum tradidit. Forte eodem tempore et ipsi pastori filius  
natus erat. Eius igitur uxor audita regij infantis exposi-  
tione, summis precibus rogat, sibi afferri ostendique pue-  
rum: cuius precibus fatigatus pastor, reuersus in syluam,  
inuenit iuxta infantem canem foeminam, paruulo ubera prä-  
bentem, et à feris et alitibus defendantem. Motus etiam  
ipse misericordia, qua motam ipsam cane uiderat, puerum  
desert ad stabulum, eadem cane anxiè prosequente: quem ut  
in manum mulier accepit, ueluti ad notam puer allusit, tan-  
tusq; in illo uigor, et dulcis quidem blandientis risus appa-  
ravit, ut pastorem uxor ultro rogarerit, quò suum partum pro  
illo exponeret, permitteretque sibi, siue fortune ipsius, siue  
spei siue puerum nutrire. Atque ita permutata sorte par-  
uolorum, hic pro filio pastoris educatur, ille pro nepote  
regis exponitur. Nutrici Spacon postea nomen fuit, quia  
canem Perse sic uocant. Puer deinde cum inter pastores  
esset, Cyri nomen accepit. Mox rex inter ludentes forte  
delectus, cum per lafciuam contumaces flagellis cecidi-  
set à

set, à parentibus puerorum querela est regi delata, indignantibus à seruo regio ingenuos homines seruilibus uerberibus affectos. Ille accersito puero et interrogato, cum nihil mutato uultu, fecisse se ut regem respondisset: admis ratus constantiam, in memoriam somnij responsiq; reuocatur. Atque ita cum et uultus et similitudo, et expositionis tempus, et pastoris confessio conuenirent, nepotem agnouit. Et quoniam defunctus sibi somnio uideretur, agi-

\* minatione tato inter pastores regno, animum \* minacem dumtaxat in illo fregit. Ceterum Harpago amico suo infestus, in ultionem seruati nepotis, filium eius interfecit, epulandumq; patri tradidit. Sed Harpagus ad praesens tempus disimulato dolore, odium regis in vindicta occasionem distulit. Interiecto denum tempore cum adoleuisset Cyrus, dolore orbitatis admonitus, scribit ei, ut relegatus in Persas ab auro fuerit, ut occidi eum parvulum auus iussiferit, ut beneficio suo seruatus sit, ut regem offenderit, ut filium amiserit. Hortatur exercitum paret, et pronam ad regnum viam ingrediatur, Medorum transitionem pollicitus: epistolaque, quia palam ferri nequibat, regis custodibus omnem aditum obſidentibus, exenterato lepori inseritur, lepusque in Persas Cyro ferendus, fido seruo traditur: addita sunt retia, ut sub specie uenationis dolus lateret. Lectis ille epistolis, eandem viam somnio aggredi iussus est: sed præmonitus, ut quem primum postera die obuium haberet, faciū ceptis assumere. Igitur antelucano tempore ruri iter ingressus, obuium habuit seruum de ergastulo cuiusdam Medi, nomine Sybarem. Huius requisita origine, ut in Persis genitum audiuīt, dēmptis compedi bus, assūptōq; comite, Persepolim urbem regreditur. Ibi conuocato populo, iubet omnes præstò cum securibus esse,

et sylu

et syluam uiae circundatam excidere. Quod cum strenue efficerent, eisdem postera die apparatus epulis inuitat: deinde cum alacriores ipso coniuncto factos uideret, roget, ut si conditio proponatur, utrius uite fortē legant, hesterne laboris, an præsentium epularum: præsentium ut acclamauerē omnes, ait: Hesterno similem labori omnem uitam acturos, quoad Medis pareant: se secutos, hodiernis epulis. Lætis omnibus, Medis bellum infert. Astyages meriti in Harpago oblitus, sumnam belli eidem committit: qui exercitum acceptum statim Cyro per deditiōnēm tradidit, regis crudelitatem perfidia defectionis ulciscitur. Quod ubi Astyages audivit, contractis undique auxiliis, ipse in Persas proficisciatur: et repetito alacrius certamine, pugnantibus suis, partem exercitus à tergo ponit, et in tergiuersantes ferro agi ut in hostes iubet: ac denuntiat suis, ni uicerint, non misus fortē etiam post terga inuenturos, quam à frontibus uiros: proinde uideant fugientibus hec, an illa pugnantibus acies rumpenda sit. Ingens post necessitatem pugnandi animus exercitui eius acceſſit. Pulsataq; cum Perſarum acies paulatim cedret, matres et uxores eorum obuiam occurrent: orant in prælium reuertantur: cunctantibus, sublata ueste, obſcena corporis ostendunt, rogantes num in uteros matrum uel uxorum uelint refugere. Hac repreſsi castigatione, in prælium redeunt: et facta impreſſione, quos fugiebant, fugere compellunt. In eo prelio Astyages capitūr: cui Cyrus nihil aliud nisi regnum abstulit, nepotēq; in illo magis, quam uictorem se gesit, cūmque maxime genti Hyrcanorum præpossit. Nam ipse reuerti in Medos uoluit. Hic finis Medorum imperij suit. Regnauerunt annis C C I. In initio regni, Cyrus Sybarem, quem iuxta nocturnum uisum ergastulo libera

Arma adem teriecto deinde tempore, occupato in aliis bellis Cyro, res pta Lydis. Ea res nimirum in pro- iussiq; cauponias, ludicas artes, et lenocinia exercere. El uerbum a- sic gens industria quondam potens, et manu strenua, effe- bit, Lydus minata mollitiae, luxuriae, uirtutem pristinam perdidit: et cauponatur.

quos ante Cyrum inuictos bella prestiterant, in luxuriam lapsos otium ac desidia superauit. Fuere Lydis multi ante Croesum reges uariis casibus memorabiles, nullus tamen fortuna Candaulis comparandus: qui cum uxorem suam

liberauerat, comitemq; coceptorum in omnibus rebus habuerat, Persis preposuit: sororemque suam ei in matrimonium dedit. Sed ciuitates Medorum, que tributarie fuerant, mutata imperio, etiam conditionem suam mutatam arbitrantes, à Cyro defecerunt: que res multorum bellorum Cyro causa et origo fuit. Domitis demum plerisque, cum aduersus Babylonios bellum gereret, Babyloniis rex Lydorum Croesus, cuius opes et diuitiae insignes ea tempestate erant, in auxilium uenit: uictusque iam de se sollicitus, in regnum refugit. Cyrus quoque post uictoriā, compositis in Babylonia rebus, bellum transfert in Lydiam. Ibi fortuna prioris pralij percussum iam Croesi exercitum, nullo negotio fundit. Croesus ipse capitur. Sed quanto bellum minoris periculi, tanto et maior uictoria fuit, Croeso et uita, et patrimonij partes, et urbs Barce concessa sunt: in qua eis non regiam uitam, tamen et proximam maiestati regiae degeneret. Hec clementia non minus uictori, quam uiecto utilis fuit. Quippe ex uniuersa Grecia, cognito quod illatum Croeso bellum esset, auxilia uelut ad commune extinguendum incendium confluebant. Tantus Croesi amor apud omnes urbes erat, ut passurus Cyrus graue bellum Grecie fuerit, si quid in Croesum crudelius consuluisse.

tempore, in aliis bellis Cyro, res pta Lydis. Ea res nimirum in pro- iussiq; cauponias, ludicas artes, et lenocinia exercere. El uerbum a- sic gens industria quondam potens, et manu strenua, effe- bit, Lydus minata mollitiae, luxuriae, uirtutem pristinam perdidit: et cauponatur.

quam propter pulchritudinem nimium diligebat, omnibus predicaret, non contentus uoluptatum suarum tacita conscientia, nisi etiam matrimonij reticenda publicaret, prorsus quasi silentium dannum pulchritudinis esset: ad postremum ut affirmationi sue fidem faceret, eam Gygi sodali suo nudam demonstrauit. Quo factō et amicum in adulterium uxor illectum, hostem sibi fecit, et uxorem ueluti tradito alij amore, a se alienauit. Nam breui post tempore cedes Candaulis nuptiarum premium fuit. Uxor mariti sanguine dotata, regnum uiri et se pariter adultero tradidit. Cyrus subacta Asia, et uniuerso Oriente in potestatem redacto, Scythis bellum intulit. Erat autem eo tempore Scytharum regina Tomyris, que non mulierbiter aduentu hostium territa, cum prohibere eos posset, uadum Araxis fluminis transire permisit, et sibi feliciter pugnam intra regni sui terminos rata, et hostibus obiectu fluminis fugam difficultorem. Itaque Cyrus transfatis copiis, cum aliquantisper in Scythiam processisset, castrametatus est: Deinde posteri die, cum simulato meatu, et quasi refugiens castra deseruisset, unum affutim, et ea que erant epulis necessaria, reliquit. Quod cum numeratuum regnū esset, adolescentulum filium, ad insequendum eum cum tertia parte copiarum mittit. Cum uentum ad Cyri castra esset, ignarus rei militaris adolescens, ueluti ad epulas, non ad praelium uenisset, omisis hostibus, insuetos barbaros uino onerare se patitur: priusque Scythae ebrietate, quā in bello unicuntur. Nam cognitis his, Cyrus reuersus per noctem, securos opprimit, omnēsque Scythas cum regnū filio interficit. Amisso tanto exercitu, et quod grauius dolendum, unico filio, Tomyris orbitatis dolorem non in lacrymas effundit, sed in ultionis solertia

Reticenda  
multa in ma-  
trimonio.

Aliquantis-  
per, pro ali-  
quantulum.

ia intendit: hostesque recenti uictoria exultantes, pari insidiarum fraude circundedit. Quippe simulata dissidentia, propter uulnus acceptum refugiens, Cyrum adusque angustias perduxit: ibi composuit in montibus insidiis, ducenta millia Persarum cum ipso rege trucidauit. In qua uictoria etiam illud memorabile fuit, quod neque nuncius tanta clavis quidem superfluit. Caput Cyri amputatum in utrem humano sanguine repletum coniuci regina iubet, cum hac exprobratione crudelitatis: **S A T I A T E S A N G V I N E, inquit, Q V E M S I T I S T I, C V I V S Q V E**

**Cyrus regna  
uit ann. 30.** **I N S A T I A B I L I S S E M P E R F V I S T I.** Cyrus regnauit annis x x x. non initio tantum regni, sed continuo totius temporis successu, admirabiliter insignis. Huic succedit filius Cambyses, qui imperio patris Aegyptum adiecit: sed offensus superstitionibus Aegyptiorum, Apis, ceterorumque deorum aedes dirui iubet. Ad Ammonis quoque nobilissimum templum expugnandum, exercitum mittit: qui tempestatibus et arenarum molibus oppressus, interiit: Post

**Aegyptij superstitiosi.** **\*Smerdim hæc per quietem uidit fratrem suum \*Mergidem regnaturum: quo somnio exterritus, non dubitauit post sacrificia etiam parricidium facere.** Erat enim difficile ut parceret suis, qui contemptu religionis, grassatus etiam contra deos fuerat. Ad hoc tam crudele ministerium Magum quemdam ex amicis delegit, nomine **\*Comarim: interim ipse gladio sua sponte euaginato, in femore grauiter uulneratus occubuit: poenäque luit seu imperati parricidij, seu sacrilegij perpetrati.** Quo nuntio accepto, Magus ante famam

**\*Smerde, amissi regis occupat facinus: prostratoque \*Mergide, cui res \*Smerdim. genum debebatur, fratrem suum subiecit \*Oropastem. Erat**

**\*Smerde enim oris et corporis lineamentis persimilis: ac nemine subesse dolum arbitrate, pro \*Mergiderex \*Oropastes consituitu**

stituitur. Que res eò occultior fuit, quod apud Persas persona regis sub specie maiestatis occulitur. Igitur Magi ad fauorem populi conciliandum, tributa et militiae uacationem in triennium remittunt: ut regnum quod fraude querierant, indulgentia et largitionibus confirmarent: Que res suspecta primo **\*Orthani uiro nobili, et in conjectura \*Otan sagacissimo fuit.** Itaque per internuntios querit à filia, quae inter regias pellices erat, an Cyri regis filius rex esset. Et illa nec se scire ipsam ait, nec ex alia posse cognoscere: quia singulae separatim recludantur. Tum pertrectare dormienti capui iubet: nam Mago Cambyses aures utrasque preciderat. Factus deinde per filiam certior, sine auribus esse regem, optimatibus Persarum rem indicat: et in eadem falsi regis impulsos sacramento religionis obstrinxit. Septem tantum conscijs fuere huius coniurationis, qui ex continentis, ne dato in penitentiam spatio, res per quemquam narraretur, occulto sub ueste ferro, ad regiam pergunt. Ibi obuiis interfectis, ad Magos perueniunt: quibus ne ipsis quidem animus in auxilium suum defuit. Siquidem stricto ferro duos de coniuratis interficiunt. Ipsi tandem corripiuntur à pluribus: quorum alterum Gobryas amplexus Magum, cunctantibus sociis, ne ipsum pro Mago transfoderent, quia res obscurio loco cerebatur: uel per suum corpus adigi Mago ferrum iussit: fortuna tamen ita regente, illo incolumi Magus interficitur. Occisis Magis, magna quidem gloria recuperati regni principum fuit: sed multò maior in eo, quod cum de regno ambigerent: concordare potuerunt. Erant enim et virtute et nobilitate ita pares, ut difficilem ex his populo electionem equalitas faceret. ipsi igitur uiam inuenierunt, qua de se iudicium religioni et fortune committerent. Paci inter

se sunt, die statuta omnes equos ante regiam primo mane perducerent: & cuius equus ante solis ortum hinnitum primus edidisset, is rex esset. Nam ex Solem unum deum Persae esse credunt: & equos eidem deo sacros ferunt. Erat inter coniuratos Darius Hyrcanus filius, cui de regno solicitio, equi custos ait, si ea res uictorium moraretur, nil negotij superesse: proinde nocte equam pridie ante constitutam diem ad eundem locum ducit, ibique eque equum admittit, rates ex uoluptate Veneris futurum quod euénit. Postera die cum ad statutam horam omnes uenissent, Darius equus cognito loco ex desiderio scemine hinnitum statim edidit: & segnibus aliis felix auspicium domino primus emisit. Tanta moderatio ceteris fuit, ut audito auspicio, confessim equis deslicerint, & Darium regem salutarent: populus quoq; uniuersus, secutus iudicium principum, eundem constituit regem. Sic regnum Persarum, septem nobilissimorum uirtute quaestum, tam leui momento in unum collatum est. Incredibile prorsus hoc tanta pietate gesisse eos: quod ut eriperent à Magis, mori non recusarint: quamquam preter formam, uirtutemque hoc imperio dignam,

\*Forte legē \* & cognatio Dario iuncta cum pristinis regibus fuit: cum est, Et Principio igitur regni, Cyri regis filiam, regalibus nuptiis cognatione regnum firmaturus, in matrimonium recepit: ut non tam Darius iunctus cum in extraneum translatum, quam in familiam Cyri reversum uideretur. Interiecto deinde tempore, cum Abyrij descuissent, & Babyloniam occupassent, difficilisq; urbis expugnatio esset, astuante rege, unus de interfectoribus Magorum, Zopyrus nomine, domi se uerberibus lacerari toto corpore iubet: nasum, & labia, & aures sibi praecidit: atq; ita regi impuniti se offert. Attonitum, & quarentem Darium causas, autorēmq; tam fidei lacerationis, tacitus quo propo

proposito fecerit, edocet, \* formatoq; in futurum consilio, \* firmatoq; transfigae titulo Babyloniam proficisciatur: ibi ostendit populo laniatum corpus. Queritur crudelitatem regis, à quo in regni \* portione, non uirtute, sed auspicio: non iudicio hominum, sed hinnitu equi superatus sit. Iubet illos ex amicuel, sortitionis exemplum capere, quid hostibus cauendum sit. Hortatur ne mœnibus magis, quam armis confidant, patienturq; se commune bellum recentiore ira gerere. Nota nobilitas uiri, pariter & uirtus omnibus erat: nec de fide timebant, cuius ueluti pignora, uulnera corporis, & iniurie notas habebant. Constituitur ergo dux omnium suffragio, & accepta parua manu, semel atq; iterum ecclentibus consulto Persis, secunda pœnia fecit. Ad postremum uniuersum sibi creditum exercitum regi prodidit, urbemq; ipsam in potestate eius rededit. Post h.ec Darius rex bellum Scythis infert, quod sequenti uolumine referetur.

## IVSTINI LI-

### B E R . I I .

**I**N relatione rerum à Scybris gestarum, que satis ample magnificeq; fuerunt, principium ab origine repetendum est. Non enim minus illustria initia, quam imperium habuere: nec uirorum imperio magis, quam sciemnarum uirtutibus claruere. Quippe cum ipsi Parthos, Baetrianosq;, scemne autem eorum Amazonum regna considerint, prorsus ut res gestas uirorum mulierumq; constatione de vederantibus, incertum sit uter apud eos sexus illustrior fuerit. Scytharum gens antiquissima semper habita: quamquam inter Scybas & Aegyptios diu contentio de genitibus suis scribitur: Aegyptiis prædicantibus, initio rerum Phrygas.

cum aliæ terræ nimio feroore solis arderent, alie rigerent frigoris immanitate, ita ut non modo generare homines, sed ne aduenas quidem recipere ac tueri possent, priusquam aduersus calorem uel frigus uelamenta corporis inuenirentur, uel locorum uitia queſtitis arte remediis mollirentur, Aegyptum ita temperatam semper fuſſe, ut neq; hyberna frigora, nec aſſiuī ſolis ardoreſ incolas eius premerent: Solum ita fecundum, ut alimentorum nulla terra feracior fit in uſuſ hominum. Iure igitur ibi primum homines natos uideri debere, ubi educari facileme poſſent. Contrà Scythæ cœli temperamentum nullum eſſe uetustatis argumentum putabant. Quippe naturam cum primum incremen‐ta caloris et frigoris regionibus diſtinxerit, ſtatiuſ ad locorum patientiam, animalia quoq; generaſſe: ſed et arborum atq; frugum pro regionum conditione, apte ge‐nera uariata. Et quanto Scythis ſit cœlum aſferius quam Aegyptiis, tanto et corpora et ingenia eſſe duriora. Ce‐terum ſi mundi, qua nunc partes ſunt, aliquando unita ſuit: ſiue illuuiſ aquarum principio rerum terras obrua‐tas tenuit: ſiue ignis, qui et mundum genuit, cuncta po‐ſedit: utriusque primordij Scythaſ origine praefare. Nam ſi ignis prima poſſeſſio rerum fuit, qui paulatim extinctus, ſedem terris dedit, nullam prius quam Septentrionalem partem, hyemis frigore ab igne ſecretam, adeo ut nunq; quo‐que nulla magis rigeat frigoribus. Aegyptum uero, et to‐tum Orientem tardissime temperatum, quippe qui etiam nunc torrenti calore Solis exæſtuat. Quod ſi omnes quon‐dam terræ ſummersa profundo ſuerūt, profeſſio editiſſimam quanque partem decurrentibus aquis prius detectam, hu‐milimo autem ſolo eandem aquam diuifime immoratam: Et quanto prior queque pars terrarum ſiccata ſit, tanto prius

prius animalia generare coepiffe. Porro Scythiam adeo editiorem omnibus terris eſſe, ut cuncta flumina ibi nata in\* Meotida, tum deinde in Ponticum, et in Aegyptium \*mare Mæca mare decurrant. Aegyptum autem (que tot regum, tot ſe=ticum, culorum cura impensaq; munita ſit, et aduersus uim de‐currentium aquarum tanis inſtructa molibus, tot foſſis con‐cifa, ut cum his arceantur, illis recipiantur aque, nihilomu‐nus coli, niſi \* expulſo Nilo, non potuerit) nec poſſe uideri \*excluso hominum uetustate ultima, que ſiue exaggerationibus re‐gum, ſiue Nili trahenii limum, terrarum recētiſſima uidetur. His igitur argumentis ſuperatis Aegyptis, antiquio‐res ſemper Scytha uifi. Scythia in Orientem porrecta, includitur ab uno latere Ponto, et ab altero montibus Rhiphais: à tergo Asia et \* Phasi fluminem multum in lon‐\* Tanai gitudinem et latitudinem pateſt. Hominibus inter ſe fines Nomades di nulli: neq; enim agrum exercent, nec domus illis ulla, aut citi à Geogra‐tectum, aut ſedes eſt, armenta et pecora ſemper paſcenti phis. bus, et per incultas ſolidudines errare ſolitis. Vxores li‐berosq; ſecum in plauſtri uehunt: quibus, coriis imbruum hyemisq; cauſa tectis, pro domibus utuntur. Iuſtitia gen‐tis ingenii culta, non legibus. Nullum ſcelus apud eos fur‐to grauius: quippe ſine tecto, munimentoq; pecora et ar‐menta habentibus, quid ſaluum eſſet, ſi furari liceret? Au‐rum et argenti perinde affernantur, ac reliqui morta‐les appetunt. Lacte et melle uescuntur. Lane iis uſu ac uelutum ignotus: et quanquam continuis frigoribus uran‐tur, pellibus tamen ferinis aut murinis ueniuntur. Haec continentia illis morum quoque iuſtitiam dedit, nihil alienum concupiſcentibus. Quippe diuinarum cupidio ibi eſt, ubi et uſu. Atque uitnam reliquis mortalibus ſimilis mo‐Digreſſio per ampli‐deratio, et abſtinentia alieni foret. Profeſſio non bello‐cationem.

rum tantum per omnia secula terris omnibus continuare-  
tur, neque plus hominum ferrum et arma, quam naturalis  
fatorum conditio raperet. Prorsus ut admirabile videa-  
tur, hoc illis naturam dare, quod Graeci longa sapientum  
doctrina, preceptisq; philosophorum consequi nequeunt,  
cultosq; mores inculta barbarie collatione superari. Tan-  
to plus in illis proficit uitorum ignoratio, quanto in his  
cognitio uirtutis. Imperium Asia ter quesiuerre Scytha,  
ipso perpetuo ab alieno imperio aut intacti, aut inuidi  
mansere. Darium regem Persarum, turpi à Scythia sum-  
mouere fuga: Cyrus cum omni exercitu trucidarunt:

\* Zopyrona Alexandri Magni ducem \* Zapyronam pari ratione cum  
copiis uiuensis deleuerunt. Romanorum audiuerere, non  
sensere arma. Mox Parthicum et Bactrianum imperium  
ipso considerunt. Gens et laboribus et bellis afferat. Vi-  
res corporum immensae, nihil parare, quod amittere ti-  
meant, nihil uictores preter gloriam concupiscunt. Pri-  
mus Scythis bellum intulit Vexores rex Aegyptius, missis  
prius legatis, qui hostibus parendi legem dicent. Sed  
Scytha iam antea de aduentu regis à finitimis certiores

Hoc erat au facti, legatis respondent: Miratur tam opulentii populi  
re homo pi ducem, stolidè aduersus inopes occupasse bellum, quod  
scari, vt Au gustus Cæ magis domi suerit illi timendum, quod belli certamen an-  
sar dicere cō ceps, præmia uictorie nulla, damna manifesta sunt. Igitur  
suerat. non expectatiuros Scythas ut ad se ueniantur, cum tanto  
sibi in hunc plura concupiscentia sint, ultróque proditui-  
ros obuiam. Nec dictum res morata: quos cum tanta cele-  
ritate uenire rex didicisset, in fugam uertitur, et exerci-  
tu cum omni apparatu belli relicto, in regnum trepidus se  
recepit. Scytha ab Aegypto paludes prohibuere. Ex-  
inde reuersi Asiam perdonitam, uectigalem fecerunt, mo-  
dico

dico tributo magis in titulum imperij, quam in uictorie  
præmium imposito, quindecim annis pacande Asia mo-  
rati, uxorum flagitatione reuocantur, per legatos denun-  
tiantium, ni redeant, sobolem se ex finitimis quæsitus,  
nec passuras ut in posteritatem Scytharum genus per fœ-  
minas intercidat. His igitur Asia per milie quingentos an-  
nos uectigalis fuit. Pendendi tributi finem Ninus rex Af-  
syriorum imposuit. Sed apud Scythes medio tempore duo  
regi iuuenes, Plinos et \* Scholpythus, per factionem opti- \* Scholopyz-  
matum domo pulsi, ingentem iuuentutem secum traxere, thus,  
et in Cappadocie ora, iuxta amnem Thermodoonta con-  
sedere, subiectosque Themiscyrenos campos occupauere. Meminit  
Ibi per multos tot annos spoliare finitimos consueti, con- Themiscyre  
spiratione populorum per insidias trucidantur. Horum regionis Pli-  
uxores, cum uiderent exilio suo additam orbitatem, ar- lib. 6. cap. 3.  
ma sumpsero, finisque suos summouentes primo, mox in-  
ferentes bella, defendunt. Nubendi quoque finitimus ani- vieti ab A-  
mum omisere, scrutitum, non matrimonium appellantes, mazonibus  
singulare omnium seculorum exemplum. Auxere rem pu- populi, vul-  
blican sine uiris, iam etiam cum contemptu uirorum se gò dicti sunt  
tuentur: Et ne feliciores aliae aliis uiderentur, uiros qui Gynæcocra-  
toni remanserant, interficiunt. Ultionem quoque cæsorum quod Pli. li.  
coniugum excidio finitimorum consequuntur. Tunc pace 6. indicat.  
armis quæsita, ne gens interiret, concubitum finitimorum  
incunt. Siqui mares nascerentur, interficiebantur. Vir-  
gines in eundem ipsum morem, non otio, neque lanifi-  
cio, sed armis, equis, uenationibus exercebant, inustis in-  
fantium dexteroribus mammis, ne sagittarum iactus im- Unimammæ  
pediretur, unde Amazones dictæ sunt. Due regiae his inde dictæ:  
suerent, Marthesia et Lampedo, que in duas partes agmine Seruius in  
duiso, inclytæ iam opibus, uicibus gerebant bella, solici- Verg.

tē terminos alternis descendentes: et ne successibus decesset autoritas, generatas se Marte prædicabant. Itaque maiore parte Europæ subacta, Astæ quoque nonnullas ciuitates occupauere. Ibi Epheso, multisque aliis urbibus conditis, partem exercitus cum ingenti præda domum remittunt. Rex \*incursu lique que ad tuendum Astæ imperium remanserant, \*comit \*Marpesia cursu barbarorum cùm \*Marthesia regina interficiuntur. \*Orithyia In cuius locum filia eius \*Otrera regno succedit. Cui præhabet Oroter singularem belli industriam, eximia seruata in omne sius. eum uirginitatis admiratio fuit. Huius uirtute tantum additum glorie & fame Amazonibus est, ut Herculi rex cui xii. stipendia debebat, quasi impossibile imperauerit, ut arma regiae Amazonum sibi afferret. Igitur eò profectus longis nouem nauibus, comitante principum Graeciae iuuentute, inopinantes aggreditur. Due ex quatuor tunc sorores Amazonum regia tractabant, Antiope & \*Orithyia \*Otrera, quarum Otrera foris bellum gerebat. Igitur cum Hercules ad littus Amazonum applicuisset, infrequens multitudo cum Antiope regina nihil hostile metuente, erat. Quare effectum est, ut paucæ repentina tumultu excitate, arma sumerent, facilemque uictorianum hostibus darent. Multe itaque cæse, captiæque: In his due capti sunt Antiope sorores, Menalippe ab Hercule, Hippolyte à Theseo. Sed Theseus obtenta in præmium captiuam eandem in matrimonium assumit: ex ea genuit Hippolytum Hercules post uictorianam, Menalippen captiuam sorori reddidit, & pretiū arma regine accepit. Atque ita imperio functus, ad regæ reuertitur. Sed Otrera ubi comperit bellum sororibus illatum & raptorem esse Atheniensium principem, hortatur comites in ultionem, frustaque & Ponit suum & Asian domitam esse dicit, si Græcorū non tam bellis,

Balteum  
fuisse dicunt  
poëtae.

quam

quām rapinis pateant. Auxilium deinde à \*Sigillo rege Scy= \*Sagillo tharum petit. Genus se Scytharum esse, cladem uirorum necessitatem armorum, belli causas ostendit: affutatique uirtute ne scignores uiris foeminas habere Scytha uidentur. Motus ille domestica gloria, mittit cum ingenti equitatu filium Penaxagoram in auxilium. Sed ante prælium dissensione orta, ab auxiliis de fertæ, bello ab Atheniensibus uincuntur. Receptaculum tamen habuere castra sociorum, quorum auxiliis intactæ ab aliis gentibus, in regnum reuertuntur. Post \*Otreram, Penthesilea regno potissimum est, \*Orithyam, cuius Troiano bello inter fortissimos uiros, cum auxilium aduersus Graecos ferret, magna uirtutis documenta extiterunt. Interfecta demum Penthesilea, exercituque eius absurto, paucae que remanserant, ægrediente aduersis finitos descendentes usque ad tempora Alexandri Magni durauerunt. Harum \*Minthia, sive Thalestris regna concubitu Alexandri per dies xiiii. ad sobolem ex eo generandam obtenuisse, reuerta in regnum, breui post tempore cum omni Amazonum nomine intercidit. Scytha autem tertia expeditio ne Asiana, cùm annis vii. à coniugibus ei liberis absuiscent, seruili bello domi excipiuntur. Quippe coniuges eorum longa expectatione uirorum fesse, nec iam teneri bello, sed deletos rate, seruis ad custodiā pecoris relicis nubunt: qui rcuersos cum uictoria dominos, uelut aduenas armati funibus prohibent. Quibus cùm uaria uictoria fuisse, admonentur Scytha mutare genus pugne, memores non cum hostibus, sed cum seruis præliandis, nec armorum, sed dominorum iure uincendos: uerbera in aciem non tela ferenda, omissoque ferro, uirgas & flagella, ceteraque seruilius metus paranda instrumenta. Probato omnes consilio, instructi sicut præceptum erat, postquam ad hostes b s accesser

accessere, in opinantis uerbera intentant, adeoq; illos perturbant, ut quos ferro non poterant, metu uerberum uincirent, fugamque non ut hostes uicti, sed ut fugitiui serui capesserent: quicunque capi potuerunt, supplicia crucibus luerunt. Mulieres quoque male sibi conscient, partim ferro, partim suspedio uitam finierunt. Post hoc apud Scythes pax fuit, usq; ad tempora Lanthini regis. Huic Darius rex Persarum, sicut supra dictum est, cum filie eius nuptias non obtinuisse, bellum intulit, et armatis septingentis milibus hominum Scythiam ingressus: non facientibus hostibus pugnae potestatem, metuens ne interrupto ponte Istri, reditus sibi intercluderetur, amissis nonaginta milibus hominum trepidè refugit: que iactura abundante multitudinem inter damna numerata non est. Inde Asiam et Macedoniam domuit. Ionas quoque nauali prelio superat. Demum cognito quod Athenienscs Ioniis auxilium contra se tulissent, omnem impetum belli in eos conuicit. Nunc quoniam bella Atheniensium uentum est, que non modò ultra spenerendi, uerum etiam ultra gesti fidem patrata sunt, operis Atheniensium effectu maiora quam uoto fucrunt: pauci uerbis origo repetenda est, quia non ut ceterae gentes à for-

Præterquā, didis initii ad summa creuere. Soli enim præterquam in pro nō solū. clemento, etiam origine gloriantur. Quippe non aduenit. Vide Cicer. neque paſsim collecta populi colluuius originem urbi dedit. pro L. Flac. sed in eodem nati solo, quod incolunt: et que illis sedes, eadem origo est. Primi lanificij et olei et uini usum docuere. Arare quoq; et serere frumenta, glande uescientibus mōstrauerunt. Literæ certè ac facundia, et hic ciuilis ordo disciplinæ ueluti templum Athenas habent. Ante Deucalios tempora regem habuere Cecropem: quem, ut omnis antiquitas fabulata est, bisformem prodidere, quia primus ma-

rem

rem foamine matrimonio iunxit. Huic succedit Crandus, cuius filia Athis regioni nomen dedit. Post hunc Amphytryon regnauit, qui primus Minerue urbem sacrauit, et nomen ciuitati Athenas dedit. Huius temporibus aquarum illuuiis maiorem partem Grecia absumpsi. Superfuere quos refugia montium receperunt, aut ad regem Thessalie Deucalionem ratibus uecti sunt, à quo propterea genus hominum cōditum dicitur. Per ordinem deinde successionis regnum ad Erichtheum descendit, sub quo frumenti satio apud Eleusin à Triptolemo reperta est, in cuius munera honorem noctes initiorum sacratae. Tenuit et Aegeus Thesei patiter, Athenis regnum, à quo per diuortium decadens Medea, propter adulterum priuigni atatem, Colchos cum Medo filio ex Aegeo suscepit, concepit. Post Aegeum Theseus, ac deinde post Theseum filius Demophoon, qui auxilium Greco aduersus Troianos tulit, regnum possedit. Erant inter Athenienses et Dorientes simultatum ueteres offensæ, quas uindicaturi bello Dorientes, de euentu belli oracula consuluerunt. Responsum, superiores fore, ni regem Atheniensium occidissent. Cum uentum esset in prelium, militibus ante omnia, custodia regis precipitur. Atheniensibus eo tempore rex Codrus erat, qui et responso dei, et preceptis hostium cogitis, permixtato regis habitu, pannosus sarmenta collo gerens, castra hostium ingreditur: ibi in turba obſistentium, à milite, quem falce astu uulnerauerat, interficitur. Cognito regis corpore, Dorientes sine prelio discedunt. Atque ita Athenienses uirtute ducis, pro salute patriæ morti se offerentis, bello liberantur. Post Codrum ne mo Athenis regnauit: quod memoria nominis eius tribuum est. Administratio Reipublicæ annuis magistratibus permissa est. Sed ciuitati nulle leges tunc erant: quia libido

bido regum pro legibus habebantur. Eligitur itaq; Solon, uir iustitia insignis, qui uelut nouam ciuitatem legibus condideret: qui tanto temperamento inter plebem Senatumq; egit (cum si quid pro altero ordine tulisset, alteri displicaturum uideretur) ut ab utrisque parem gratiam traheret. Huius uiri inter multa egregia, et istud memorabile fuit. Inter Athenienses et Megarenses de proprietate Salaminae insule, propè usque ad interitum armis dimicatum fuerat. Post clades multas capitale esse apud Athenienses coepit, si quis legem de vindicanda insula tulisset. Solitus igitur Solon, ne aut tacendo parum Reipublicæ consideret, aut censendo periculum sibi afferret, subitam dementiam simulat, cuius uenia non dicturus modo prohibita, sed facturus erat. Deformis habiuit, more uecordium in publicum euolat, factioq; concursu hominum, quo

Carmina gis consilium disimularet, insolitis sibi uersibus suaden scripta sunt consilium diuinitus hostibus Atheniensium fieret. Interna Megarenses memores illati ab Atheniensibus belli, et ueritatem frustra arma mouisse uiderentur, matronas Atheniensium in Eleusinis sacris noctu oppressuri, naues condescendunt. Qua re cognita, dux Atheniensium Pisistratus iuuentutem in insidiis collocat, iussis matronis solito clamore, ac strepitu, etiam in accessu hostium, ne intellectos se sentiant, sacra celebrare, egressosq; nauibus Megarenses impinantes aggressus, deleuit, ac protinus classi captiuua intermixtis mulieribus, ut speciem captiuuarum matronarum preberent, Megaram contendit. Illi cum et nauium formam, et petitam prædam agnoscerent, obuij ad portum procedunt: quibus cesis, Pisistratus paululum à capienda

pienda urbe absfuit. Ita Megarenses suis dolis hosti uictoriā dedere. Sed Pisistratus quasi sibi, non patrie uicisset, tyrannidem per dolum occupat. Quippe uerberibus uoluntariis domu affectus, laceratoq; corpore in publicum progreditur, et aduocata concione, uulnera populo ostendit, de crudelitate principum, à quibus hoc se passum simulabat, queritur: adduntur uocibus lachrymae, et inuidiosa oratione multitudo credula incenditur: amore plebis inuisum se Senatu affirmat, obtinet ad custodiam corporis sui satellitum auxilium, per quos occupata tyrannide per annos xxxiiii. regnauit. Post cuius mortem Diocles, alter ex filiis, per uim stuprata uirgine, à fratre puelle interficitur. Alter Hippias nomine, cum imperium paternum teneret, interfecitorem fratris comprehendi iubet: qui cum per tormenta consicos cedis nominare cogeretur, omnes amicos tyranni nominauit: quibus interfecitis, querenti tyranno, an adhuc reliqui consciū essent: nemo, ait, superest, quem amplius mori gestiam, quam ipsum tyrrannum: qua uoce eiusdem tyrranni se uictorem, post vindictam pudicitiae fororis ostendit. Huius uirtute cum admonita ciuitas libertatis esset, tandem Hippias regno pulsus, in exilium agitur: qui profectus in Persas, ducem se Dario, inferenti Atheniensibus bellum, sicuti suprà significatum est, aduersus patriam suam offert. Igitur Athenienses auditio Darrij aduentu, auxilium à Lacedemoniis socia tum ciuitate petierunt. Quos ubi uiderunt quatriuī teneri religione, non expectato auxilio, instructis decem nullibus ciuium, et Platæensibus auxiliariis mille, aduersus sexcenta millia hostium in campos Marathonios in prælium egrediuntur. Milciades et dux belli erat, et autor non exceptandi auxiliij, quem tanta fiducia ceperat, ut plus presidij in celeritate

celeritate, quam in sociis duceret. Magna igitur currentibus in pugnam alacritas animorum fuit, adeo, ut cum milles passus inter duas acies essent, citato cursu ante iactus sagittarum ad hostem uenirent: nec audacia eius euentus defuit. Pugnatum est enim tanta uirtute, ut hinc uiros, inde pecudes putares. Victi Perse in naues confugerunt, ex quibus multæ suppressæ, multæ captæ. In eo prælio tanta uirtus singulorum fuit, ut cuius laus prima esset, difficile iudicium uideretur. Inter ceteros tamen Themistoclis adolescentia gloria emicuit, in quo iam tunc indoles futura imperatorie uirtutis apparuit.

*Verbosam* in laudibus suis Græciā gloria magnis scriptorum laudibus celebrata est, qui post vocat Valer. prælij innumeratas cædes, cum fugientes hostes ad naues egredi coacti, omniastam nauem dextra manu tenuit: nec prius dimisisti negiro.

quam manum amitteret. Tum quoque amputata dextra, nam sinistra comprehendit: quam et ipsam cum amississet, ad postremum morsu nauem detinuit. Tantam in eo uirtutem fuisse, ut non tot cedibus fatigatus, non ambabus manibus amissis uictus, ad postremum truncus, et ueluti rabida dentibus dimicauerit. Ducenta millia Persæ eo prælio, sive namigio, amiserunt. Cecidit et Hippias tyrannus Atheniensis, autor et concitator eius bellum, diis patriæ ultioribus pernas repetentibus. Interea et Darius cum bellum resuare raret, in ipso apparatu decidit, relictis multis filiis, et in

\* Artobazæ regno, et ante regnum susceptis. Ex his \* Arthemenes maximus natu, etatis priuilegio, regnum sibi uindicabat: quod ius et ordo nascendi, et natura ipsa gentibus dedit. Porro Xerxes controuersiam non de ordine, sed de nascen-

\* Artobazæ felicitate adferebat. Nam \* Arthemenem primum quidem Dario, sed priuato prouenisse, se regi primum natum. Fratres itaque suos qui ante geniti essent priuato, priuatum per-

trimoni

trimonium, quod eo tempore Darius habuisset, non regnum sibi uendicare posse, se esse primum, quem in regnum rex regno pater sustulerit. Huc accedere, quod \* Arthemenes non pas \* Artobazæ tre tantum, sed et matre priuata adhuc fortune, auro quoque que materno priuato, creatus sit: se uero et matre regina natum, et patre non nisi regem uidisse: auum quoque matremnum Cyrum regem habuisse, non heredem, sed conditorem tanti regni. Itaque et si æquo iure utrumque fratrem pater reliquisset, materno se tamen iure et aucto uincere. Hoc certamen concordi animo ad patruum suum \* Anaphernem, \* Artapheræ ueluti ad domesticum iudicem deferunt, qui domi cognita nem, causa Xerxem præposuit: adeoque fraternalis contentio fuit, ut nec uictor exultauerit, nec uictus indoluerit, ipsoque licet \* insultaueret tempore inuicem munera miserint, et iucunda quoque inter se non solum credula coniuia habuerint: iudicium quoque ipsum sine arbitris, sine conuicio fuerit. Tantò moderatius tum fratres inter se regna maxima diuidebant, quanto nunc exigua patrimonia partiuntur. Igitur Xerxes bellum à patre coepit aduersus Græciam, per quinque annos instruxit. Quod ubi primum didicit Demaratus rex Lacedemoniorum, qui apud Xerxem exulabat, amicior patriæ post fugam, quam regi post beneficia, ne inopinato bello opprimeretur, omnia in tabellis ligneis magistratibus perscribit, easdemque cera superinducta delet, ne aut scriptura sine tegmine indicium daret, aut recens cera dolym proderet. Fido deinde seruo perforanda tradit iusso magistratibus Spartanorum tradere. Quibus perlatis, Lacedemoniæ questioni res diu fuit, quod neque scriptum aliiquid uiderent, nec frustra missas suspicarentur, tantóque rem maiorem, quanto sit occultior, putabant. Herenibus in conjectura uiris, soror regis Leonide consilium scriben-

tis

tis inuenit. Erafa igitur cera, belli consilia deteguntur. Iam  
Equitum vix Xerxes septingenta milia de regno armaverat, et trecentu-  
rō quadrin-<sup>ve</sup>  
millia de auxiliis parauerat: ut non immerito proditum  
lium habuit sit, flumina ab exercitu eius siccata, Græciāque omnē  
kopias auto uix capere exercitum eius potuisse. Naves quoque decim  
re Probo Ae-  
milio, m. &  
c. c. haber  
Prob⁹, quas  
secutæ M.o-  
nerarie.  
centum milia numero habuisse dicitur. Huic tanto agni-  
ni dux desuit. Ceterū si regem spectes, diuitias, non duen-  
laudes, quarum tanta copia in regno eius fuit, ut cum flu-  
mina multitudine consumarentur, opes tamen regie super-  
essent. Ipse autem primus in fuga, postremus in prælio sem-  
per uisus est: in periculis tinudis, siccibi metus abesset in  
flatus. Denique ante experimentum belli, fiducia uirium  
ueluti naturæ ipsius dominus, et montes in planum de-  
ducebat, et conuexa uallium æquabat, et quedam mari  
pontibus sternebat, quedam ad nauigationis commodum  
per compendium ducebat. Cuius introitus Greciam quā  
terribilis, tam turpis ac foedus discessus fuit. Nanque cia-

\*Leonida \*Leonides rex Spartanorum cum quatuor millibus milium  
angustias Thermopalarum occupasset, Xerxes contem-  
paucitatis, eos pugnam capeſſere iubet, quorum cognati  
Marathonia pugna interfici fuerant: qui dum uelociſſi ſu-  
querunt, principium cladiſſi fuere: ſuccedente deinde in illa  
turba, maior cedes editur. Triduo ibi cum dolore et indi-  
gnatione Persarum dimicatum: quarto die, quum nuntiatum  
effet Leonide à xx. millibus hostium summum cacuma  
teneri, tunc hortatur ſocios recedant, et ſe ad meliora pe-  
tria tempora referuent, ſibi cum Spartanis fortunam ex-  
periendam: plura patriæ quām uita debere, cateros ad pro-  
ſidia Græcie feruandos. Auditio regis imperio discesserunt  
ceteri, ſoli Lacedemonij remanferunt. Initio huius bell-  
ſeſcitantibus Delphis oracula, reſponſum fuerat, aut reg-

Sparta

Spartanorum, aut urbi cadendum. Et idcirco cum rex Leo-  
nides in bellum proficeretur, ita ſuos firmauerat, ut ire  
ſe parato ad moriendū animo ſcirent: Angustias propterea  
occupauerat, ut cum paucis aut maiore gloria uinceret,  
aut minore danno reipublicæ cideret. Dimiſſis igitur ſo-  
cījs, hortatur Spartanos meminerint, qualitercumque pre-  
liarentur, cadendum eſſe: cauerent, ne fortius maniſſe, quām  
dimicasse uideantur: nec expectandum ut ab honeſtate circunue-  
nirentur, ſed cum nox occaſionem daret, ſecuris et letis  
superueniendum, nusquam uictores honestius, quam in ca-  
ſtris hostium perituros. Nihil erat difficile persuadere per  
ſuasim mori: ſtatiuſ arma capiunt, et ſexcenti uiri in caſtra  
quingentorum milium irruunt, ſt. atque regis pretorium  
petunt, aut cum illo, aut ſi ipſi opprefſi effent, in ipſius po-  
tissimum ſede morituri. Tumultus totis caſtris oritur. Spar-  
tanii poſtequam regem non inueniunt, per omnia caſtra ui-  
ctores uagantur, cedunt, ſternuntque omnia: ut qui ſciant  
ſe pugnare non ſpe uictorie, ſed in mortis ultione. Prælium  
a principio noctis in maiorem partem dici trahunt. Ad po-  
ſtremum non uicti, ſed uincendo fatigati, inter ingentes ſtra-  
torum hostium caterua occiderunt. Xerxes duobus uul-  
neribus terreftri prælio acceptis, experiri " Martis fortu-  
nam statuit. Sed Atheniensium dux Themistocles, cum ani-  
maduertifſet Ionas, propter quos bellum Persarum rex ſu-  
ſcepferat, in auxilium regis claſſe ueniffe, ſolicitare eos in  
partes ſuas statuit. Et cum colloquendi copiam non haberet,  
quō applicaturi erant, ſymbolos proponi, et ſaxi proſcri-  
bi curat. Que uos Iones dementia tenet? quod facimus agi-  
tatis? bellum inferre olim conditoribus ueſtris, nuper etiam  
uindicibus cogitatis? An ideo moenia ueſtra condidimus,  
ut effent qui noſtra delerent? quid ſi non hec et Dario

c prius

\* maris

prius, et nunc Xerxi belli causa nobiscum foret, quod uos rebellantes non desistimus: qui uos in hac nostra castra ex ista obsidione transitis? Aut si hoc parum tutum ex-

\* ceſsim, tui, uos commiſſo prelio ite \* ceſſum, inhibete remos, et à Sustulit om- bello diſcedite. Ante naualis prelij congreſionem misera dia Asia te- Xerxes quatuor milia armatorum Delphos, ad templum pla , præter Apollinis diripiendum, prorsus quæ non cum Græcis tan- Ephesianæ Dianæ. Soli- tum, sed cum dijs immortatibus bellum gereret: que ma- mus.

QVANTO GRAVIOR OFFENSA DEO- RVM ESSET, TANTO NVLLAS ESSE HOMINVM ADVERSUS DEOS VIRES. Posthac Theſpias, et Plateas, et Athenas hominibus ua- ciis incendit: et quoniam ferro non poterat in homines, in edificia igne graſſatur. Nanque Athenienses post pugnam Marathoniam, præmonente Themistocle, uictoriā illam de Persis, non finem, sed cauſam maioris belli fore, c c, naues fabricauerunt. Aduenante igitur Xerxe, consulē- tibus Delphis oraculum, reſponſum fuerat, ſalutem muris ligneis tuerentur. Themistocles nauium preſidium demona- stratum ratus, perſuadet omnibus, patriam municipes eſſe,

Patria muni non mœnia, ciuitatemque non in aedificijs, ſed in ciuibus po- cipes, non ſtam. Melius itaque ſalutem nauibus, quam urbi commiſſi-

ros: hulus ſententia etiam Deum autorem eſſe. Probato conſilio, coniuges liberosque cum pretioſiſimiſ rebus ab- ditis insulis relicta urbe demandant. Ipsi naues armati con- ſcendent, exemplum Atheniensium et alie urbes imitata. Itaque cum adunata omnis ciuitatum clafis, et intēta in bel- lum nauale eſſet, angustiasque Salamniq freti, ne circumue- niri à multitudine poſſent, occuparent, diſſenſio inter ciu- tatum principes oritur: qui cum deſerto bello ad ſua tuen- da dil

da dilabi uellent, timens Themistocles, ne diſceſſu ciuitatum uires minuerentur, per ſeruum fidum Xerxi nuntiat, uno in loco eum contractam Greſiam poſſe capere facilime. Quod si ciuitates que iam abire uellent, diſipentur, mai- re labore ei ſingulas confeſtandas. Hoc dolo impellit re- gem ſignum pugne dare. Greſi quoque aduentu hostium occupati, prelium collatis uiribus capeſſunt. Interea rex uelut ſpectator pugne cum parte nauium in littore rema- net. Artemiſia autem regina Halicarnassi, que in auxi- lium Xerxi uenerat, inter primores duces bellum acerrime ciebat: Quippe ut in uiro muliebrem timore, ita in mulie- re uirilem audaciā cernieres. Cum anccps preliū eſſet, Iones iuxta preceptum Themistoclis, pugna ſe paullatim sub- trahere coepérunt, quorum defectio animos ceteris fregit. Itaq; circumſicientes fugam pelluntur Perſe, et mox pre- liu uicti, in fugam uertuntur. In qua trepidatione multe ſummerſe naues, multe capte ſunt: plures tamen non mi- niſciuitiam regis, qui in hostem timet, domum dilabūtur. Hac clade perculſum, et dubium conſilij Xerxem Mardo- nius aggreditur. Hortatur ut in regnum abeat, ne quid ſe- ditionis moueat fama aduersi belli, et in maius, ſicut mos eſt, omnia extollens, ſibi c c c. milia armatorum lecta. ex omnibus copiis relinquat, qui manu aut cum gloria eius perdominatur ſe Greſiam, aut ſi aliter euentus ferat, ſine eiusdem infamia hostibus ceſſurum. Probato conſilio, Ma- donio exercitus traditur, reliquas copias rex ipſe reduce- re in regnum parat. Sed Greſi audita regis fuga, conſilium ineunt pontis interrumpendi quem ille Abydo uelut uictor maris fecerat, ut intercluso aditu, aut cum exercitu de- ſeretur, aut deſcriptione rerum, pacem uictus petere co- geretur. Sed Themistocles timens, ne interclusi hostes

desperationem in uirtutem uerterent, et iter quod aliter non pateret, ferro patefacerent, satis multos hostes in Graecia remanere dictans, nec augeri numerum retinendo oportere, cum uincere consilio ceteros non posset, eundem seruum ad Xerxem muttit, certiorēmq; consiliū facit, et occupare transitum matura fuga iubet. Ille perculsus nuntio, tradit ducibus milites perducendos, ipse cum paucis Abydon contendit. Vbi cum solutum pontem hybernis tempestatibus offendisset, pectoria scapha traeicit trepidas. Erat res spectaculo digna, et ad estimationem rerum humanae fortis uarietate miranda, in exiguo latente uidere nauigio, quem paulo ante uix equor omne capiebat: carentem etiam omni seruorum ministerio, cui exercitu ius<sup>\*</sup> exercitus propter multitudinem, terræ graues erant. Nec pedestribus copiis, quas ducibus assignauerat, feliciter iter fuit. Siquidem quotidiano labore (neque enim illa est metuentibus quies) etiam fames accesserat. Multorum deinde dierum inopia contraxerat et pescem, tantaque foeditas morientium fuit, ut uiae caduueribus implerentur, aliq; et bestie escae illeccbris sollicitate, exercitum sequerentur. Interim Mardonius Olynthum in Graecia expugnat. Athenienses quoque in spem pacis, amicitiam regis solicitat, spōndens incense eorum urbis etiam in maius restitutionem. Posteaquam nullo pretio libertatem uidit his uenalem, incensis que reedificare coeprant, copias in Boeotiam transfert. Eò et Greorum exercitus, qui centum millium fuit, sequutus est. Ibiq; praelium commissum, sed fortuna regis cum duce mutata non est. Nam uictus Mardonius, ueluti ex naufragio cum paucis profugit, castra referta regalis opulentia captu. Vnde primum Graecos, diuiso inter se duro Persico, diuinitas

rum

rum luxurid coepit. Eodem forte die quo Mardonij copiae delete sunt, etiam nauali prælto in Asia sub monte Mycale aduersus Persas dimicatum est. Ibi ante congresionem, cum classes ex aduerso starent, fama ad utrumque exercitum uenit, uicisse Graecos, et Mardonij copias occidione occidisse. Tantam famæ uelocitatem fuisse, ut cum matutino tempore prælium in Boeotia commissum sit, meridianis horis in Asiam, per tot maria, et tantum spatij, tam breui horarum momento, de uictoria nuntiatum sit. Confecto bello, cum de premiis ciuitatum ageretur, omnium iudicio Atheniensium uirtus ceteris prelata. Interduces quoque Themistocles princeps ciuitatum testimonio iudicatus, gloriam patriæ sua auxit. Igitur Athenienses aucti et premiis belli, et gloria, urbem ex integro condere moluntur. Cum moenia maiora complexi fuissent, suspecti esse Lacedemoniis capere, recte reputantibus, quibus ruina urbis tantum incrementi dedisset, quantum sit datura munita ciuitas. Mittunt ergo legatos qui monerent, ne munimenta hostibus et receptacula futuri rursus belli extruant. Themistocles ut uidit spēi urbis inuideri, non existimans abrupte agendum, respondit legatis, ituros Lacedemona, qui de ea re pariter cum illis consulent. Sic dimissis Spartanis hortatur suos, ut opus matuerent. Deinde ipse interiecto tempore in legationem proficiuntur, et nunc in itinere infirmitate simulata, nunc tarditatem collegarum accusans, sine quibus agi iure nihil posset, diem de die proferendo, spatium consummando operi querebat: cum interim nuntiatur Spartani, opus Atheniensium maturari, propter quod denuo legatos mittunt ad inspiciendam rem. Tum Themistocles per seruum magistratibus scribit Atheniensium, Lacedemonum le-

gatos uinciant, pignusque teneant, ne in se grauius confundatur: addit deinde concessionem Lacedemoniorum, iudicat permunitas Athenias esse, et posse illatum bellum non armis tantum, sed etiam muris sustinere. Si quid ob eam rem de se crudelius statuerent, legatos eorum Athenis in hoc pignus retentos. Grauiter deinde castigat eos, quod non uirtute, sed imbecillitate sociorum potentiam quererent. Sic dimissus, ueluti triumphatis Spartani, a ciuibus excipitur. Post h.ec Spartani, ne uires otio corrumpentur, et ut bis illatum à Persis Gracie bellum uiciferentur, ultro fines eorum depopulantur? Ducem suo, sociorumq; exercitui deligunt Pausaniam, qui pro ducatu regnum Graecie affectans, proditionis præmium cum Xerxe, nuptias filie eius pacificatur, redditis captiuis, ut fides regis aliquo beneficio obstringeretur. Scribit præterea Xer-

Congylus xi, quo scilicet ad se munios misisset, interficeret, ne res Cretensis litteras pertulit. Probus.

Xerxes cum proditionis dolum publicatum uideret, ex integro bellum instituit. Graeci quoque ducem instituunt Cinonem Atheniensem, filium Milciadis, quo duce apud Marathonem pugnatum est, iuuenum cuius magnitudinem futuram pietatis documenta prodiderunt. Quippe patrem ob crimen peculatus in carcerem coniectum, ibique defunctum, translati in se uinculis ad sepulturam redemit. Nec in bello iudicium diligentium fecerunt. Siquidem non inferior uirtutibus patris, Xerxem terrestri, naualique bello superatum, trepidum seruicere in regnum coegerunt.

## IVSTINI LI- BER III.

**X**ERXES rex Persarum terror antea gentium bello in Grecia infeliciter gesto, etiam suis contemptu cœpit. Quippe Artabanius prefectus eius, deficiente quotidie regis maiestate, in spem regni adductus, cum septem robustissimis filiis regiam uesperi ingredieatur: nam amicitia iure semper illi patebat: trucidatoque rege, uoto suo obstantes filios eius, dolo aggreditur: securior de Artaxerxe puero admodum, fingit regem à Dario, qui erat adolescentis, quod maturius regno potiretur, occisum: impellit Artaxerxem parricidium parricidio vindicare. Cum uentum esset ad dominum Darij, dorsu inuenitus, quasi somnum fuigeret, interficitur. Deinde cum unum ex regis filiis sceleri suo superesse Artabanus uideret, metueretque de regno certamina principum, assumit in societatem consilij Baccabassum, qui praesenti statu contentus, rem prodit Artaxerxi, ut pater eius occisus sit, ut frater falsa parricidij suspicione oppressus, ut denique ipsi parentur insidia. His cognitis Artaxerxes uerens Artabani numerum filiorum, in posterum diem paratum esse exercitum, armatumque iubet, recognitus et numerum militum, et in armis industriam singulorum. Itaque cum inter ceteros et ipse Artabanus armatus assistret, rex simulat se breviorem loriam habere, iubet Artabanum secum commutare: exuentem se, ac nudatum gladio traiecit. Tum et filios eius corripi iubet: atque ita egregius adolescentis, et cædem patris, et necem fratris, et se ab insidijs Artabani vindicauit. Dum hac in Persis geruntur, interca Graecia omnis,

Is Longi-  
manus di-  
ctus fuit.

ducibus Lacedemonijs & Atheniensibus in duas diuisas partes, ab externis bellis, uelut in uiscera sua arma conuerit. Fiunt igitur de uno populo duo corpora, & eorundem castrorum homines in duos hostiles exercitus diuiduntur. Hinc Lacedemonij communia quondam ciuitatum auxilia ad uires suas trahebant. Inde Athenienses & uectestate

\*generis, \*genitis, & gestis rebus illustres, propriis uiribus confidebant. Atque ita duo potentissimi Græcie populi institutis Solonis & Lycurgi legibus pares, ex emulatione uirium in

\*Polydectæ bellum ruebant. Nanque Lycurgus cum fratri suo \*Polibite habet Plut.

Spartanorum regi successisset, regnumque sibi uendicare potuisset, Charilaio filio eius, qui natus posthuius fuerat, cum ad etatem adultam uenisset, regnum summa fide restituit, ut inteligerent omnes, quanto plus apud bonos pietatis iura, quam omnes opes ualerent. Medio igitur tempore dum infans conualescit, tutelamque eius administrat, non habentibus Spartanis leges instituit, non inuentione earum magis, quam exemplo clarior. Siquidem nihil lege ulla in alios

Legumato res, quid prestat. Parvum in obsequia principum, principes ad iustitiam imperare debet.

Monarchia. riorum firmavit. Parsimonian omnibus suasit, existimans laborem malitia assidua frugalitatis confuetudine faciliorem fore. Emi singula non pecunia, sed compensatione mercium iussit: auri argenteique usum uelut omnium scelerum materialis suslulit: administrationem reipublice per ordines diuisit. Regibus potestatem bellorum, Magistratibus iudicia,

Oligarchia. & annuas successiones, Senatu custodiam legum, Populo sublegendi Senatum, uel creandi quos uellet magistratus, potestatem permisit. Fundos omnium æqualiter inter omnes diuisit, ut æquata patrimonia neminem potentiorem altero redderent. Coniuari omnes publice iussit, ne cuius diuitia, uel

uel luxuria in occulto essent. Iuuenibus non amplius una ueste uti toto anno permisum, nec quenquam cultius quam alterum progredi, nec epulari opulentius, ne imitatio in luxuriam uerteretur. Pueros puberes non in forum, sed in agrum deduci precepit, ut primos annos non in luxuria, sed in opere, & in laboribus agerent. Nihil eos somni caus

sa subternere, & uitam sine pulmento degere, neque prius in urbem redire, quam uiri facti essent. Statuit uirgines sine dote nubere: iussit ut uxores eligerentur, non pecunia: seueriusque matrimonia sua uiri coercent, cum nullis doctis frenis tenerentur. Maximum honorem non diuitum est potentium, sed pro gradu etatis senum esse uoluit. Nec sa= Abiit hoc in ne usquam terrarum locum honoratiorem senectus habet. prouerbii, In sola Spar ta expedit se nescere.

inde se ea ex precepto numinis detulisse, ut confusendi tedium metus religionis euincat. Deinde ut aeternitatem legibus suis daret, iureuando obligat ciuitatem, nihil eos de eius legibus mutaturos, priusquam reueteretur: & simul at se ad oraculum Delphicum profici, consulturum quid addendum, mutandumque legibus uideretur. Proficitur autem Cretam, ibique perpetuum exilium egit, abiectaque in mare ossa sua moriens iussit, ne relatis Lacedemonia, solutos se Spartani religione iurisfundi in dissoluidis legibus arbitrarentur. His igitur moribus ita breui ciuitas conualuit, ut cum Messeniis propter stupras uirines suas, in solenni Messeniorum sacrificio bellum intulissent, grauissima se execratione obstringerent, non prius quam Messeniam expugnassent, reuersuros, tantu sibi uel de uiribus suis, uel de fortuna spondentes. Quæ res initium diffensionis Græcie, & intestini belli causa & origo fuit. autor Euseb.

\* Ideſt, ſe. Itaque cum \* contra præumptionem ſuam annis decem  
cuſus quām in obſtatione urbis ieterentur, & querelis uxorum poſt  
tam longam uiduitatem reuocarentur; ueriti ne hac perſe-  
uerantia belli grauius ſibi, quām Mefenijs noceret:  
quippe illis quantum iuuentutis bello intercidat, mulie-  
rum foecunditate ſuppleri: ſibi & belli damna aſfidua,  
& foecunditatem uxorum abſentibus uiris nullam eſſe.  
Itaque legunt iuuenes ex eo genere militum, qui poſt  
iuſiurandum in ſupplementum uenerant. Quibus Spar-  
tam remiſſis promiſuos omnium foeminarum concupi-  
tus permifere, maturiorem futuram conceptionem rati-  
ſi eam ſingula per plures uiros experirentur. Ex his na-  
ti, ob notam materni pudoris, Parthenij ſunt uocati: qui  
cum ad annos xx. perueniſſent, metu inopie (nulli  
enim pater exiſtebat, cuius in patrimonium ſuccelio-

\* Arati, ſperaretur) ducem Phalantum aſſumunt, filium \* Araci-  
qui autor Spartanis fuerat, iuuentutis ad generandam fo-  
bolem domum remittende: ut ſicuti dudum patrem eius  
naſcendi habuiffent autorem, ſic iſipsum ſpeci ac dignitatis  
ſue haberent. Itaque nec ſalutatis matribus & quarum adul-  
terio infamiam collegiſſe uidebantur, ad ſedcs requirendas  
proficiſſuntur, diuque & per uiarios caſus iactati, tandem  
in Italianam deferuntur, & oppugnata arce Tarentinorum,  
expugnatibz ueteribus incolis, ſedem ſibi conſtituant. Sed  
poſt annos plurimos dux eorum Phalantus, per ſeditio-  
nem in exilium perturbatus, Brunduſium ſe contulit, quo  
expulſi ſedibus ſuis ueteres Tarentini confeſſerant. Is mo-  
riens perſuadet, ut oſſa ſua, poſtremasque reliquias con-  
teſtant, & tacite ſpargi in foro Tarentinorum current. Hor  
enim modo recuperare illos patriam ſuam poſſe, Apollinem  
Delphis ceciniffe. Illi arbitrantes eum in ultionem ſui, facta  
ciuum

ciuum prodiſſe, præceptis paruere: ſed oraculi diuerſa  
ſententia fuerat: perpetuitatem enim urbis, non amiuſionem  
hoc facto promiſerat. Ita ducis exulis conſilio, & hoiſtium  
miſiſterio poſſeſſio Tarentina Parthenijs in æternum fu-  
data: ob cuius benefiſij memoriam Phalantu diuinos hono-  
res decreuerere. Interēta Mefenij cum uirtute non poſſent,  
per inſidias expugnantur. Deinde cum per annos L x x x.  
grauiſſa feruitutis uerbera, plerunque uincula, ceteraq; \* ca- \* capte ciuiſ  
piuitatis mala perpeſi eſſent, poſt longam poenarum pa- tatis  
tientiam, bellum restaurent. Lacedemonij quoque eō con-  
ſpiratiuſ ad arma concurrunt, quō aduersus feruos dimi-  
catiū uidebantur. Itaque cum hinc iniuria, inde indigna-  
tas animos acueret, Lacedemonij de belli euentu oraculo  
Delphis conſulto, iubentur ducem bellī ab Atheniensibus  
petere. Porro Athenienses cum reſponſum cognouiffent,  
in contemptum Spartanorum Tyrtæum poētam claudum  
pede miſere, qui tribus praliis fuſus, eo uisque desperatio-  
nis Spartanos adduxit, ut ad ſupplementum exercitus, fer-  
uos ſuos manumitterent: hiſque interfectorum matri-  
monia pollicerentur, ut non numero tantum amiuſorum  
ciuum, ſed & dignitati ſuccederent. Sed reges Lace-  
demoniorum ne contra fortunam pugnando maiora de-  
trimenta ciuitati inſunderent, reducere exercitū uo-  
luerunt, ni interueniſſet Tyrtæus, qui compoſita carni-  
na exercitui pro concione recitauit: in quibus hortamen-  
ta uirtutis, dimororum ſolatis, belli conſilia conſcrip-  
rat. Itaque tantum ardorem militibus iniecit, ut non de  
ſalute, ſed de ſepultura ſolliciti, teſſeraſ, inſculptis ſuis  
& patrum nomiñibus, dextro brachio diligarent: ut  
ſi omnes aduersum prelium coniungiſſerit, & tempore  
ſpatio confusa corporum lineamenta, effent, ex in-  
dicio

dicio titulorum tradisepultura possent. Cum sic animatum reges exercitum uiderent, curant rem hostibus nuntiari. Messeniis autem non timore res, sed amulationem mutuam dedit. Itaque tantis animis concursum est, ut raro unquam cruentius prælium fuerit. Ad postremum tamē uictoria Lacedemoniorum fuit. Intericto tempore tertii quoq; bellum Messenij reparauere: in cuius auxilium Lacedemon inter reliquos socios etiam Athenienses adhibuere, quorum fidem cum suspectam haberent, superuacuos eos simulantes, à bello eosdem dimiserunt. Hanc rem Athenienses granter ferentes, pecuniam que erat in stipendium Persici belli

Erat enim ab uniuersa Gracia collata, à Delo Athenas transferuntur. Delus pro cōmuniāra-rio. Probus seniorum bello occupati essent, Peloponnesiess immiseri, qui bellum Atheniēsibus facerent. Paruae tunc temporis, ne deficientibus à fide societatis Lacedemoniis, præde ac rapina esset. Sed nec Lacedemonij quieuerere: qui cum Mef-

bus in vita Aristo. omisit Messeniis, aduersus Athenienses arma uerterant. Diu uaria uictoria fuit: ad postremum æquo Marte utring, discissum. Inde reuocati Lacedemonij ad Messeniorum bellum, ne medium tempus otiosum Atheniēsibus relinquerent, cum Thebanis paciscuntur, ut Boeotiorum imperium his restituerent, quod temporibus Persici belli amiserant, ut illi cum Atheniēsibus bella susciperent. Tantus furor Spartanorum erat, ut duobus bellis impliciti, suscipere tertium non recusarent, dummodo inimicis suis hostes adquirerent. Igitur Athenienses, aduersus tantam tempestatem belli, duos duces deligunt, Periclem spectante uirtute

te uirtutis uirum, et Sophoclem scriptorem tragediarum, qui diuerso exercitu, Spartanorum agros uaduaerunt, et multas Achaea ciuitates Atheniensium imperio adiecerunt. His malis fracti Lacedemonij, in annos x x x. pepigerunt pacem: sed tam longum otium inimicitie non tulerunt. Itaq; intra quindecim annos rupto foedere, cum contemptu Deorum hominumq; fines Atticos populan- tur. Et ne prædam potius, quam pugnam expetisse uideruntur, hostes ad prælium uocant. Sed Athenienses, consilio Periclis ducis, populationis iniuriam differunt in tempus ultiōis, superuacuum pugnam existimantes, cum ulci- scī hostem sine periculo possent. Deinde interictis diebus, naues condescidunt, et nihil sentientibus Lacedemoniis, totam Spartam deprendantur, multoq; plura auferunt, quam amiserant. Prorsus in comparatione damnorum, longe pluri- mi fuerit ultiō, quam ira. Clara quidem hac Periclis ex- peditionis habita, sed multo clarior priuati patrimonij con- temptus fuit. \* Huius agros in populatione ceterorum inta- ctos hostes reliquerant, sperantes acquirere se illi posse, aut periculum ex inuidia, aut ex suspitione proditionis in- famiam. Quod ante prospiciens Pericles, et futurum po- pulo predixerat, et ad inuidia impetum declinandum agros ipsos dono reipublicæ dederat. Atque ita unde pericu- lum quæsitum fuerat, ibi maximam gloriā inuenit. Post hæc interictis diebus, nauali prelio dimicatum est: uicti Lacedemonij fugerunt. Nec cessatum deinceps est, quin aut ter- ra, aut mari uaria preliorum fortuna inuidia se trucidarent. Denique sepsi tot malis, pacem in annos quinquaginta fecerunt, quam non nisi sex annis seruauerunt. Nam inducas, quas proprio nomine condixerant, ex sociorum persona rum- pebant: quippe quasi minus periurij contraherent, si fe- rentes

rentes sociis auxilia potius, quam si aperto prelio dimicassent. Hinc bellum in Siciliam translatum: quod prius quam exponam, de Siciliæ situ pauca dicenda sunt.

## IVSTINI L. BER IIII.

**S**iciliam ferunt aëgustis quondam fauibus Italia adhuc siccissimam, diremptamq; uelut à corpore, maiore impetu superioris maris, quod toto undarum onere illuc uehiuit. Est autem ipsa terra tenuis ac fragilis, et cauerntis quibusdam fistulisque ita penetrabilis, ut uentorum tota summa flatibus pateat, necnon et ignibus generandis, nutriendisq; soli ipsius naturalis uis. Quippe intrinsecus stratum sulphure et bitumine traditur: que res facit, ut spirillum igne inter interiora luctante, frequenter et complicibus locis nunc flammæ, nunc uaporem, nunc fumum erexit. Inde denique Aetne montis per tot secula durat incendium. Et ubi acrior per spiramenta cauernarum uetus incubuit, harenarum moles egeruntur. Proximum ille promontorium, Rhegium dicitur, ideo quod Graeca abrupta hoc nomine pronuntientur. Nec mirum si fabula est loci eius antiquitas, in quem res tot coiere miratur. Primum quod nusquam aliis tam torrens fretum, nec solum citato impetu, uerum etiam seu: neque experientibus modo terrible, uerum etiam procul uisentibus. Unde etiam

Vide Pli.lib.  
85.cap.15.

Et de his cedi  
argumētū  
Pli.

\* uorticibus porro inter se concurrentium tanta pugna est, ut alias mergi, ac in lutii terga dantes \* uorticibus in imum desidere. alias quid uictrices sublime ferri uideas. Nunc hic fremitum feruntis aestus, nunc illic gemitum in uoragine desidentis exaudias. Accedunt uicini, et perpetui Aetne montis ignis

ignes, et insularum Aeolidum, ueluti ipsis undis alatur incendium. Neque enim in tam angustis terminis alter durare tot seculis tantus ignis potuisset, nisi et humoris nutrimentis aleretur. Hinc igitur fabula Scyllam et Charibdim peperere: hinc latratus auditos: hinc monstri creda simulacra, dum uauigantes magnis uorticibus pelagi desidentis exterriti, latrare putant undas, quas sorbentis aestus uorago collidit. Eadem causa etiam Actne montis perpetuos ignes facit. Nam aquarum ille concursus rapitum secum spiritum in imum fundum trahit, atque ibi suffocatum tam diu tenet, donec per spiramenta terre diffusus, nutrimenta ignis incendat. Iam ipsa Italia, Siciliæ que uicinitas, iam promontorium altitudo ipsa ita similis est, ut quantum nunc admirationis, tantum antiquis terroris dederit, creditibus, coëuntibus in se promontorij, ac rursum discedentibus, solida intercipi, absque nauigia. Neque hoc ab antiquis in dulcedinem fabula compositum, sed metu et admiratione transeuntium. Ea est enim procul insufficientibus natura loci, ut sinum maris, non transitus putet: quo cum accesseris, discedere, ac seiungi promontoria, que ante iuncta fuerant, arbitrere. Siciliæ primo Trinacriæ nomen fuit: præterea Sicania denominata est. A Thucydide, autore Plinio, Tri-Etis, Aeolus regnum insule occupauit: post quem singulae ciuitates in tyrannorum imperium concesserunt, quo-dicta. rum nulla terra feracior fuit. Horum ex numero Anaxilaus iustitia cum ceterorum crudelitate certabat: cuius moderatio haud mediocrem fructum tulit. Quippe decedens cum parvulos filios reliquisset, tutelamque eorum \* Micytho, spectatæ fidei seruo commisso, tantus amor memorie eius apud omnes fuit, ut parere seruo, quam deserere re-gis

\* exinde  
\* autoribus

gis filios mallerent : principesq; ciuitatis obliti dignitatis sue, regni maiestatem administrari per seruum paterentur. Imperium Siciliae etiam Carthaginenses tentauerunt, diuq; uaria uictoria cum tyrrannis dimicatum. Ad postremum amissso Hamilcare imperatore cum exercitu, aliquantisper quieuerent uicti. Medio tempore cum Regini discordia laborarent, ciuitasq; per dissensionem diuisa in duas partes esset, veterani ab altera parte ab Himera urbe in auxilium uocati, pulsis ciuitate, contra quos implorati fuerant, & mox cesis, quibus tulerant auxilium, urbem cum coniugibus & liberis socrorum occupauere ausi facinus nulli tyranno comparandum: quippe ut Reginis melius fuerat uinci, quam uicisse. Nam siue uictoribus ciuitatis iure seruissent, siue amissa patria exulare necesse habuissent, non tamen inter aras & patrios lares trucidati, crudelissimis tyrrannis patriam cum coniugibus ac liberiis praedam reliquissent. Catanenses quoque cum Syracusanos graues paterentur, diffisi uiribus suis, auxilium ab Atheniensibus petiere: qui seu studio maioris imperij, quod Asiam Graeciamque penitus occuparant, seu metu facte primi de Syracusanis classis, ne Lacedemoniis ille uires accederent, Lamponium ducem cum classe in Siciliam misere, ut sub specie ferendi Catanensibus auxiliis, tentarent Siciliae imperium. Et quoniam prima initia frequenter cesi hostibus prospera fuerant, maiore denuo classe, & robustiore exercitu, Lachete & Cariade ducibus, Siciliam petiuere: sed Catanenses siue metu Atheniensium, siue tedi belli pacem cum Syracusanis, remissis Atheniensem auxiliis, fecerunt. Interiecto deinde tempore, cum fides pacis a Syracusanis non seruaretur, denuo legatos Athenas misserunt, qui sordida ueste, capillo barbaque prolixis, & omni

squallo

squaloris habitu ad misericordiam commouendam \* acqui- \* accersito, fito, concionem deformes adeunt. Adduntur precibus lacryme, & ita misericordem populum supplices mouent, ut damnarentur duces, qui ab his auxilia deduxerant. Igitur classis ingens decernitur: creantur duces \* Nicias, ex \* Nicias, Alcibiades, & Lamachus: tantisque uiribus Sicilia repetitur, ut ipsis terrori essent, in quorum auxilia mittebantur. Breui post tempore, reuocato ad reatum Alcibiade, duo prælia pedestria secunda Nicias & Lamachus faciunt munitionibus deinde circundatis, hostes etiam marinis commeatibus in urbe clausos intercludunt. Quibus rebus fracti Syracusani, auxilium à Lacedemoniis petuerunt. Ab his mittitur Gylippus, solus quidem, sed in quo instar omnium auxiliorum erat. Is audito genere belli iam inclinato statu, auxiliis partim in Graeciam, partim in Siciliam miseri contractis, opportuna bello loca occupat. Duobus inde prelijs uictus, congressus tertio, occiso Lamacho & hostis in fugam compulsi, & socios obsidione liberavit. Sed cum Athenienses à bello terrestri in nauale se transiulissent, Gylippus classem à Lacedemoni cum auxiliis accersit: quo cognito, & ipsis Athenienses in locum amissi ducis Demosthenem & Eurymedonta cum supplemento copiarum mittunt. Peloponnesij quoq; communis ciuitatum decreto ingentia Syracusanis auxilia misere, & quasi Graecie bellum in Siciliam translatum esset: ita ex utraque parte summis uiribus dimicabatur. Prima igitur congresione naualis certaminis Athenienses uincuntur. Castra quoque cum omni publica, ac priuata pecunia amittuntur. Super haec mala, cum etiam terrestri prælio uicti essent, tunc Demosthenes censere coepit, ut abirent Sicilia, dum res, quanvis afflictæ, nondum tamen perditæ forent, neq; in bello d male

Variat aucto  
res de mor  
te Demo  
sthenis. vide  
Plutarctus.

male auspicio amplius perseuerandum esse, domi gr. auio  
ra, et forsitan infelicia bella esse, in que reseruare hos  
urbis apparatus oporteat. Nicias seu pudore male acte  
rei, seu metu desituta spei ciuium, seu impellente fato, ma  
nere contendit. Reparatur igitur nauale prelium, et à na  
mia prioris fortuna procella ad spem certaminiis reuocan  
tur: sed inficitia ducum, qui inter angustias maris tuentes  
se, Syracusanos aggressi facile iuincuntur. Eurymedian dux  
in prima acie fortissime dimicans, primus cadit: triginta na  
ues, quibus præfuerat, incenduntur. Demosthenes et Ni  
cias etiam ipsi uicti, exercitu in terram deponunt, tuiorē su  
gam rati itinere terrestri. Ab his relicta centum triginta  
naues Gylippus inuasit: ipsos deinde inseguitur fugientes  
partim capit, cedit partim. Demosthenes amissso exercitu  
à captiuitate, gladio, et uoluntaria morte se uindicat. Ni  
cias autem ne Demosthenis quidem exemplo, ut sibi consule  
ret admonitus, cladem suorum auxit dedecore captiuitatis.

## IVSTINI LI BER V.

Festa Ado  
nia appellat  
Plutarchus.

Olympia  
de sacerdo  
tes appellā  
tur à Probo.  
Deuotio  
exemplū in pi  
regem Lacedemoniorum impellit, turbatis Atheniensibus  
aduerso

**D**V M Athenenses in Sicilia bellum per biennium  
cupidius, quam felicius gerunt, interim concitator  
et dux eius Alcibiades absens Athenis insimulatur, my  
steria Cereris, Initiorum sacra, nullo magis quam silentio  
solennia enuntiavisse. Reuocatusque à bello ad iudicium, si  
ue conscientiam, siue indignitatem rei non ferens, tacitum  
in exilium Elidem profectus est. Inde ubi non damnatum se  
taritum, uerum etiam dijs per omnium fæderatum religio  
nes deuotum cognovit, Lacedemonia se contulit: ibique  
aduerso

aduerso Sicilie prelio ultro bellum inferre. Quo factō la lapidea in  
omniā Græcie regna, uelut ad extinguendum commune inci  
endum, concurrunt. Tantum odium Athenienses immo  
derati imperij crudelitate contraxerant. Darius quoq; rex cupiditate  
Persarum memor paterni auitiis; in hanc urbem odij, facta  
cum Lacedemoniis per Tyssafernem prefectum Lydiis,  
societate, omnem sumptum belli pollicetur. Et erat hic qui  
dem titulus cum Græcis coēundi: re autem uera timebat,  
ne uictis Atheniensiis ad se Lacedemonij arma transfe  
rent. Quis igitur miretur, tam florentes Atheniensem  
opem suis, cum ad opprimendam unam urbem totius ruisse,  
Orientis uires concurrecerint? Non tamen inertis, neque  
incruento cecidere bello, sed preliati ad ultimum victo= \* uictoria  
res etiam interdum, consumpti magis fortune uirietate,  
quam ui uicti sunt. Principio belli omnes etiam ab his so  
ciis desciuerant, ut fit, QVO SE FORTVNA, EO

DEM ETIAM FAVOR HOMINVM INCL

NAT. Alcibiades quoq; motum aduersus patriam bellum,  
non gregarij militis opera, sed imperatoriis uirtutibus ad  
iuuabat. Nempe acceptis quinq; nauibus in Asiam conten  
dit, et tributarias Atheniensem civitates autoritate no  
minis sui ad defensionem compellit. Sciebant enim domi cla  
rum, nec exilio uidebant factum minorem, nec tam abla  
tum Atheniensiis ducem, quam Lacedemoniis traditum,  
partaq; cum amissis imperia pensabant. Sed apud Lacede= Ioniā enim  
monios uirtus Alcibiades plus inuidie, quam gratie con= à societate  
traxit. Itaque cum principes uelut æmulum gloria sue in auerterat.  
terficiendum insidiis mandassent, cognita re Alcibiades per Timē, vxor  
uxorem Agidis regis, quam adulterio cognouerat, ad Tyssa= Agidis.  
fernem prefectum Darij regis profugit. Cui celeriter offe= \* se insinua  
cij comitac, et obsequendi gratia \* insinuauit. Erat enim uit

A facilitate morū, appellatur à Plutarcho Chæroneo, etatis flore, et forma ueneratione, nec minus eloquentia etiam inter Atheniensēs insignis: sed in reconciliandis amicitarum studiis, quām in rei mendis uir melior: quia mortuum uitia sub umbra eloquentiae primō latebant. Igitur persuadet Tyssaferni, ne tanta stipendia clāsi Lacedemoniorum praberet. Vocando enim in portionem munericionis, quorum pro libertate, cum tributa Atheniensibus penderent, bellum suscepitum sit. Sed nec auxiliis nimis enixa Lacedemonios iuuandos. Quippe memorem esse debere, alienam se uictoram, non suam instruere, et eatenus bellum sustinendum, ne inopia deseratur. Nam regem Persarum dissidentibus Gracis, arbitrum pacis ac belli fore, et quos suis non posse, ipsorum armis uicturum: perfecto autem bello, statim ei cum uictoribus dimicandum. Domesticas itaque bellis Graeciam obterendam, ne externis uacet, exequendasque uires partium, et inferiores auxilio leuandos. Non enim quieturos post hanc uictoram Spartanos, qui iudicis se libertatis Graecie professi sunt. Grata oratio Tyssaferni fuit. Itaq; commeatus maligne prabere, classem regiam non totam mittere, ne aut uictoram totam daret, aut necessitatem deponendi belli imponeret. Interea Alcibiades hanc operam ciuib; uendicabat: ad quem cum legati Atheniensium uenissent, pollicetur his amicitiam regis, si Respublica à populo translata ad Senatum foret, sperans ut aut concordante ciuitate, dux belli ab omnibus leveretur, aut discordia inter ordines facta, ab altera parte in auxilium uocaretur. Sed Atheniensibus imminente periculo belli, maior salutis, quām dignitatis cura fuit. Itaque permittente populo, imperium ad Senatum transferuntur. Qui cum insita genit; superbia crudeliter in plebem consuleret, singulis tyrannidis sibi potentiam uendicantibus, ab exercitu

exercitu Alcibiades exul reuocatur, duxq; clāsi constituitur. Statim igitur Athenas mittit ex continentis se cum exercitu uenturum, recepturumq; à quadringentis iura populi, ni ipsi redderent. Hac denuntiatione optimates territi, primo urbem prodere Lacedemoniis tentuere: deinde cum id nequiuissent, in exilium profecti sunt. Igitur Alcibiades intēsimo malo patria liberata, summa cura classem instruit, atque ita in bellum aduersus Lacedemonios pergit. Iam \* Zestronidarus et Pharnabazus, Lacedemoniorum duces, instructis nauibus expectabant: prælio commissio, uictoria penes Athenienses fuit. In eo prælio maior pars exercitus, et omnes ferme hostium duces cœsi, naues LXXX. capte: interiectis quoque diebus cum bellum Lacedemonij habet Plut. à mari in terram transtulissent, iteratō uincuntur. His malis fracti, pacem petiere: quam ne acciperent, opera eorum effectum est, quibus ea res questum præstabat. Interea et Syracusanorum auxilia illatum à Carthaginensibus Sicilię bellum domum reuocauit: quibus rebus destitutis Lacedemoniis, Alcibiades cum classe uictrixi Asiam uastat, multis locis prælia facit, ubique, uictor, recepit ciuitates que defecerant, nonnullas capit, et imperio Atheniensium adiicit. Atque ita prisca nauali gloria uendicata, adfecta etiam laude terrestris belli, desideratus ciuib; suis Athenas reuertitur. His omnibus præliis ducentæ naues hostium, et præda ingens capti: ad hunc redeunis exercitus triumphum, effusa omnis multitudo obuiam procedit, et uniuersos quidem milites, præcipue tamen Alcibiadem mirantur. In hunc oculos ciuitas uniuersa, in hunc suspensa ora conuertit. Hunc quasi de cœlo missum, et ut ipsam uictoram contuenterit, laudantq; pro patria. Nec minus admirantur que exul contrā gesserit, excusantes ipsi ira-

tum prouocatumq; fecisse. Enim uero tantum in uno uiro fuisse momenti, ut maximi imperij subuersi, & rursum recepti autor esset: & unde scitisset, cō se uictoria transferret, fieretq; cum eo miri quedam fortunae inclinatio. Igitur omnibus non humanis tantum, uerum et diuinis eum honoribus honorant: certant secum ipsi, utrum contumeliosius eum expulerint, an reuocauerint honorarium. Ipsos illi deos gratulantes tulere obuiam, quorum execrationibus erat deuotus. Et cui paulo ante omnem humanam opem interdixerant, eum, si queant, in celo posuisse ciuent. Explet contumelias honoribus, detrimenta numeribus, execrationes precibus. Non Sicilie illis aduersa pugna in ore est, sed Greciae uictoria: non classes per illum amissae, sed acquisitae: nec Syracusarum, sed Ionie, Helle spontiq; meminerunt. Sic Alcibiades nunquam mediocribus, nec in offensam, nec fauorem studiis suorum exceptus est. Dum haec aguntur à Lacedemoniis, Lysander classi belliq; proficitur, & in locum Tyssaernis Darius rex Persarum filium suum Cyrus Ionie Lydię q; præposuit: qui Lacedemonios auxiliis opibusque ad spem fortune prioris erexit. Aut igitur uiribus, Alcibiadem cum centum nauibus in Asiam profectum, dum agros, longa pace diuites, securus populatur, & præde dulcedine sine infidiarum metu sparsos milites habcret, repentina aduentu oppressere: tantaque cædes palantium fuit, ut plus vulneris eo prelio Athenienses acceperint, quam superioribus derant: & tanta desperatio apud Athenienses erat, ut ex continentia Alcibiadem ducem Conone duce commutarent: arbitrantes uictos senon fortuna belli, sed fraude imperatoris: apud quem plus prior offensa ualuerit, quam recentia beneficia. Vicisse autem eum priore bello ideo tantum, ut ostend

ostenderet hostibus, quem ducem sprevissent, & ut carius eis ipsam uictoriam uenderet. Omnia enim credibilia in Alcibiade, uigor ingenij, & uitorum amor, & morum luxuria faciebat. Veritus itaque multitudinis impetum, denuo in uoluntrium exilium proficisciit. Itaq; Conon Alcibiadi sufficiens, habens ante oculos cui duci successisset, classem maximi industria adornat: sed nraibus exercitus deerat, fortissimis quibusque in Asia populatione amissis. Armantur tamen senes, aut impuberes pueri, & numerus militum sane exercitus robore expletur. Sed non magnam bello momoram etas fecit. Imbellis aut ceduntur paſim, aut fugientes capiuntur: tantaque strages aut occisorum, aut captiuorum fuit, ut Athenie, sūmum deletum non imperium tantum, uerum etiam, nomen uideretur. Quo prelio perditis & desperatis rebus, ad tantam inopia rediguntur, ut consumpta militari atate, peregrinis ciuitatem, seruis libertate, dannatis impunitatem darent. Eaque colluione hominum, domini anteā Grecie, conscripto exercitu, uix libertate tuebāur. Iterum tamen fortunam maris experiendā decernunt. Tanta uirtus animorum erat, ut cum paulo ante salutem desperauerint, nunc non desperent uictoriā. Sed neq; his miles erat, qui non men Atheniensū tueretur: neq; ea uires, quibus uincere conseruerant: neq; ea scientia militaris in his, quos uincula, non castra continuerant. Itaque omnes aut capti, aut occisi, cum dux Conon eo prelio superfluerit, solus crudelitatem ciuium metuēs, cum odio nauibus ad regem Cyprium contendit Euagoram. At dux Lacedemoniorum rebus feliciter gestis, fortuna hostium insultat, captiuas naues cum praeda bellica, in triumphi modum ornatas mittit Lacedemonia, ac tributarias Atheniensium ciuitates, quas metus duabellorum fortunae in fide tenuerat, uoluntarias recepit: nec

aliud ditioni Atheniensium preter urbem ipsam reliquit. Quia cuncta cum Athenis nuntiata essent, omnes reliqui domibus, per urbem discurrere pauidi, aliis alium scisciri, autorem nuntij requirere: non pueros imprudentia, non senes debilitas, non mulieres sexus \* imbecillitas domine tenet, adeò ad omnem etatem tanti mali sensus penetrauerat. In foro deinde coeunt, atque ibi perpeti nocte fortunam publicam questibus iterant. Alij fratres, aut filios, aut parentes deflent, cognatos alij, alij amicos cariores cognatis, et cum priuatis casibus querelam publicam miscent. Iam seipso, iam ipsam patriam peritoram, miserioremq; incolumium, quam amissorum fortunam iudicantes: sibi quisq; ante oculos obsidionem, famem, et superbum uictoremq; hostem proponentes: iam ruinam urbis et incendia, iam omnium captiuitatem et miserrimam seruitutem concordantes: feliciores prorsus prioris urbis ruinas ducentes, qua incolumibus filijs parenibisque, tectorum tantum ruina taxate sint. Nunc autem non classem, in quam sicuti pridem, confugiant, superesse: non exercitum, cuius uirtute seruiti pulchriora possent moenia extruere. Sic defletæ ac prope perdite urbi hostes superuenient, et obsidione circundatos et obfessos fame urgent. Sciebant enim neque ex aduersis copijs multum superesse, et ne noue aduehi possent prouiderant: quibus malis rebus Athenienses fracti post longam famem, et affidua suorum funera, pacem petuere: que an dari deberet, diu inter Spartanos, sociosque deliberatum. Cum multi delendum Atheniensium nomine urbemq; incendio consumendam censerent, negarunt se Sparta ni, ex duobus Græcia oculis alterum eruturos: pacem polliciti, si demissa Pyreum uersum muri brachia deicerint; nauisq; que relique forent, traducerent, resq; publica ex se metipsis

metipsis x x x. rectores acciperet. In has leges traditam sibi urbem Lacedemonij formandam Lyssandro tradiderunt. Insignis hic annus et expugnatione Athenarum, et morte Darij regis Persarum, et exilio Dionysij Sicilie tyranni fuit. Mutato statu, Athenarum etiam ciuium conditio mutatur. Rectores x x x. reipublica constituuntur qui sunt tyranni: quippe à principio tria millia sibi satellitum statuunt, quantum ex tot cladibus propè nec ciuium superuerat: et quasi parvus hic ad continentiam ciuitatem exercitus esset, septingentos milites à uictoribus accipiunt. Cædes deinde ciuium ab Alcibiade auspicantur, ne iterum rempublicam sub obtenui liberationis inuaderet. Quem cum profectum ad Artaxerxem Persarum regē comperissent, citato itinere miserunt, qui cum interciperent: à quibus occupatus, cum occidi aperte non posset, uiuus in cubiculo, in quo dormiebat, crematus est. Liberati hoc ultro Non cremaris metu tyranni, miseris urbis reliquias cædibus et rapi tum Plutar chus scriavit exauriunt. Quid cum disperdere uni ex numero suo sed erupisse, Therameni didicissent, ipsum quoque ad terrorem omnium & telorum interficiunt. Fit igitur ex urbe pañim omnium fuga, replete copia obrutæ Græcia Atheniensium exulibus, quod etiam ipsum auxilium unicum à miseria eripitur: nam Lacedemoniorum editio, ciuitates exules recipere prohibebantur: omnes se Argos et Thebas contulere: ibi non solum tutum exilium egerunt, uerum etiam spem recuperande patrie receperunt. Erat inter exules Trafibulus vir strenuus, et domi nobilis, qui audendum aliquid pro patria, pro sa= x x x. socij lute comumni etiam cum periculo, ratus, adunatis exuli= Trafibuli. bus castellum Phylen Atticorum finium occupat: nec de= Prob. erat quarundam ciuitatum tam crudelis casus miserantium \* et Hismeau. Itaque \* eos Menias Thebanorum princeps, et si pu= nias blicis

\*auxilijs blicis non poterat, priuatis tamen \*uiribus adiuuabat: & Lysias Syracusanus orator, exul tunc, quingentos milites stipendio suo instructos, in auxilium patric communis eloquentie misit. Itaque afferum prælium: sed cum hinc pro patria summis uiribus, inde pro aliena dominatione incursius pugnaretur, tyranni uincuntur: uicti in urbem refugerunt, quam exhaustam cedibus suis, etiam armis spoliant. Deinde cum omnes Atheniensis proditoris suspectos haberent, demigrare eos ex urbe iubent, & in brachijs mari, que diruta fuerant, habitare, extrancis militibus imperium tuentes. Post haec Thrasibulum corrumpere, imperij societatem pollicentes, conauit: quod cum non contigisset, Auxilia à Lacedemonijs petuiuere. Quibus accitis, iterato

\* Hippomachus prelianturn. In eo bello Critias & Hippolochus omnium tyrannorum seuisimi cadunt. Ceteris uictis cum exercitus eorum, ex quibus maior pars Atheniensium erat, fugebat, magna uoce Thrasibulus exclamat: Cur se uictorem fugiant potius, quam ut uindicem communis libertatis adiuent. Ciuium illam meminerint aciem, non hostium esse: nec se ideo arnia cepisse, ut aliqua uictis adimat, sed ut adempta restituat: xx. se dominis, non ciuitati bellum inferre. Admonet deinde cognitionis, legum, sacrorum communium tum uetus per tot bella commilitij: orat, ut misereantur exulum ciuium: si tam patienter ipsi seruant, reddant sibi patriam, accipient libertatem. His uocibus tantum promotum est, ut reuersus in urbem exercitus, xx. tyrannos

x. pretores emigrare Eleusina iuberet, substitutis decem, qui rempub. erant.

regerent: qui nihil exemplo prioris dominationis territi, eandem uiam crudelitatis aggressi sunt. Dum haec aguntur, nuntiatur Lacedemonie in bellum Atheniensis exarisse: ad quod comprimentum, Pausanias rex mittitur: qui misericordia

recordia exulis populi permotus, patriam miseris ciuibus restituit, & decem tyranos ex urbe Eleusina migrare ad ceteros iubet. Quibus rebus cum pax statuta esset, interiectis diebus repente tyrami non minus restitutos exules, quam se in exilium actos indignantur, quasi uero aliorum libertas sua seruitus esset, & bellum Atheniensibus inferunt: sed ad colloquium ueluti dominationem recepturi, progressi, per insidijs comprehensi, ut pacis uictima trucidantur: populus quem emigrare iussarent, in urbem reuocatur. Atq; ita per multa membra ciuitas \* diuisa in unum tandem \*dissipata corpus redigitur: & ne qua dissensio ex ante actis nasceretur, omnes iureuando obstringuntur, discordiarum obliuionem fore. Interea Thebani, Corinthi, legatos ad Lacedemonios mitiunt, qui ex manubiis portionem prede, communis belli periculis peterent, quibus negatis, non quidem aperte bellum aduersus Lacedemonios decernunt, sed tacitis animis tantum iram concipiunt, ut subesse bellum intelligenti posset. Eodem fere tempore Darius rex Persarum moriatur, Artaxerxe & Cyro filiis relictis. Regnum Artaxerxi, Cyro ciuitates, quarum prefectus erat, testamento legauit. Sed Cyro iudicium patris iniuria uidebatur. Itaque occulte aduersus fratrem bellum parabat. Quod cum nuntiatum Artaxerxi esset, accersum ad se fratrem, & innocentiam dissimulatione belli simulanten, compedibus aureis uinxit: interficiissetq; ni mater prohibuisset. Dimissus igitur Cyrus, iam non occulte bellum, sed palam: nec per dissimulationem, sed aperta professione parare coepit: auxilia uniuersitate contrahit. Lacedemonij memores Atheniensis bello enixe se eius opera adiutos, uelut ignorantes contra quem bellum pararetur, decernunt auxilia Cyro mittenda, ubi res eius exegisset: querentes & apud Cyrum gratiam, & apud

Lydiam, &  
maritimae  
ciuitates.

Plutar.

apud Artaxerxem si uicisset, uenire patrocinia, cum nihil aduersus eum aperte decreuissent. Sed cum in bello sors preli utrumque fratrem pugnae obtulisset, prior Artaxerxes à fratre uulneratur: quem cum equi fuga periculo substraxisset, Cyrus à cohorte regia oppressus, interficitur: sic uictor Artaxerxes, & preda fraterni belli, & exercitu potitur. In eo prælio decem millia Grecorum in auxilio Cyri fuere: quæ & in cornu in quo steterant, uicerunt, & post mortem Cyri, neque armis à tanto exercitu uinci, neque dolo capi potuerunt: reuertentesq; inter tot indomitas nationes, & barbaras gentes, per tanta itineris spatiæ uirtute se usque terminos patriæ defenderunt.

## IVSTINI LI-

### B E R V I .

**L**A C E D A E M O N I I more ingenij humani, quo plura habent, eò ampliora cupientes, non contenti accessione Atheniensium, opum uires sibi duplicatas, totius Asie imperium affectare cœperunt: sed maior pars sub regno Persarum erat. Itaque \* Hercyli des dux in hanc militiam electus, cum uidere sibi aduersus duos prefectos Artaxerxis regis, Pharnabazum & Tyssafernem, maximarum gentium uiribus succinctos, dimicandum, pacificari cum altero statuit. Aptior uisus Tyssaernes, uir & industria potior, & militibus Cyri quandam regis instruētior, in colloquium uocatur: & statutis conditionibus, ab armis dimittitur. Hanc rem Pharnabazus apud communem regem \* criminatur, ut Lacedemonios Asiam ingressos non repulerit armis, sed impensis regis aluerit, mercede Aemili.

\* Misso de  
hac re lega-  
to Conone.

tūq; ab his, ut differant bella, que gerantur, tanquam non ad

ad unius summam imperij detrimentum omne peruenire: indignum ait bellum non perfici, sed redimi: hostem pretio, non armis summoueri. His uocibus regem Tyssafernem alienatum hortatur, ut in locum eius naualis belli ducem elegant Cononem Atheniensem, qui amissò bello, patria Cypro exulabat: quippe Atheniensibus etiæ fractæ sint opes, manere tamen naualem usum: nec si eligendus sit ex uniuersis, meliorem alium esse. Acceptis igitur quingentis talenis, iussus est Conona clas̄i preficere. His cognitis Lacedemonij & ipsi à rege Aegypti Hercymonem in auxilium naualis belli per legatos petunt, à quo centum triremes, & sexcentum millia modiorum frumenti missa, à ceteris quoque sociis ingentia auxilia contracta sunt. Sed tanto exercitui, & contra tantum ducem deerat dignus Imperator. Itaque postulantibus sociis Agesilaum ducem, regem tunc Lacedemoniorum, propter responsum oraculi Delphici, diu Lacedemonij, an eum summae rei preponerent, \* deliberauerunt: quibus futurus imperij finis denuntiabatur, cum regium claudicasset imperium: erat enim pede claudus. Ad postremum statuerunt, melius esse incessu regem, quam imperio regnum claudicare. Posteaquam Agesilaum cum ingentibus copiis in Asiam misere, non facile dixerim, quod aliud par ducum tam bene comparatum fuerit: quippe etas, uirtus, consilium, sapientia utriq; propria, gloria quoq; rerum gestarum eadem: quibus cum paria omnia fortuna dederit, iniustum tamen ab altero utrung; seruauit. Magnus igitur amborum apparatus bellicus, magna res gestæ fuerunt. Sed Cononem seditione militum inuidit, quos prefecti regis fraudare stipendio soliti erant, eò constantius debita poscentibus, quod grauiorem sub magno duce militiam presumebant. Itaque Conon diu rege per

per epistolas frustra fatigato, ad postremum ipse ad eum pergit: cuius aspectu et colloquio prohibitus est, quid eum more Persarum adorare nolle: agit tamen cum eo per internuntios, et queritur opulentissimi regis bella inopia delabi: et qui exercitum parem hostibus habeat, pecunia uinci, qua praest: inferiorēmq; cum ea parte uirium inueniri, qui longe superior sit: postulat dari sibi ministerium impense, quia pluribus id mandari perniciosum sit. dato stipendio ad classem remittitur, nec moram agendis rebus facil: multa fortiter, multa feliciter agit. Agros hostiles uictus, urbem expugnat, et quasi tempestas quedam cuncta prosternit. Quibus rebus territi Lacedemonij, ad patria subsidium recocandum, ab Asia Agesilaum decernunt. Interim Lysander ab Agesilao proficiscente dux patrie restitus, ingentem classem summis uiribus instruit, fortunam belli tentaturus. Necnon et ipse Conon nunc primum cum hostium exercitu concursurus, magna cura suos ordinat. Summa igitur non tam ducum in eo prelio, quam militum emulatio fuit. Nam ipse dux Conon non tam Persis, quam patrie studebat: et sicuti afflictis Atheniensium rebus dator amissae dominationis furrat, sic uolebat idem haberi redditus: patriāmq; uincendo recipere, quam uictus amiserat: sed speciosius, quod ne ipsorum quidem Atheniensium, sed alieni imperij uiribus dimicet: et pugnaturus periculo regis, uicturus premio patrie, gloriāmq; diuersis artibus, quam priores ciuitatis sue duces conseceturus. Quippe illos uincendo, Persas patriam defendisse: Persas uictores faciendo, restituturum patriam esse. Porro Lysander prater coniunctionem Agesilai, etiam uirtutum emulatō erat, contendebatque ne à rebus gestis eius, et glorio splendore decederet, ne in tot bellis ac seculis questum impa-

imperium, breuiſſimi momenti culpa subuertiret. Eadem militum et omnium regum cura erat, quos maior sollicitudo cruciabat, non tamen ne ipſi questas opes amitterent, quam ut pristinas Athenienses reciperent. Sed quantum maius prelium fuit, tanto et clarior uictoria Cononis. Victi Lacedemonij fugam capessunt, presidia hostium Athenas deducuntur, populo restituta dignitate conditio seruilis eripitur: multe quoque ciuitates recipiuntur. Hoc initium Atheniensibus resumenda poterit, et Lacedemonijs habende finis fuit. Nanque ueluti cum imperio etiam uirtutem perdidissent, contemni à finitimiis capere. primi igitur Thebani auxiliantibus Atheniensibus, bellum his intulere, que ciuitas ex infinitis incrementis, uirtute Epaminonde ducis, ad spem imperij Grecie creata est. Fit itaque terrestre prelium eadem Lacedemoniorum fortuna, qua pugnatum aduersus Conona nauali prælio fuerat. In eo bello Lysander, quo duce Athenienses uicti à Lacedemonijs fuerant interficitur. Pausanias quoque alter dux Lacedemoniorum proditiois accusatus, in exiliū abiit. Igitur Thebani potissimum uictoria, uniuersum exercitum ad urbem Lacedemoniorum ducunt, facilem expugnationem rati, quoniam deserti à socijs omnibus erant: quod metuentes Lacedemonij, regem suum Agesilaum ex Asia, qui ibi magnas res gerebat, ad defensionem patrie accersunt. Occiso enim Lysandro, nullius alterius fiduciam ducis habebant. Cuius quoniam serus aduentus erat, conscripto exercitu, obuiam hosti procedunt. Sed uictis aduersus paulò ante uictores nec animi, neque uires pares fuere. Prima igitur congreſſione funduntur. Deletis iam suorum copijs, superuenit rex Agesilaus, qui restituto prælio, non difficulter, recenti et multis

tis expeditionibus indurato milite, hostibus uictoriām cōpūt, ipse tamen grauiter sauciatur. Quibus rebus cognitis, Atheniensēs uerentes, ne iterum Lacedemonijs uiderib⁹ in prisūnam fortem seruitutis redigerentur, exercitum contrahunt, eumque in auxiliū Boeotiorum per Iphrātēm, uiginti quidem annos natum, sed magne indiūuenem, duci iubent. Huius adolescentis supra etatēm uitius admirabilis fuit, nec unquam ante eum Atheniensēs iter tot tantosque duces aut spēi maioris, aut indolis majoris imperatorem habuerunt, in quo non imperator tantum, uerum etiam oratione artes fuere. Conon quoq; audito reditu Agesilai, & ipse ex Asia ad populare Lacedemoniorum agros reuertitur: atque ita undique biformidine circumstrepente, clausi Spartani ad summam ioperationem rediguntur. Sed Conon uastatis hostium iris, Athenas pergit: ubi magno ciuium gaudio excepti plus tamē tristitia ipse & ex incensa, & diruta à Lacedemonijs patria, quam letitia ex recuperata post tantum iatporis, cepit. Itaque qua incensa fuerant, prædarum sumpt̄ & exercitus Persarum restituit: que diruta fuerant, nūcit. Fatum illud Athenarum fuit, ut ante à Persis creta, manubijs eorum: & nunc à Lacedemonijs diruta, & spolijs Lacedemoniorum restituerentur: uersa quoque, nūc haberent socios, quos tunc hostes habuerunt: & hostes nūc paterentur, cum quibus iuncti tunc archib⁹ societatis uinculis fuerant. Dum haec aguntur, Artaxerxes Perſarum legatos in Græciam mittit, per quos iū omnes ab armis discedere: qui aliter fecisset, eum se p̄ hoste habiturum: ciuitatibus libertatem, suāque omnia restituit: quod non Græcia laboribus, assiduisque bellorum ter ciues odij consulens, fecit: sed ne occupato sibi Aeg.

ptio bello, quod propter auxilia, aduersus p̄fectus suos Lacedemonijs missā, suscepserat, exercitus sui in Græcia detinerentur. Fessi igitur tot bellis Græci, cupide paruere. Hic annus non eō tantum insignis fuit, quod repente pax in tota Græcia facta est, sed etiam eō quod eodem tempore urbs Romana à Gallis capta est. Sed Lacedemonij securi, insidiante absentiam Arcadum speculati, castellum eorum expugnati, occupatoque p̄fidiū imposuit Itaq; armato instrutoque exercitu, Arcades adhibitis in auxiliū Thebanis, amissa bello repetunt. In eo p̄elio Archidamus dux Lacedemoniorum uulneratur: qui cum cedisse suos iam ut uictos uideret, per p̄econem corpora interfectorum ad sepulturā poscit. Hoc est enim signum apud Græcos uictorie traditē. Qua confessione contenti Thebani, signum parcendi dedere. Post paucis diebus, neutris quicquam hostile facientibus, cum quasi consensu tacito, inducie essent, Lacedemonijs alia bella aduersus finitos gerentibus, Thebani Epaminonda duce, occupande urbis eorum spem ceperunt. Igitur principio noctis, taciti Lacedemonia proficiuntur: non tamen aggredi incertos potuerunt. Quippe senes, & cetera imbellis etas, cum aduentum hostium presenſissent: in ipsis portarum angustijs armati occurruunt: & aduersus quindecim nullia militum, non amplius centum iam effete etatis uiri, pugna se se ferunt: tantum animorum uiriumque patriæ, & penatum conspectus subministrat: tantoque presentia, quam recordatione sui maiores spiritus largiuntur. Nam ut uidirent intra quæ, & pro quibus staret, aut uincendum sibi, aut moriendum censuerunt. Pauci igitur sustinuerūt senes aciem, cui par ante diem uniuersa iuuentus esse non potuit. In eo p̄elio duo duces hostium cecidere: cum interim Agesilai

aduentus nuntiatur, Thebani recessere, nec bellum diu datum. Siquidem Spartanorum iuuentus, senum uirtute & gloria incensa, teneri non potuit, quin ex continentia acie decerneret, cum uictoria Thebanorum esset. Et Epaminondas dum non ducis tantum, uerum etiam fortissimi militis officio fungitur, grauiter uulneratur. Quo audito, hic ex dolore metus, & illis ex gaudio stupor iniicitur, atque

Apud Māti- ita ueluti ex placito consensu à prelio disceditur. Post neam. Cic. paucos deinde dtes Epaminondas decedit, cum quo uires lib. 5. epist.

Thebanam quoque reipub. cō perfrigeris, reliquo ferro uim nocendi sustuleris: sic illo parat amen uelut mucrone teli ablato duce Thebanorum, reipublice tata hastæ, uires hebetate sunt, ut non tam illum amississe, quam cum Vnus homo illo interiisse omnes uiderentur. Nam neque ante hunc du- pluris fuit, quem vniuersa ciui- bus, sed cladibus insignes fuere, ut manifestum sit, patrias. Prob. gloriæ ex natam, & extinctam cum eo fuisse. Fuit autem incertum, uir melior, an dux esset: nam & imperium non sibi semper, sed patriæ quesuit: & pecunia adeo parcus fuit, ut sumptus funeri defuerint: gloriæ quoque non cupidior, quam pecunia: quippe recusanti omnia imperia ingesta sunt, Honoresque ita gesit, ut ornamentum non accipere, sed dare ipsi dignitati uideretur. Iam literarum studium, iam philosophie doctrina tanta, ut mirabile uidetur, unde tam insignis militiae scientia homini inter literato. Neque ab hoc uita proposito mortis ratio diffensi. Nam ut relatus in castra semiannimus, uocem spiritumque collegit, id unum à circumstantibus requisuit, num cadenti sibi scutum ademisset hostis: quod ut seruatum audiuit, allatum uelut laborum, gloriæ que socium osculatus est. Iterum quesuit utri uicissent: ut audiuit Thebanos, bene habe

habcre se rem, dixit, atque ita uelut gratulabundus patriæ, expirauit. Huius morte etiam Atheniensium uirtus intercidit: siquidem amissi cui emulari consueuerant, inseguientem, torporemque resoluti, non ut olim in classem exercitusq; sed in dies festos, apparatusq; ludorum redditus publicos effundunt, & cum autoribus nobilissimis poëtisque theatra celebrant, frequentius scenam quam castra uisen- tes: uerificatores, oratoresque meliores, quam duces lau- dantes. Tunc uestigia publicum, quo ante milites & rea- miges alebantur, cum urbano populo diuidi coepit. Quibus rebus effectum est, ut inter otia Græcorum, for- didum & obscurum antea, Macedonum nomen emerge- Ab Alexandro fratre datus. Orosius.

## IVSTINI LI-

### B E R V I L.

M A C E D O N I A ante nomine Emathionis re= An. cccc, gis, cuius prima uirtutis experientia in illis locis ab Urbe con- extavit, Emathia cognominata est. Huius sicuti incremen= dita modica, ita termini perangusti fuere. Populus Pelaſgi, Tyrcinia & regio Boeotia dicebatur. Sed postea uirtute regum, & intelligit. gentis industria, subactis primo finitimis, mox populis, nationibusq; imperium usque ad extremos Orientis terminos prolatum est. In regione Peonia, que nunc portio est Macedonia, regnasse fertur Telegonus, pater Astriopaei, cuius Troiano bello inter clarissimos uindices urbis, no- men accepimus. Ex alio latere in Europa, Europus nomine

\*Cranaus regnum tenuit. Sed & \*Caranus cum magna multitudine habet Euseb Graecorum, sedes in Macedonia responso oraculi iussus querere, cum in Emathiam uenisset, urbem Edyssam non sentientibus oppidanis, propter imbrium & nebulae magnitudinem, gregem caprarum imbre fugientium, secutus, occupauit: reuocatusque in memoriam oraculi, quo iussus erat, ducibus capris imperium querere, regni sedem statuit: religiosaque postea obseruauit, quo cunque agmen moueret, ante signa easdem capras habere, ceptorum duces habitus, quas regni habuerat autores, Vrbem Edyssam ob memoriam munieris Aegeam, populum Aegeades, uocauit. Pulsò deinde Mida (nam is quoque portionem Macedonie tenuit) aliis que regibus pulsis, in locum omnium solus succedit, primusque adunatis gentibus uariorum populorum ueluti unum corpus Macedonie fecit, crescentique regno, ualidi incrementorum fundamenta constituit. Post hunc Perdiccas regnauit, cuius uita illustris, & mortis postremu ueluti ex oraculo precepta memorabilia fuere. Siquidem

\*Archeo senex moriens, \*Argeo filio monstrauit locum, quo conduelet, ibique non sua tantum, sed etiam succendentium sibi in regnum ossa ponit iussit: prefatus: quoad ibi conditae posterorum reliquiae ferent, regnum in familia mansurum: creduntque hac superstitione extintam in Alexando stirpe, quia locu sepulturæ mutauerit. Argeus moderatus, & cum amore populi administrato regno, successorem filium Phi-

\*Europæ le= lippum reliquit, qui immatura morte raptus, \*Europum parvulum adinodum instituit heredem. Sed Macedonibus assidua certamina cum Thracibus & Illyris fuere: quorum armis ueluti quotidiano exercitio indurati, gloria bellicæ laudis fuitimos terrebant. Igitur Illyri: infantiam regis pupilli contemnentes, bello Macedonas aggrediuntur: qui

prelio pulsi, rege suo in cunis prolato, & pugna ante aciem posito, acrius certamen repetiuerunt: tanquam ideo uicti fuissent antea, quod bellantiibus sibi regis sui auspicia defuerint: futuri uel propterea uictores, quod ex superstitione animalium uincendi ceperant: simul & miseratione eos infants tenebat, quem si uicti forent, captiuum de rege facturi uidebantur. Conserto itaq; prelio, magna cæde illyrios sudere, ostenderuntque hostibus suis, priore bello regem Macedonibus, non uirtutem defuisse. Huic Amyntas succedit, & propria uirtute, & Alexandri filij egredia incolle insigniter clarus: cui Alexandro tanta omnium uirtutum naturæ ornamenta exititare, ut etiam Olympio Inter Pácratamine uario ludicrorum genere uictor cōtenderit. Cum inter Darius rex Persarum, turpi à Scythia fuga summotus, ne ubique deformis militiæ dimis habetur, muttit cum parte copiarum Megabazum ad subigendam Thraciam, ceteraque eius tractus regni: quibus pro ignobiliamento erat accessura Macedon: a. Qui breui tempore execto regis imperio, legatis ad Amyntam regem Macedonie missis obsides in pignus futura pacis sibi dari postulabat. Sed legati benignè excepti, inter epulas ebrietate crescente, rogant Amyntam, ut apparatu epularum adiiciat ius familiaritatis, adhibitis in coniuuim suum filius & uxoris & filiabus: id apud Persas haberi pignus ac foedus hospitij. Qui ut uenerunt, petulantius Persis cas contrestantibus, filius Amyntæ Alexander rogat patrem respectu etatis ac grauitatis sue abiret e coniuio, pollicitus se hospitium tentaturum iocos. Quo digresso mulieres quoq; \*Molo, penitulam è coniuio euocat, cultius exornaturus, gratiorēs, saturum, uel reducturus. In quarum locum matronali exornatos habet temperaturū. tu iuuenes supponit, eosque petulantiam legatorum ferro

Interiecto,  
vt Eusebius  
habet Alceta

tiastes. Plu-

tarchus.

quod sub ueste gerebant, compescere iubet. Atque ita interfectis omnibus, ignarus rei Megabazus, cum legati non redirent, mittit eō cum exercitus parte Bubarem, ut in bellum facile ex mediocre, deditnatus ipse ire, ne dehonestaetur prælio tan foede gentis. Sed Bubares ante bellum, amore filie Amyntæ captus, omisso bello nuptias facit, depositisque hostilibus animis, in affinitatis iura succedit. Post discessum à Macedonia Bubaris, Amyntas rex decedit, cuius filio et successori Alexandro cognatio Bubaris non Darij tantum temporibus pacem prestitit, ut erumetiam Xerxem conciliavit, adeo ut cum Graciam ueluti tempestas quedam occupasset, inter Olympum Hemumq; montes totius regionis eum imperio donauerit. Sed nec uirtute minus, quam Persarum liberalitate regnum ampliauit. Per ordinem deinde successionis, regnum Ma-

\* Archelai, cedonie ad Amyntam fratri eius \* Menelai filium perueruit. Eusebius.

nit. Hic quoque insignis industria, et omnibus imperatoris uirtutibus instructus fuit: qui ex Eurydice tres filios sustulit, Alexandrum, Perdicam, et Philippum, Alexandri Magni Macedonis patrem, et filiam Euryonem. Ex

\* Arideū, le Cygæa autem Archelaum, \* Archideum, Menelaum, qui cum gunt Euseb. Illyriis, deinde cum Olynthiis grauia bella gesit. Insidius et Orof.

autem Eurydices uxor, que nuptias generi pacta, occidendum uirum, regnumque adultero tradendum suscepserat, occupatus fuisse, nisi filia pellicatum matris, et sceleris consilia prodidisset. Functus itaque tot periculis, senex decepit, regno maximo ex filiis Alexandro tradito. Igitur Alexander inter prima initia regni, bellum ab Illyriis pacta mercede, et Philippo fratre dato obside, redemit. Interiecto quoq; tempore per eundem obside cum Thebanis gratiam pacis reconciliat: que res Philippo maxi-

ma

ma incrementa egregie indolis dedit. Siquidem triennio Thebis obses habitus, prima pueritia rudimenta, in urbe severitatis antique, et in domo Epaminondæ, summi et Philosophi et Imperatoris, deposituit. Nec multo post Alexander insidius Eurydices matris appetitus occubuit, cui Amyntas in scelere deprehense, propter communes liberos, ignarus eisdem quandoque exitiosam fore, pepercera. Frater quoque eius Perdica pari insidiarum fraude decipitur. Indignum prorsus, libidinis caussa liberos a matre uita priuatos, quam selerum suorum supplicijs liberiorum contemplatio vindicauerat. Perdice haec indignior cædes uidebatur, quod ei apud matrem misericordiam nec parvulus quidem filius conciliauerat. Itaque Philippus diu non se regem, sed tutorem pupilli egit. At ubi graviora bella imminebant, seruunque auxilium in expectatione infantis erat, compulsus a populo, regnum suscepit. Ut est ingressus imperium, magna de illo spes omnibus fuit, et propter ipsius ingenium, quod magnum spondebat uirum, et propter uetera Macedonia fata, que cecinerant, uno ex Amyntæ filiis regnante, florentissimum fore Macedonia statum: cui spesi matris hunc residuum fecerat. Principio regni cum hinc cædes fratrum indignè peremptorum, inde hostium multitudo: hinc insidiarum metus, inde inopia continuæ belli et exhausti regni immaturam atatem tyronis urgeret, bellaque ueluti conspiratione quadam ad opprimendam Macedoniam, multarum gentium ex diuersis locis uno tempore confluabant, quoniam omnibus par esse non poterat, dispensanda ratus, alia interposita pactione componit, alia redimit facilimis quibusque aggrediis: quorum uictoria et multum trepidos animos firmaret, et contemptum sibi

hostium demeret. Primum illi cum Atheniensibus certamen fuit: quibus per infidias uictis, metu belli grauioris, cum interficere omnes posset, incolumes sine pretio dimisi. Post h.e.c bello in Illyrios translato, multa nullia hostium cedit. Vrbem nobilissimam Larissam capit, hinc Thessaliam, non prae cupiditate, sed quod exercitus suo robur Thessalorum equitum adiuigere gestiebat, nihil minus quam bellum metueadum, improuisus expugnat: unumque corpus equitum pedestriu[m]que copiarum inuicti exercitus fecit. Quibus rebus feliciter prouenientibus, Olympiada

\*Eurucha \*Neoptolemi regis Molosorum filiam, uxorem ducit, consobrinus Oro= ciliante nuptias fratre patruele, " altore virginis, Arysbafus.

\*tutore matrimonium habebat, qua causa illi exitij, malorumque omnium fuit. Nam dum regni incrementa affuitate Philiippi acquisitum se sperat, proprio regno ab eodem priuatus, in exilio conseuit. His itaque gestis; Philippus iam non contentus summucre bella, ultiro etiam quietos lacefit. Cum Methonam urbem appugiaret, in pretereunte de muris sagitta iacta, dextrum oculum regis effudit. Quo uulnere nec segnior in bellum, nec iracundior aduersus hostes factus est, adeo ut interiectis diebus, pacem deprecantibus dederit: nec moderatus tantum, uerum etiam multis aduersus uictos fuerit.

## IVSTINI LI-

### B E R V I I I .

**G**RAECIAE ciuitates dum imperare singulae cun-  
piunt, imperium omnes perdiderunt. Quippe in  
mutuum exitium sine modo ruentes, ab omnibus uicti

perire

periere. Quid singula amitterent, non nisi oppresse sen-  
serunt. Siquidem Philippus rex Macedonie, uelut specu-  
la quadam, libertati omnium infidatus, dum contentiones ciuitatum alit, auxilium inferioribus ferendo, uictos pari-  
ter uictoresque subire regiam seruitutem coëgit. Causa et  
origo huius mali Thebani fuere. Qui cum rerum potirentur,  
secundam fortunam imbecillo animo firentes, uictos  
armis Lacedemonios & Phocenses, quasi parua suppli-  
cia cedibus et rapinis luissent, apud communie Grecie  
concilium superbe accusauerunt. Lacedemonijs criminis dictum,  
quod arcem Thebanam induciarum tempore occu-  
passeint. Phocensibus, quod Boeotiam depopulati essent:  
prosorsus quasi post arma et bellum locum legibus reliqui-  
sent. Cum iudicium arbitrio uictorum excreceretur, tanta  
pecunia damnatur, quanta exolu[n]i possent. Igitur Pho-  
censes, quum agris, liberis, coiu[er]igib[us]que priuarentur, de-  
speratis rebus, Philomelo quodam duce, uelut deo ira-  
scentes, templum ipsum Apollinis Delphis occupauere. In-  
de auro, et pecunia diuities, conducto mercenario milite,  
bellum Thebanis intulerunt. Factumque Phocensium, tametsi  
omnes execrarentur, propter sacrilegium, plus tamen in-  
uidic Thebanis, a quibus ad hanc necessitatem compulsi  
fuerant, quam ipsis intulit. Itaque auxilia his et ab Athé-  
niensibus, et a Lacedemonijs missa. Prima igitur congres-  
sione Philomelus Thebanos castris exiit. Sequeuti pre-  
lio primus inter confertiissimos diuiciis cecidit, et sacri-  
gij poena impio sanguine luit. In huius locum dux \*Oeno-  
manus creatur. Aduersus quem Thebani Thessalique non  
ex ciuib[us] suis, ne uictoris potentiam ferre non possent,  
sed Philippum Macedonie, regem ducem eligunt, et ex-  
ternæ dominationi, quam in suis timuerunt, sponte suc-  
cessus

\*Onomars  
chus

cedunt. Igitur Philippus quasi sacrilegij, non Thebanorum ulti<sup>r</sup> er<sup>t</sup>, omnes milites coronas laureas sumere iubet, atque ita uelut ideo duce, in p<sup>re</sup>l<sup>u</sup>um pergit. Phocenses insignibus dei conspectis, conscientia delictorum territi, abiectis armis fugam capeſſunt, poenitēſque uiolata religionis ſanguine & cedibus suis pendunt. Incredibile quantam ea res apud omnes nationes Philippo gloriam dedit. Illum uindicem sacrilegij, illum ultorum religio- num: quod orbis uiribus expiari debuit, ſolum qui piacula exigeret extitisse dignum. Itaque diis proximus habetur per quem deorum maiestas uindicata fit. Sed Athenienses auditio belli euentu, ne in Graciam Philippus tranſiret, angustias Thermopylarum p<sup>ri</sup> ratione, ſicut ante aduenientibus Persis, occupauere, ſed nequaquam simili aut uirtute, aut cauſa. Siquidem tunc pro libertate Gracie, nunc pro sacrilegio publico: tunc à rapina hoſtium templa uindicaturi, nunc aduersus uindices templorum raptoreſ deſenſuri: agūntque ſe propugnatores ſceleris, cuius turpe erat alios uindices fuſſe: immemori prorsus, quod in dubiis rebus suis, illo Deo etiam conſeſſorū autore uſi fuerant: quod illo duce tot bella uicto- res inierant, tot urbes auſpicio<sup>t</sup> coniderant, tantum imperium terra marique quaſiſerant: quod nihil ſine maiestate numinis eius aut priuate nunquam, aut plublice rei gesserant. Tantum facinus admifſe ingenia omni do-ctrina exculta, pulcherrimis legibus instituīſque formata, ut quid unde poſthac ſuccenſere iure barbaris poſſint, non haberent. Sed nec Philippus melioris fidei aduersus ſocios fuit: quippe uelut timens, ne ab hoſtibus sacrilegij ſcelere uiueretur, ciuitates, quorum paulo ante dux fuerat, que ſub auſpicio<sup>s</sup> eius militauerant, que gratulat<sup>e</sup> illi,

sibiq;

sibiq; uictoriam nocte fuerant, hoſtiliter occupatas diri- puit. Coniuges liberosque omnium ſub corona uendidit, non deorum immortalium templis, non adib⁹ ſacris, non diis penatibus publicis priuatisque, ad quos paulo ante ingreſſus hospitaliter fuerat, pepercit: prorsus ut non tam ſaci- legij ulti<sup>r</sup> extitiffe, quam ſacrilegiorum licentiam queſiſ- fe uideretur. Inde ueluti rebus egregie gestis, in Cappa= dociam traicit: ubi bello pari perfidia geſto, captiſq; per dolum & occiſis finiūmis regibus, uniuerſam prouinciam imperio Macedoniae adiungit. Deinde ad abolendam inui- dia famam, qua inſignis preter ceteros tunc temporis ha- bebat, per regna multit, & opulentissimas ciuitates, & phana ac templa, qui opinionem fererent: regem Philippum magna pecunia locare, & muros per ciuitates, & phana & templa facienda, & ut per precones ſuceptores ſoli- ciarentur. Qui cum in Macedonia ueniffent, uariis di- lationibus fruſtrati, uim regie maiestatis timentes, taciti, proficiſcebantur. Post hæc Olynthios aggreditur. Recep- perant enim per misericordiam poſt cedem unius duos fra- tres eius, quos Philippus ex nouerca genitos, ueluti parti- cipes regni interficere geſtiebat. Ob hanc igitur causam urbem antiquam & nobilem excindit, & fratres olim destinato ſupplicio tradit, predaque ingenti pariter & parricidijs uoto fruitur. Inde quaſi omnia, que agitaffet \* animo, ei licenter, auraria in Thessalia, argenti metalla \* omnino, in Thracia occupat. Et ne quod ius uel fas inuiolatum pretermitteretur, piraticam quoque exercere iuuit. His itaque geſtis, forte euenit, ut eum fratres duo reges Thra- cie, non contemplatione iuſtitiae eius, ſed inuicem me- tuentes, ne alterius uiribus accederet, diſceptationum ſua- rum iudicem eligerent. Sed Philippus more ingenij ſui, ad iudicium

Hæc egit  
ann. 25. tan-  
quam iratus  
diis. Oros.

iudicium ueluti ad bellum, in opinantibus fratribus, instru-  
cto exercitu superuenit, regno utrumque non iudicis more,  
sed fraude latronis ac scelere spoliauit. Dum hæc aguntur,  
Etiam vita spoliatos,  
Oros. scri-  
bit.

\*Thebani  
Quibus auditis, & ipse legatos Athenas cum pacis condi-  
tionibus misit: ibi ex commido utrorumq; pax facta. Ex  
ceteris quoque Graecie ciuitatibus, non pacis amore, sed bel-  
li metu legationes uenire. Siquidem crudelitatem ira, \*The-  
fali, Boeotiq; orant, ut professum aduersum Phocenses du-  
cem, Graecie exhibeat: tanto odio Phocensem ardentes,  
ut oblixi cladium suarum, perire ipsi, quam non perdere  
eos præoptarent: expertamque Philippi crudelitatem pa-  
ti, quam parcere hostibus suis mallent. Contrà Phocen-  
sium legati adhibitis Laccedemoniis, & Atheniensibus,  
bellum deprecabantur: cuius ab eo dilationem ter iam  
emerant. Fœdum prorsus miserandumq; spectaculum, Gre-  
ciam etiam nunc & uiribus, & dignitate orbis terrarum  
principem, regum certè gentiumq; semper uictricem, &  
multarum adhuc urbium dominam, alienis excubare se-  
dibus: aut rogantem bellum, aut deprecantem; in alterius  
ope omnem spem posuisse: orbis terrarum uimedes  
eousque discordia sua, ciuilibusque bellis redactos, ut ad-  
lentur uliro sordidam paulò ante clientele sue partem:  
& hoc potissimum facre Thebanos, Laccedemoniosque  
antea inter se imperij, nunc Graecie impianantis mulos.  
Philippus inter hæc, uendicatione glorie sue, tantarum  
urbium fastigium agitat, atque uiros potius dignetur, aspi-  
mat. Secreto igitur auditis utriusque legationibus, his ue-  
niam belli pollicetur, iureuando adactis, responsum ne-  
mini prodituros: illis contrà uenturum se, auxiliūque  
laturum. Utrosque uerat parare bellum, aut metuere. Sic  
uariato

uariato responso, securis omnibus, Thermopylarum an-  
guilias occupat. Tunc primum Phocenses, & captos frau-  
de Philippi animaduertentes, trepidi ad arma configunt:  
Sed neque spatum erat instruendi belli, nec tempus ad con-  
trahenda auxilia, & Philippus excidium minabatur, ni-  
ficeret deditio. Victi igitur necessitate, pacta salute se de-  
ducent. Sed pactio eius fiduci fuit, cuius antea fuerat depre-  
cati belli promissio. Igitur ceduntur paſim, rapiunturq;  
non liberi parentibus, non coniuges maritis, non Deorum  
simulacula templis suis relinquuntur. Vnum tartum mi-  
seris solatium fuit, quod cum Philippus portione præde-  
ſocios fraudasset, nihil rerum suarum apud inimicos uide-  
runt. Reuersis in regnum, ut pecora pastores nunc in hy-  
bernos, nunc in aestiuos saltus traiiciunt, sic ille populos  
& urbes: ut illi uel replenda, uel derelinqua queque  
loca uidebantur, ad libidinem suam transfert. Miseranda  
ubique facies, & excidio similis erat. Non quidem pauor  
ille hoſilis, nec discursus per urbem militum erat, non  
tumultus armorum, non bonorum atque hominum rapi-  
na: sed tacitus marmor & luctus, uerentibus ne ipse la-  
crysse pro contumacia haberentur. Crescit disimulatio-  
ne ipsa dolor, hoc altius dimissus, quod minus profiteri li-  
cit. Nunc sepultra maiorum, nunc ueteres penates, nunc  
tecta, in quibus geniti erant, in quibusque generuant, con-  
siderabant: miserantes nunc uicem suam, quod in eam  
diem uixisse: nunc filiorum, quod non post eam diem  
nati essent. Alios populos in finibus ipsis hostibus oppo-  
nit: alios in extremis regni terminis statuit, quosdam bel-  
lo captos in supplementis urbium diuidit. Atq; ita ex mul-  
tis gentibus nationibusque unum regnum populumq; con-  
stituit. Compositis ordinatisq; Macedonie rebus, Dardane  
nos, c.c

In mercedē in utroque. Nam nec in eo ius cognationis seruauit, & perpetratii ademit regnum: & eum cui dedit, impudicum fecit animi. Orosius.

## IVSTINI LIBER IX.

IN Græciam Philippus cum uenisset, solicitatus parcarum ciuitatum direptione, & ex preda modicarus urbium, quante opes uniuersarum essent, animo proficiens, bellum toti Græcie inferre statuit. Ad cuius emolumentum egregie pertinere ratus, si sibi \*Byzantium nobilem & maritimam urbem, receptaculum terra m̄rique eopius suis futurum, in potestatem redigisset. Eadem claudentem sibi portas obsidione cinxit. Hec namque urbs condita primo à Pausania rege Spartanorum & per VII. annos possessa fuit: deinde uariante uictoria, nunc Lacedemoniorum, nunc Atheniensium inhabitata est. Que incerta possessio effectit, ut nemine quis suam auxiliis iuuante, libertatem constantius tueretur.

\* Constanti  
nopolis de-  
inde dicta.  
Orosius.

Igitur Philippus longa obsidionis mora exhaustus, pecunie commercium de piratica mutuatur. Captis itaque centum septuaginta nauibus mercium, & distractis, anhelantem inopiam paululum recreauit. Deinde, ne unius urbis oppugnatione tantus exercitus teneretur, proiectus cum fortissimis, multas Chresonencium urbes expugnat. Filium Alexandrum, decem & octo annos natum, ut sub militia patris tyrocinij rudimenta deponeret, ad se accersit. In Scythiam quoque predandi causa proiectus est more negotiantium, impensis belli alio bello refecturus. Erat eo tempore rex Scytharum \*Mattheas, qui cum bello Istria \*Eteas, Oronorum premiceretur, auxilium à Philippo per Apolloniensem legit. Ses petit, in successione eum regni Scythia adoptatus: cum interim Istrianorum rex decessens, et metu belli, & auxiliarum necessitate Scythes soluit. Itaque Mattheas remissis Macedonibus renuntiari Philippo iubet, neque auxilium eius se petisse, neque adoptionem mandasse. Nam neque vindicta Macedonum egere Scythes, quibus meliores forent: neque heredem sibi incolumi filio decessisse. His auditis, Philippus legatos ad Mattheam mittit, impensa obsidionis portionem petentes, ne inopia bellum descrevere cogatur. Quod eò promptius eum facere debere, quòd missis à se in auxilium eius militibus, ne sumptum quidem uite, non modo officij pretia dederit. Mattheas inclemantium coeli & terre sterilitatem causatus, que non patrimonij detet Scythes, sed uix alimenta exhibeat, respondit nullas sibi opes esse, quibus tantum regem expletat: & turpius putaret, paruo defungi, quam totum abnuere: Scytha auatem iuirtute animi, & duritia corporis, non opibus censi. Quibus derisus Philippus, soluta obsidione Byzantij, Scythica bella aggreditur, premisis legatis, quo

quò securiores ficeret, qui nuntient Matheæ, dum Byzantium obfident, nouisse statuam Herculi: ad quam in hostio Iscri ponendim se uenire, pacatum accessum ad religionem dei petens, amicus ipse Scythis uenturus. Ille, si uoto fungi uelit, statuam sibi mitti iubet, non modo ut ponatur, uerum etiam ut iniulata maneat, pollicetur. Exercitum autem fines ingredi, negat se p.issurum. Ac si iniuitis Scythis statuam ponat, eo digresso sublaturum, uersurumque esstiae in aculeos sagittarum. His utrinque irritatis animis pre-

\* animo lium committitur. Qum uirtute, & numero prestatam

Scytle, astutia Philippi uincuntur. Viginti nullia puero-

rum ac foeminarum capta, pecoris magna uis, auri argen-

Scythæ per tique nihil. Ea primum fides in opere Scythica fuit. Viginti millia nobilium equarum ad genus faciendum in Macedonia nis vti mal- lunt, quoniā missa, Sed recurenti à Scythia, Triballi Philippo occu- vrinam cur- runt: negant se transitum datus, ni portionem accipiant su non impe- prede. Hiic iurgium, & mox præclum: in quo ita in feme- dito reddūt.

Plin. lib. 8.

re uulneratus est Philippus, ut per corpus eius equus in terficeretur. Cum omnes occisum putarent, preda amissi- est. Ita Scythica uelut deuoti fpolia penè luftuosa Macedonibus fuere. Vbi uero ex uulnere primum conualuit, di- dissimulatum bellum Atheniensibus infert: quorum cau- sa Thebani se iuxxere, ne uictis metuentes Atheniens- bus, ueluti uicinum incendium belli ad se transfret. Fatu- igitur inter duas paulo ante infestissimas ciuitates societe, legationibus Græciam fatigant, communem hostem putant communibus uiribus summouendum: Neque enim cessaturum Philippum, si prospere prima successerit, nisi omnem Græciam domuerit. Mote quedam ciuitatis Atheniensibus se iungunt: quasdam autem ad Philippum belli metus traxit prælio commisso, cum Athenienses longe ma-

gē maiore militum numero præstarent, asiduis bellis in- durata uirtute Macedonum uincuntur, non tamem imme- mores pristine glorie cecidere. Quippe aduersis uulne- ribus, omnes loca, que tuenda à ducibus acceperant, mo- rientes corporibus texerunt. Hic dies uniuersæ Græcie & gloriæ dominationis, & uetusissimam libertatem finiuit.

Huius uictorie callide dissimulata letitia est. Denique non solita sacra Philippus illa die fecit, non in conuiuo risit, non ludos inter epulas adhibuit, non coronas aut unguenta sumpsit: & quantum in illo fuit, ita uicit, ut uictorem ne- mo sentiret. Sed nec regem se Græcie, sed ducem appellari iussit. Atque ita inter tacitam letitiam, & dolorem hostium temperauit, ut neque apud suos exultasse, neque apud uictos insultasse uidetur. Atheniensibus, quos pas- sis infestissimos fuerat, & captiuos gratis remisit, & bel- lo consumptorum corporum sepulturæ reddidit, reli- quiasque funerum ut ad sepulcra maiorum deferrent, ul- tro hortatus est. Super haec Alexandrum filium cum ami-

co Antipatro, qui pacem cum his, amicitiamque iungeret, mortuo tri- Athenas misit, Thebanorum porro non solum captiuos, burumi ex- ueremetiam interfectorum sepulturam uendidit. Princi- gare.

pes ciuitatis altos securi percusit, alios in exilium rede- git, bonaque omnium occupauit: \* pulsos deinde per in- iuriam in patriam restituit. Ex horum numero c c c. exu- les iudices, rectoresque ciuitati dedit: Apud quos cum po- tuit, legit tentissimi: quique rei eius ipsius criminis postularentur, Orosius. quod per iniuriam se in exilium egissent, huius constantie fuerunt, ut omnes se autores faterentur, meliusque cum re- publica actum cum damnati essent, quād cum restituti contendenter. Mira profusa audacia: de iudicibus uite necisque sua, quicmadmodum possunt, sententiam ferunt,

f contemn

\* Pulsus à ci- uibus in pa- triam resti-

Orosius.

contemnuntque absolutionem, quam dare inimici possunt.  
Et quoniam rebus nequeunt ulcisci, uerbis usurpant libertatem. Compositis in Græcia rebus, Philippus omnium ciuitatum legatos ad formandum rerum presentium statum, euocari Corinthum iubet: ibi pacis legem uniuersæ Græciae pro meritis singularium ciuitatum statuit, consiliumque omnium ueluti unum senatum ex omnibus elegit. Soli Lacedemonij et legem, et regem contempserunt, seruitutem, non pacem rati, que non ipsis ciuitatibus

\* Quid si leges conueniret, sed \* à uictore ferretur. Auxilia deinde singularium ciuitatum describuntur, sive adiuuandus ea manu rex oppugnante foret, seu duce illo bellum inferendum: Neque enim dubium erat, imperium Persarum his apparatus peti. Summa auxiliorum ducenta millia peditum fuere, et equitum quindecim millia. Extra hanc summan et Macedonia exercitus erat, et confinis domitarum gentium barbaries. Initio ueris tres dices in Asiam Persarum iuris premitit, Parmenionem, Amyntam, et Attalum, cuius sororem nuper expulsi Alexandri matre Olympiade, propter stupri suspicionem, in matrimonium acceperat. Interea dum auxilia à Græcia coeunt, nuptias Cleopatrae filie, et Alexandri, quem regem Epiri fecerat, celebrat. Dics erat pro magnitudine duorum regum, et collocantis filiam, et uxorem ducentis, apparatus insignis. Sed nec ludorum magnificientia decerat: ad quorum spectaculum Philippus cum sine custodibus, medius inter duos Alexandros, filium generumque concederet, Pausanias nobilis ex Macedonibus, ne obtruncatur.

Philippos mini suspectus, adolescens, occupatum angustiis Philipponum in transitu obtruncat: diemque latitiae destinatum, secundum luctu funeralis facit. Hic Pausanias primis pubertatis annis

annis stuprum per iniuriam passus ab Attalo fuerat: cuius indignitati haec etiam foeditas accesserat. Nam perdetum in conuiuio, soluitumque micro Attalus, non sive tantum, uerum et conuiuarum libidini, uelut scorium uile subiecerat, ludibriumque omnium inter coquales reddiderat. Hanc rem agre ferens Pausanias, querclam Philippo sepe detulerat. Cum uariis frustrationibus non sine risu deferretur, et honoratum insuper ducatu aduersarium cerneret, iram in ipsum Philippum uertit, ultionemque quam aduersario non poterat, ab iniquo iudice exegit. Creditum est etiam immisum ab Olympiade matre Alexandri fuisse, nec ipsum Alexandrum ignarum partem eadis extitisse: Quippe non minus Olympiadem, repudium, et prelatam sibi Cleopatram, quam stuprum Pausaniam doluisse. Alexandrum quoque regni emulum, fratrem ex nouerca suscepimus timuisse, eoque actum, ut in conuiuio antea primum cum Attalo, mox cum ipso patre iurgaret, adeò ut etiam stricto gladio eum Philippus consecratus sit, aegreque à filii cede amicorum precibus exoratus. Quamobrem Alexander ad auunculum se in Epirum cum matre, inde ad regem Illyriorum contulerat, uixque reuocanti mitigatus est patri, precibusque cognatorum aegre redire compulsus. Olympias quoque fraterum suum Alexandrum Epiri regem in bellum subornabat, peruicisetteque, ni filie nuptiis pater generum occupasset. His stimulis irarum utrique Pausaniam de impunitate stupri sui querentem, ad tantum facinus impulisse creduntur. Olympias certe fugienti percussori, equos quoque preparatos habuit. Ipsa deinde audita regis nece, cum titulo officij ad excuius eadem nocte cucurisset, in cruce pendens Pausanis capiti, eadem nocte f. 2 quis

qua uenit, coronam auream imponit: quod nemo aliis au-  
dere, nisi hec, superstite Philippi filio, potuisset. Paucos  
deinde post dies, refixum corpus interfectoris super reli-  
quias cremauit, et tumulum ei eodem fecit in loco, paren-  
tariorum eidem quotannis, incussa populo superstitione, cura-  
uit. Post hec Cleopatram, a qua pulsa Philippi matrimonio  
fuerat, in gremio eius prius filia interfecta, finire uitam  
suspendio coegerit, spectaculorum pendentis ultiōne potita est,  
ad quam per parricidium festinauerat. Nouissime gladium  
illum, quo rex percussus est, Apollini sub nomine Myrtalis  
consecravit. Hoc enim nomen ante Olympiadis parvula  
fuit. Quae omnia ita palam facta sunt, ut timuisse uidea-  
tur, ne facinus ab ea commissum, non probaretur. Decessit  
Philippus x l. & vii. annorum, cum annis x x v. re-  
gnasset. Genuit ex Larysea saltatrix filium Arideum,  
qui post Alexandrum regnauit. Habuit et multos alios  
filios ex uarijs matrimonijs regio more susceptos, qui par-  
tim fato, partim ferro periere. Fuit rex armorum, quā  
cōiuiorum apparatibus studiosior, cui maxima opes erant  
instrumenta bellorum, diuinitarum questu, quā custo-  
dia solerter. Itaque inter quotidianas rapinas semper  
inops erat. Misericordia in eo et perfidia pari iure dile-  
ctae. nulla apud eum turpis ratio uincendi, blandus parti-  
ter, et in gratia offensam simulare: insidiosus alloquo:  
qui plura promitteret, quām præstaret: in seria et iocos  
artifex. Amicitias utilitate, non fide colebat. Gratiam fin-  
gere in odio, instruere inter concordantes odia, apud  
utrumque gratiam querere, solennis illi consuetudo. In-  
ter haec eloquentia, et insignis oratio acuminijs et soler-  
tie plena, ut nec ornatui facilitas, nec facilitati inuentio  
Alexander tie plena, ut nec ornatui facilitas, nec facilitati inuentio  
Magnus. num decessit ornatus. Huic Alexander succeſſit, et uir-

tute et uitijs patre maior. Itaque uincendi ratio utriusque  
diuersa: Hic aperta ui, ille artibus bella tractabat: Dece-  
ptis ille gaudere hostibus, hic palam fuis: Prudentior ille  
consilio, hic animo magnificentior: Iram pater dissimula-  
re plerunque et uincere, hic ubi exarsisset, nec dilatio ul-  
tionis, nec modus erat. Vini nimis uterque auditus, sed ebrie-  
tatis diuersa uitia. Patri mos erat et de coniuicio in hostem  
procurrere, manum conserere, periculis se temere offer-  
re: Alexander non in hostem, sed in suos seueiebat. Quam-  
obrem Philipum sepe uulneratum prelia remisere: hic  
amicorum interfector coniuicio frequenter exceſſit. Regna-  
re ille cum amicis uolebat, hic in amicos regna exercebat.  
Amari pater malle, hic metui. Literarum cultus utriusque  
similis. Solertia pater maioris, hic fidei. Verbis atque ora-  
tione Philippus, hic rebus moderatior. Parcendi uictis fi-  
lio animus et promptior, et honestior: frugalitati pater,  
luxuria et filius magis deditus erat. Quibus artibus orbis im-  
perij fundamenta pater \* fecit, operis totius gloriam filius \* iecit,  
consummauit.

## IVSTINI LI- BER X.

**A**RTAXERXI regi Persarum ex pellicibus Quarum  
c x v. filij fuere, sed tres tantum iusto matrimonio c l x . habuit  
suscepti, Darius, Ariarates, et Ochus. Ex his Darius con- Plutar.  
tra morem Persarum, apud quos rex no[n] nisi morte mutatur,  
per indulgentiam pater regem uiuus fecit, nihil sibi ablatum Agente Da-  
existimans, quod in filium contulisset, synceramque gau- rio annū 30.  
diuum ex procreatione capturum, si insignia maiestatis sue  
uiuus in filio confpexisset. Sed Darius post noua paternē  
f 3 pietatis

Consilia in pietatis exempla, interficiendi patris consilium cepit. Scis  
terficiendi pa-leratus fuisset, si solus parricidium cogitasset: tanto sceleris  
Ochum tior, quod in societatem facinoris assumptos quinquaginta  
agitasse per Atossam, scri fratres fecit parricidis. Ostenti prorsus genus, ubi in tan-  
bit Plut. to populo non solum sociari, uerum etiam fileri parricidium  
potuit, ut ex l. liberis nemo inuentus sit, quem aut paterni maiestas, aut ueneratio senis, aut indulgentia patris, à  
tanta immanitate reuocaret. Adeóne uile paternum nomen,  
apud tot numero filios fuit, ut quorum presidio tutus etiam  
aduersus hostes esse debuerat, eorum infidili circumuentus,  
tutior ab hostibus, quam à filiis fuerit. Causa parricidi  
scelerior ipso parricidio fuit. Occiso quippe Cyro fra-  
ternio bello, cuius mentio supra habita est, Aspasiam pelli-  
cem eius rex Artaxerxes in matrimonium receperat. Hanc  
patrem \*cedere sibi sicuti regnum, Darius postulauerat.  
qui pro indulgentia sua in liberos, primo facturum se di-  
xerat: mox poenitentia ductus, ut honeste negaret, quod  
Dianæ & Ba-temere promiserat, Solis eam sacerdotio praefecit, quo per-  
tanæ, quam Anetim. vo- petua illi ab omnibus uiris pudicitia imperabatur. Hinc  
exacerbatus iuuenis, in uirga primò patris erupit, mox  
facta cum fratribus coniuratione, dum patri infidias parat,  
deprehensus cum sociis, poenas parricidiū dīs paternae ma-  
iestatis ultioribus dedit. Coniuges quoque omnium cum li-  
beris, ne quod uestigium tanti sceleris extaret, interfic-  
sunt. Post hæc Artaxerxes morbo ex dolore contracto de-  
Natus annos cedit, Rex quam pater felicior. Hereditas regni Ocho tra-  
24. dita, qui timens parem coniurationem, regiam cognatorum  
Qui cognoscere & strage principum replet, nulla, non sanguinis, non  
minatus est sexus, non etatis misericordia permotus: scilicet ne innocens  
Artaxerxes. tior fratribus parricidis haberetur. Atque ita ueluti puris  
Euseb. fato regno, bellum Armeniis infert. In eo cum aduersus  
prouocatorem

prouocatorem hostium Codomanus quidam cum omnium  
fauore processisset, hoste ceso, uictoriā suis pariter, &  
propè amissam gloriam restituuit. Ob haec decora idem Co-  
domanus præficitur Armeniis. Interieco deinde tempore,  
post mortem Ochi regis ob memoriam pristine virtutis rex  
à populo constituitur, Darij nomine, ne quid regie maiestas  
tis decebat, honoratus: bellumque cum Alexandro Magno,  
diu uariante fortuna, magna uirtute gefit. Postremò uictus  
ab Alexandro, & à cognatis occisus, uitam pariter cum  
Persarum regno finiuit.

## IVSTINI LI-

### B E R X I.

In exercitu Philippi, sicuti uarie gentes erant, ita eo Ann. Vib.  
occiso diversi motus animorum fuere. Alij quippe in condit. 526.  
iuesta scrutitate oppresi, ad spem se libertatis erigebant: alijs  
tedio longinqua militie, remissam sibi expeditionem gau-  
debant: nonnulli faciem nuptiis filie accensam, rogo patris  
subditam dolebant. Amicos quoque, tam subita mutatione re-  
rum, haud mediocris metus ceperat, reputantes nunc pro-  
uocatam Asiam, nunc Europam nondum perdomitam, nunc  
Illyrios, & Thracas, & Dardanos, ceteraque barbaras  
gentes fiduci dubie, & mentis infide: Qui omnes populi  
si pariter deficiant, resisti nullo modo posse. His rebus, ue-  
luti medela quadam, interuentus Alexandri fuit: qui pro  
concione, ita uulgas omne consolatus, hortatisque pro tem-  
pore est, ut & metum timentibus demeret, & in spem sui  
omnes impelleret. Erat hic annos x x. natus; in qua etate  
ita moderate de se multa pollicitus est, ut appareret plura  
f 4 cum

eum experimentis reseruare. Macedonibus immunitatem cunctarum rerum, præter militie usuationem dedit: quo facto tantum sibi fauorem omnium conciliauit, ut corpus hominis, non uirtutem regis mutasse se dicerent. Prima illa cura paternarum exequiarum fuit: In quibus ante omnia, cedis consciens ad tumulum patris occidi iuñit, soli Alexander Lyncistarum fratri pepercit, seruans in eo anspicuum dignitatis sue: Nam regem eum primus salutauerat. Aemulum quoque imperij Caranum fratrem ex nouera suscepimus, interfici curauit. Inter initia multas gentes rebellantes compescuit. Orientes nonnullas seditiones extinxit: Quibus rebus erexit, tacito gradu in Græciam contendit: ubi, exemplo patris Corinthum \* euocatus, ciuitatibus dux in locum eius substituitur. Inchoatum deinde à patre Persicum bellum aggreditur, in cuius apparatu occupato, nuntiatur, Athenienses, Thebanos, & Lacedemonios ab eo ad Persas defecisse, autoremque eum defectionis magno auri pondere à Persis corruptum, Demosthenem oratorem extitisse, qui Macedonum delecta omnes cum rege copias à Triballis affirmauerit, producio in concionem autore, qui in eo prælio, in quo rex cederat, se quoque vulneratum diceret. Qua opinione munitos omnium ferme ciuitatum animos esse, praesidia Macedonum obsideri. Quibus motibus occurfurus, tanta celeritate instructo, paratōque exercitu Græciam oppresbit, ut quem uenire non senserant, uidere se uix crederent. In transitu hortatus Thessalos fuerat, beneficiorūque Philippi patris, maternæ que sue cum his ab Aecidarum gente necessitudinis admonuerat. Cupide hæc Thessalis audientibus, exemplo patris dux uniuersæ gentis creatus erat, & uectigalia omnia, redditusque suos ei tradiderant. Sed Athenienses

nientes, sicuti primi defecerunt, ita primi pœnitere coepunt, contemptum hostis in admirationem conuertentes, pueritiamque Alexandri spretam antea, supra uirtutem ueterum ducum extollentes. Missis itaque legatis bellum depescantur. Quibus auditis, & grauiter increpatis, Alexander bellum remisi. Inde Thebas exercitum conuerlit, eadem indulgentia usurus, si parem pœnitentiam inuenisset. Sed Thebani armis, non precibus, nec deprecatione usi sunt. Itaque uicti grauiſſima queque supplicia miserrima captiuitatis experti sunt. Cum in consilio de excidio urbis deliberaretur, Phocenses, & Plateenses, & Theſpienses, & Orchomenij, Alexandri socij, uictoria que participes, excidium urbium suarum, crudelitatemque Thebæorum referabant, studia in Persas non presentia tantum, uerum etiam & uetera aduersus Græcie libertatem increpantes. Quamobrem \* odium eos omnium populorum esse, uel ex eo male \* odio nifestari posse, quod iureitando se omnes obstrinxerint, ut uictis Persis Thebas diruerent. Adiiciunt & scelerum priorum fabulas quibus omnes scenas repleuerant, ut non presenti tantum perfidia, uerum & uetera infamia inuisi forent. Tunc Eleadas unus ex captiuis data potestate dicendi, non à rege se defecisse, quem imperfectum audierint, sed à regis heredibus: quicquid in eo sit admissum, crudelitatis, non perfidie culpatum esse, cuius tamen iam magna se supplicia peperdisse. Deleta iuuentute, nunc senum forminarūque sicuti infirmum, ita innoxium restare uulgus, ipsūque stupris contumeliasque ita uexatum esse, ut nihil amarius unquam sint pauci: nec iam pro ciuibus se, qui tam pauci remanserint, orare: sed pro innoxio patriæ solo, & pro urbe, que non uiros tantum, uerum etiam deos generuit. Priuata etiam regem superstitione deprecatur, geniti apud f 5 ipsos

ipso Herculis, unde originem gens Acacidarum trahat. actaque Thebis à patre eius Philippo pueritia, rogat, ubi parcat, quæ maiores eius partim apud se genitos, deos adoret, partim educatos summe maiestatis reges uiderit. Sed potentior fuit ira, quam preces. Itaque urbs diruitur, agri inter uictores diuiduntur, captiui sub corona uenduntur, quorum pretium non ex euentu commodo, sed ex inimicorum odio extenditur. Miseranda res Atheniensibus iusa. Itaque portas refugis profugorum contra interdictum regis aperucre. Quam rem ita grauiter tulit Alexander, ut secunda legatione denuo bellum deprecantibus, ita demum remisit, ut oratores et duces, quorum fiducia

Vide Apolo- totics rebellent, sibi dedantur: paratisque Atheniensibus, gum de ca- ne cogantur subire bellum, eò res deducta est, ut retenti bus, ou- oratoribus, duces in exilium agerentur: qui ex continen- bus & lupo, ti ad Darium profecti, non mediocre momentum Persarum apud Plu- uitibus accessere. Proficiscens ad Persicum bellum, omnia nouerce sua cognatos, quos Philippus in excelsorem dignitatis locum prouochens, imperii prefecrat, interfecit, sed nec suis, qui apti regno uidebantur, pepercit, ne qua materia seditionis, proculse agente, in Macedonia remaneret: et reges stipendiarios conspectioris ingenij, ad commilitium secum trahit, seniores ad tutelam regni relinquit. Adunato deinde exercitu naues ostenerat: unde conspecta Asia, incredibili ardore mentis accensus, duodecim aras deorum in belli uota statuit. Patrimonium omne

Ioui. Hercu- fuum, quod in Macedonia, Europaque habebat, amicli, & Miner- diuidit, sibi Asiam sufficere praefatus. Priusquam ulla na- uis littore excederet, hostias cedit, petens uictoriam bello, sacrae, in ripa Pirami. quo tolles à Persis petite Græcia ultor relictus sit: quibus Qu. Curtius. longa iam satis, et matura imperia contigisse, quorunque temp

tempus esset uices excipere melius acturos. Sed neque exercitus eius alia, quam regis animorum praesumptio fuit. Quippe obliiti omnes coniungum, liberorumq; et longinque à domo militie, Persicum aurum et totius Orientis opes, iam quasi suam predam ducebant: nec belli periculorum, sed diuinarum meminerant. Cum delati in continentem essent, primus Alexander iaculum uelut in hostilem terram iure ram ecce, armatusque de naui tripudiante similis prosluit, defungi. Vitate ita hostias cedit, precatus, ne se regem illæ terre iniuste accipiant. \* Inibi quoque ad tumulos eorum, qui Troia= \*In Ilio quo= no bello ceciderant, parentauit. Inde hostem petens, militantes à populatione Asia prohibuit, parcendum suis rebus praefatus, nec perdenda ea, que possessuri uenerant. In exercitu eius fuere peditem xx. duo millia, equitum quatuor millia quingenti, naues centum Lxxxi. Hac tam parua manu uniuersum terrarum orbem utrum sit admirabilis uicerit, an aggredi ausus fuerit, incertum est: cum ad tam periculosum bellum exercitum legerit, non iuuenes robustos, nec primo flore etatis, sed ueteranos plerosque etiam emerite militie, qui cum patre, patruisq; militauerant, elegit, ut non tam milites, quam magistros militie electos putares. Ordines quoque nemo nisi sexagenarius duxit, ut se principia castrorum cerneret, senatum te aliquius prisca Reipub. uidere diceret: itaque nemo in prælio fugam, sed uictoriam cogitauit: nec in pedibus cuiquam spes, sed in laceris fuit. Contrà rex Persarum Darius, fiducia uirium nil astu agere, affirmans suis occulta consilia uictoria fieriue non conuenire, nec hostem à regni finibus arcessere, sed intimum regnum accipere: gloriofus ratus repellere bellum, quam non admittere. Prima igitur congreßio in campis Adrastis fuit. In acie Periarum sexcenta

centa millia militum fuere, que non minus arte Alexandri, quā uirtute Macedonum superata, terga uerterunt. Magna itaque cedes Persarum fuit. De exercitu Alexandri no-

xxxii, pē uem pedites, centum x. equites cecidere, quos rex impedites, D. sau- sc̄ ad ceterorum solatia humatos, statuis equestribus do- cios, equites nauit, cognatisq; eorum immunitates dedit. Post uictoriam c. l. interfec- maior pars Asie ad eum defecit. Geſit & plura bella cum etos, Q. Cur- p̄fectis Darij, quos iam non tam armis, quam terrore no- tuus scribit.

minis sui uicit. Dum hæc aguntur, interim indicio captiū ad eum defertur, insidias ei ab Alexandro Lyncistarum ge- nero Antipatri, qui p̄positus Macedonie erat, parati.

Ob quam causam timens, ne quis interfecto eo in Mace- donia motus oriretur, in vinculis eum habuit. Post ha-

\*Gordium \*Gordin urbem petit, que posita est inter Phrygiam ma- iorem & minorem: cuius urbis potiunde non tam propria prædam cupido eum cepit, sed quod audierat in ea urbe in templo Louis iugum plaustri Gordij positum, cuius ne- xum si quis soluisset, eum tota Asia regnaturum, antiqua oracula cecimisse. Huius rei causa & origo illa fuit: Gor- dius cum in his regionibus bobus conductis araret, aues cum omnis generis circumuolare cœperunt: p̄fectorus ad consulendos augures uicinae urbis, obuiam in porta ha- buit uirginem eximie pulchritudinis: percunctatusq; es, quem potissimum augurem consuleret: Illa audita causa consulendi, gnara artis ex disciplina parentum, regnum ei portendi, respondit: polliceturq; se & matrimonij, & spei sociam. Tam pulchra conditio, prima regni felicita uidebatur. Post nuptias inter Phrygas orta seditio est. Consulentibus de fine discordiarum, oracula responderunt, regi discordijs opus esse. Iterò querentibus de persona regis, iubentur eum regem obseruare, quem reuersi pri-

mum

mum in templum Louis euntem plaistro reperissent. Ob- uius illis Gordius fuit, statimq; eum regem consalutant: illo plaustrum, quo uehenti regnum delatum fuerat, in tem- plo Louis positum, maiestati consecrauit regis. Post hunc filius Mida regnauit, qui ab Orpheo sacrorum solenibus initiatus, Phrygiam religionibus impleuit, quibus tutior omni uita, quam armis fuit. Igitur Alexander capta urbe cum in templum Louis uenisset, iugum plaustri requisuit:

Gordius ille quo exhibito, cum capita loramentorum intra nodos ab- scindita reperiire non posset, uiolentius oraculo usus, gla- nodus, abiit in prouer- dio loramenta cedit: atque ita resolutis nexibus, latentia

in nodis capita inuenit. Hoc illi agenti nuntiatur, Darium cum ingenti exercitu aduentare. Itaque timens angustias, magna celeritate Taurum transcedit, in qua festinatione quingenta stadia cursus fecit. Cum Tarsum uenisset, captus Cydiu fluminis amoenitate, per medium urbem influentis, proiectis armis, plenus pulueris ac sudoris, in præfrigidam nudum undam se proiecit. Tum repente tautus neruos eius occupauit rigor, ut interclusa uoce non spes modo reme- dij, sed nec dilatio periculi interueniret. Unus erat ex me- dicis, nomine Philippus, qui solus remedium polliceretur: sed & ipsum Parmenonis pridie à Cappadocia misse epistole suspectum faciebant, qui \*guarus infirmitatis Ale- xandri, scripserat, à Philippo medico ut caueret: Nam cor- ruptum illum à Dario ingenti pecunia esse. Tutius tamen est ratus, dubie se fidei medici credere, quam indubitate morbo periire. Accepto igitur poculo, epistolas medico tradidit, atque ita inter bibendum oculos in uultum le- gentis intendit. Ut securum confixit, letior factus est, sanitatemq; quartâ die recepit. Igitur Darius cum c. c. c. milibus peditum, & centum milibus equitum in aciem proced

in nodus, abiit in prouer- dio loramenta cedit: atque ita resolutis nexibus, latentia

\*ignarus

procedit. Mouebat hæc multitudo hostium, respectu paucitatis sue, Alexandrum: sed interdum reputabat, quanta res cum ista paucitate gesisset, quantumque populos susisset: Itaque cum spes metum uinceret, periculosus differe bellum ratus, ne desperatio suis cresceret, circumuenitus suos, singulas gentes diuersa oratione alloquitur. Illyrios & Thracas opum ac diuitiarum ostentatione, Graecos ueterum bellorum memoria, aternique cum Persis ad accendebat. Macedones autem nunc Europe uicti & admittunt, nunc Asia expetiunt, nec inuentas illis toto orbe paruires gloriatur. Ceterum & laborum finem hunc, & gloria cumulum fore. Atq; inter hæc idenitatem consistere aciem iubet, ut hac mora consuecant oculis turbani hostium sustinere. Nec Darij segnis opera in ordinanda acie sua Quippe omib; ducum officiis ipse omnia circumire, singulos hortari, ueteris glorie Perſarum, imperiisque perpetue à diis immortalibus datae possessionis admonere. Pol

Alexandri  
dextrum fe-  
mur leuiter  
perfrictum.  
Q.Curt.

hæc prælium ingentibus animis committitur. In eo uerque rex uulneratur: tandem certamen anceps fuit, quod fugeret Darius. Exinde cædes Perſarum secuta est, Cæsa sum peditum unum & sexaginta millia, equitum decem millia capta quadraginta millia. Ex Macedonibus cecidere perdestres cxxx. equites cl. In castris Perſarum multa auri, ceterarumq; opum inuentu. Inter captiuos castrorum

Matri Darii mater, & uxor, eademque soror, & filie due Darij sunt nomen Syrigambi fuit.

\*mortem, nibus Alexandri, non uitam, sed ut Darij corpus sepeliam dilatatione mortis deprecantur. Motus tanta mulierum pietate Alexander, & Darium uiuere dixit, & timentibus

mori-

moriū metum dimisit, eisque haberi & salutari, ut reginas, precepit. Filias quoque non sordidius dignitate patrii sparsare matrimonium iusset. Post hec opes Darij, diuitiarumque apparatum contemplatus, admiratione tantarum rerum capitur. Tunc primum luxuriosa conuiuia, & magnificientiam epularum sectari, tunc \*Marsinem capiuam \*Barsemem diligere propter formæ pulchritudinem coepit. A qua postea suscepit puerum Herculem uocauit. Memor tamen adhuc Darium uiuere, Parmenionem ad occupandam Perſicam classem, aliósque amicos ad recipiendas Asia ciuitates misit: que statim audita fama uictoria ipsius, Darij prefectis cum auri magno pondere tradentibus se, in potestatem uictorum uenerunt. Tunc in Syriam proficiuntur ubi obuios cum insulis multos reges Orientis habuit. Ex his pro meritis singulorum alios in societatem recepit: alii regnum ademit, sufficiens in loca eorum nouis regibus. Insignis præter ceteros fuit \*Abartomius, rex ab Alexander \*Abdolumis Sidonie constitutus. Quem Alexander, cum operam nus, ablocare ad putcos exhuiriendos, hortosque irrigandos solitus esset, misere uitam exhibentem regem fecerat, spretus \*exigentem nobilibus, ne generis id, non dantis beneficium putarent. Tyriorum ciuitas cum coronam auream magni ponderis per legatos in titulum gratulationis Alexandro mississet, grata munere accepto, Tyrum se ire uelle, ad uota Herculi reddenda, dixit. Cum legati rectius id cum in Tyro ueterere, Erat hec ex antiquiore templo facturum dicentes, inde deprecantes tra vrbē in eius introitum, ita exaruit, ut urbi excidium minaretur: conſede quā Parfusque exercitu insula applicato, non minus animosis latyron vo- Tyriis fiducia Carthaginensium, bello excipitur. Augebat cant. Quint Curt.lib.4. enim Tyriis animos Didonis exemplum, que Carthagine condita, tertiam partem orbis quesisset, turpe ducentes, si sce

si foemini suis plus animi fuisset in imperio querendo, quām sibi in tuenda libertate. Amota igitur imbelli etie Carthaginem, et accersitis mox auxiliis, non magno pōst tempore per proditionem capiuntur. Inde Rhodum Alexander, Aegyptum, Ciliciamque sine certamine recepit. Ad Septimo pōst mense, quām Iouem deinde Hammonem pergit, consulturus et de eueniēt cœpta op tu futurorum, et de origine sua. Nanque mater eius Olympias confessa uiro suo Philippo fuerat, Alexandrum non ex eo se, sed ex serpente ingentis magnitudinis conte pisse. Denique Philippus ultimo prop̄e uita sue tempore filium suum non esse palam predicauerat. Qua ex causa Olympiada uelut stupri compertam repudio dimisera. Igitur Alexander cupiens originem diuinitatis acquisire, simul et matrem infamia liberare, per premissos sub ornat Antistites, quid sibi responderi uelit. Ingredien templum statim Antistites ut Hammonis filium saluat. Ille letus dei adoptione, hoc se patre censeri iubet. Regat deinde, an omnes interfectores patris sui sit ultus: respondent patrem eius nec posse interfici, nec mori, regi Philippi peractam plenē ultiōrem esse. Tertiam interrogationem poscenti, uictoriam omnium bellorum, posse fōnēmque terrarum dari respondent. Comitibus quoq; suis responsum, ut Alexandrum pro Deo, non pro re Nam Iliadē, colerent. Hinc illi aucta insolentia, mirūsque animi incūna cum puit tumor, exempta comitate, quam et Grecorum litigione, semper sub puluis, et Macedonum instituis didicerat. Reuersus Hammone \* Alexandria condidit, et coloniam Maccabat. Plutar. donum caput esse Aegyti iubet. Darius cum babylone profugisset, per epistolās Alexandrum deprecatus est et mare, redimendaram sibi captiuarum potestate faciat, inquit. Curt. rem magnam pecuniam pollicetur. Sed Alexander in pro-

cium captiuarum regnum omne, non pecuniam petit. Interiecto tempore aliae epistolæ Darij Alexandro reduntur, quibus matrimoniū et regni portio offeratur. Sed Alexander sua sibi dari rescripsit, iusisque supplicem uenire, et regni arbitria uictori permittere. Tum spē pacis amissa, bellum Darius raparat. cccccc. milibus peditorum, et centum milibus equitum obuiam uadit Alexandro. In itinere nuntiatur uxorem eius ex collatione abiecti partus deceſſe, eiisque mortem illacrymatum Alexandrum, execuſiisque benignè prosecutum, idque eum non amoris, sed humanitatis causa fecisse. Nam semel eam tantum Alexandro uisam esse, cum matrem, paruulāsque filias eius frequenter consolaretur. Tunc Darius se ratus uerē uictum, cum post tot prælia, et beneficiis ab hoste superaretur, gratiūsque sibi esse, si uincere nequeat, quod à tali potissimum uinceretur. Scribit itaque et tertias epistolās, et gratias agit, quod nihil in suos hostiles fecerit. Offert deinde maiorem partem regni usque ad flumen Euphratem, et alteram filiam uxorem, pro reliquis captiuis triginta millia talentorum. Ad hoc Alexander gratiarum actionem ab hoste superuacancam esse respondit. nec à se quicquam factum in hostis adulacionem, nec quod in dubios belli exitus, aut in leges pacis sibi lenocinia, quereret: sed animi magnitudine, qua didicerit aduersus uires hostium, non aduersus calamitates contendere: polliceturque se præstaturum ea Dario, si secundus sibi, non par haberi uelit. Ceterū neque mundum posse duobus soib; regi, neque orbem summa duo regna saluo statu terrarum habere: Proinde aut deditōrem eadem die, aut in posteram aciem paret, et nec pollicetur sibi aliam, quam sit expertus uictoriam. Postera die aciem producunt, cum

Ab hoc enim quis nō velit enī mori?

repente ante praelium confectum curis Alexandrum somnis arripuit. Cum ad pugnam solus rex decesset, à Parmenione agè excitatus, querentibus somni causas omnibus inter pericula, cum etiam in otio semper parctor fuerit, magno se metu liberatum ait, somnumque sibi à repentina securitate datum, quod liceat cum omnibus Darij copijs configere, veritum se longam belli moram, si Persæ exercitum diuissent. Ante prælium utraque acies hostibus spectaculo fuit. Macedones multitudinem hominum, corporum magnitudinem: armorumque pulchritudinem mirabantur: Persæ autem à tam paucis uicta suorum tot millia stupebant. Sed nec duces circumire suos singulos cessabant. Darius uix denique armatis singulos hostes, si diuiso fieret, eueniire dicebat. Alexander Macedonas monebat, ne multitudine hostium, ne corporis magnitudine, uel coloris nouitatem mouerentur: tantum meminisse iubet, cum iisdem se tertio pugnare, nec meliores factos putarent fuga, cum in aciem secum tam tristem memoriam cædium sanguinum, et tantum sanguinis de duobus preliis fusi ferrent: et quemadmodum Dario malorem turbam hominum esse, sic uirium sibi. Hortatur, fibrant illam aciem auro et argento fulgentem, in qua plus prede quam periculi sit, cum uictoria non ornamentorum decore, sed ferri uirtute queratur. Post hæc prælium committitur, Macedones in ferrum cum contemptu toties à uicti hostis rubeant, contra Persæ mori quam uinci præoptabant. Rarò etiam ullo prælio tantum sanguinis fusum est. Darius cum uinci suos uideret, uoluit mori et ipse: sed proximis fugere compulsus est. Suadētibus deinde quibusdam, ut pons Cydiu fluminis ad iter hostium impediendum intercluderetur: non ita saluti sue uelle consultum ait, ut tot milia sociorum hostibus obiiciat, debere et alijs fugæ uian patere,

patere, qua patuerit sibi. Alexander autem periculosaissima queque aggrediebatur: et ubi conseruissimos hostes acerrime pugnare conspexisset, eò se semper ingebat, periculosaque sua esse, non militum uolebat. Hoc prælio Asti imperium rapuit, quinto post acceptum regnum anno, cuius felicitas tanta fuit, ut post hoc nemo rebellare etiam ausus sit, patienterque Persæ post imperium tot annorum, iugum seruitius acceperunt. Donatis refectisq; militibus, x x x i i i. continuis dibus prædam cognoscit. xxxiiii. In urbe deinde clausa. x l. millia talentorum inuenit. Ex ut Orosius: pugnat et Persepolim caput Persici regni, urbem multis alij x l. annis illustrem, resertamque orbis terrarum spoliis, que in teritu eius primum apparuerunt. Inter hæc d c c c. ad modum Graci occurrunt Alexandro, qui poenam captiuitatis truncata parte corporum tulerant, rogantes ut scutti Greciam, se quoque ab hostis crudelitate vindicaret. Data potestate redeundi, agros recipere maluerunt, ne non tam gaudium parentibus, quam detestandum sui conspectum reportarent. Intered Darius in gratiam uictoris à A Beso, & cognatis suis aureis compedibus, catenisque in uico Par thorum Tanea uincitur. Credo ita diis immortalibus uindicantibus, ut in terra eorum, qui successuri imperio erant, Persarum regnum finiretur. Alexander quoque citato cursu posteru die superuenit, ibique cognovit Darium clauso uehiculo per noctem exportatum. Iusso itaque exercitu subsequi, cum vll. millibus equitum fugientem insequitur: in itinere multa et periculosa prælia fecit. Emen sus deinde multa millia passuum, cum nullum Darij indicium reperisset, respirandi equis data potestate, unus ex Polystrato ei militibus dum ad fontem proximum pergit, in uehiculo nomen fuit. Darium multis quidem vulneribus confossum, sed spirans Plutar.

Nabarzane,  
vt Qu. Cur scribit,

Sordidis pelibus.

tem adhuc inuenit: qui applicito captivo cum ciuem ex uoce cognouisset, id saltē presentis fortune solatum se habere dixit, quod apud intellectum locutus esset, nec incassum postremas uoces emissurus. Perferri haec Alexander iubet, se nullis in eum meritorum officiis, maximorum illi debitorem mori, quod in matre liberisq; suis regium eius non hostilem animum expertus, feliciusq; hostem, quam cognitos sortitus sit: quippe qui matri ac liberis suis ab eoden hoste uitam datam, sibi a cognatis erexit, quibus et uita et regna dederit. Quamobrem gratiam illi eam futuram, quam ipse uictor uoleat, Alexandro referre se, quam solam moriens potest gratiam, precari superum et inferum nemina, et regales deos, ut illi terrarum omnium uictori contingat imperium, pro se iustum magis, quam grauem seputetur ueniam orare. Quod ad ultionem pertineat, iam non suam, sed exempli, communemque omnium regum esse causam, quam negligere, illi et indecorum esse, et periculum: Quippe cum in altero iustitia eius, in altero etiam uilitatis causa ueretur. In quam rem unicum pignus fidei regie dexteram se ferendam Alexandro dare. Post hec porrecta manu expirauit. Que ubi Alexandro nuntiata sunt, usfo corpore defuncti, tam indignam illo fastigio mortem lacrymis prosecutus est, corpusq; regio more sepeliri, et reliquias eius maiorum tumulis inferri iussit.

Ea enim fi-  
dei sacra est.  
Plin.lib.ii,

## IVSTINI LI BER XI.

**A**LEXANDER in persecundo Dario, amissos milites, magnis funerum impensis extulit, reliquis expeditionis eius sociis xv. millia talentorum diu-

fit. Equorum maior pars aelu amissa, inutilesque etiam qui superuerant, facti. Pecunia omnis. c l i i i . millia talentorum ex uictoria nuper congregata, eisq; Parmenio praeficitur. Dum haec aguntur, epistole Antipati à Macedonia reduntur, quibus bellum Agidis regis Spartanorum in Graecia, Alexandri regis Epiri in Italia, bellum Zopyrionis perfecti eius in Scylbia continebatur. Quibus uarie affectus plus tamen leticie cognitis moribus duorum emulorum regum, quam doloris amissi cum Zopyrione exercitus suscepit. Nanque post profactionem Alexandri, Graecia ferme omnis in occasionem recuperande libertatis, ad arma concurrerat, autoritatem Lacedemoniorum sequuta, qui Philippi, Alexandrique pacem soli spreuerauani, et leges respuerant. Dux huius belli Agis, rex Lacedemoniorum fuerat, quem motum Antipater contractis militibus, in ipso ortu oppresit. \* magna tamen utrinque cedes fuit.

\*Cecidere Agis rex cum suos terga dantes uideret, dimissis satelliti- Lacedemo- bus, ut Alexandro si non felicitate par, uirtute non inferiorū v. m. rior uideretur, tanta strages hostium edidit, ut agmina et c c c l x . interdum fugaret. Ad extremum esti à multitudine uictus, Macedonum gloria tamen omnes uicit: Porro Alexander rex Epiri, in c c c . Curti Italianam à Tarentinis, auxilia aduersus Brutios deprecans lib. 6 . tibus, sollicitatus, ita cupidè projectus fuerat, ut in diuina- ne orbis terrarum, Alexandro Olympiadis fororis sua fia- li, Oriens, et sibi Occidens forte contigisset: non mino- rem rerum materiam in Italia, Africa, Siciliaque, quam ille in Asia, et in Persis habiturus. Huc accedebat, ut sicut Alexander magno Delphica oracula insidias in Mace- donia, ita huic responsum Dodonei Iouis urbem Pan- dosiam, amniisque Acherusium praedixerant. Que utrasque cum in Epiro essent, ignarus eadem et in Italia esse,

ad declinanda fatorum pericula paregrinam militiam capidius elegerat. Igitur cum in Italiam uenisset, primum illi bellum cum Apulis fuit: quorum cognitio urbis fato, breui post tempore pacem & amicitiam cum rege eorum fecit. Erat nanque tunc temporis urbs Apulis Brundusium, quam Aetoli sequuti, fama rerum in Troia gestarum, clarissimum ac nobilissimum ducem Diomedem, considerant. Sed pulsi ab Apulis, consulentes oracula, responsum accepserant, locum quem reperirent, perpetuo possessuros. Hac igitur ex causa, per legatos sub belli comminatione, restitui sibi ab Apulis urbem popularent. Sed ubi Apulis oraculum innotuit, imperfectos legatos in urbe sepielivit, perpetuū ibi sedem habituros: Atq[ue] ita defuncti responso, diu urbem possederunt. Quod cum factum cognouisset Alexander Epiri, antiquitatis fata ueneratus, bello Apulorum abstinuit. Geſit & cum Brutii Lucanisque bellum, multasq[ue] urbes cepit: tum & cum Metapontinis, ac Rutilis, & Rom.nis feedus, amicitiamq[ue] fecit. Sed Brutii, Lucanique cum auxilia à finitimiis contraxiserent, acrius bellum repetiuerent. Ibi rex iuxta urbem Pan-

\*Acheronta, dosam & flumen\* Acherusium, non prius fatalis loci cognito nomine, quam occideret, interficitur: Moriensque non in patria fuisse sibi periculosam mortem, propter quam patriam fugerat, intellexit. Corpus eius Tyrij publicè redemptum, sepulture tradiderunt. Dum hec aguntur in Italia, Zopyrion quoque prefectus Ponti ab Alexandro Magno \*otiosum relictus, \*occisum se ratus, si nihil ipse geſiſſet, adunato xx x. millium militum exercitu, Scythis bellū intulit. Cessum omnibus copiis, poenas temere illati belli genti innoxieſſit. Hec cion nuntiata in Parthiam Alexandro effebi simulato mœrore, propter Alexandri cognitionem, exerci-

tui suo triduo luctum indixit. Omnibus deinde uelut Darij morte, perpetrato bello, redditum in patriam expectantibus, conuges & liberos suos animo iam quodammodo complectentibus, ad concionem exercitum uocat: Ibi nihil astum tot egregius praeliis ait, si incolmis Orientalis barbaries relinquatur: Nec se corpus, sed regnum Darij petiſſe, persequendosque esse eos, qui à regno defecerint. Has oratione, uelut ex integro incitatis militum animis, Hyrcaniam, Mardosque subegit. Ibi ei occurrit Thaleſtris, ſive Minothaea Amazonum regina, \*cum c. c. c. \*Fortes' milibus mulierum, x x v. dierum inter infestissimas ccc. muliergentes itinere confecto, ex rege liberos queſitura: cuius ribus: ita e=confpectus aduentusque admirationi fuit, & propter in nim in uetus solitum foeminiſ habitum, & propter expeditum concuſto codice lebitum. Ob hoc \*x x x. diebus otio datis, à rege ut uisa est gitur. uterum impelleſſe, deſceſſit. Post hac Alexander habitum +xiii. regum Persarum, & diadema, inſolitum ante in regibus Macedonicis, uelut in leges eorum quos uicerat, tranſfret, affumit. Que ne inuidiosius & in ſe uno confiſcerentur, amicos quoque ſuos longam uestem aureum purpureamque furnere iubet, ut luxum quoque, ſicuti culum iniuraretur Persarum. Inter pellicum regiarum greges electe pulchritudinis, nobilitatisque, noctium uices diuidit. His rebus ingentes epularum apparatus adiicit, ne ſeiuna & deſtructa luxurie uideretur. Coniuuium quoque iuxta regiam magnificentiam ludis exornat: immensitatem lumen prorsus, tantas opes amitti his moribus, non queri diſ interposolere. Inter hæc indignatio omnium totis caſtris erat, il lat. Cur.li.5 lum à Philippo patre tantum degenerauifſe, ut etiam patrie nomen euitaret, moresque Persarum affumeret, quos proprie tales mores uicerat. Sed ne ſolus uitiiſ eorum, quos

armis subegerat, succubuisse uideretur, militibus quoque suis permisit, si quarum captiuarum consuetudine tenentur, ducere uxores: existimans minorem in patriam redditus cupiditatem futuram, habentibus in castris imaginem quandam larium, ac domesticæ sedis, simul et laborem militie molliorem fore dulcedine uxorum. In supplémenta quoque militum, minus exhaustiri posse Macedoniam, si ueteranis patribus tyrones succederent, militari in uallo, in quo nati essent: constantioresque futuri, si non solum tyrocinia, uerum etiam incunabula in ipsis castris posuissent: qua consuetudo in successores quoque Alexandri mansit. Igitur et alimenta pueris statuta, et instrumenta armorum, equorumque iuuenibus data, et patribus pro numero filiorum præmia statuta. Si quorum patres occidissent, nihilominus pupilli stipendia patrum trahebant, quorum pueritia inter uarias expeditiones militia erat. Itaque à paruula etate periculis laboribusque indurati, iniusti exercitus fuere: neque castra aliter, quam patriam: neque pugnam aliud unquam, quam uictoriam duixerunt. Hec soboles nomen habuit Epigoni. Parthis deinde domitis, prefectus his statuitur ex nobilissimis Persarum Andragoras, unde postea originem Parthorum reges habuerunt. Interē Alexander non regio, sed hostili odio seuire in suos cœpit. Maxime indignabatur carpi sermonibus suorum, patris Philippi, patriæque mores subuertisse. Propter quea crimina, Parmenton quoque senex, dignitate regi proximus, cum Philota filio de utroque prius questionibus habitis, interficiuntur. Tremere itaque omnes uniuersis castris cœpere, immoxij senis, filiique causum miserantes, interdum se quoque non debere melius sperare dicentes. Qua cùm nuntiata Alexandro essent, uerens,

ne hec opinio etiam in Macedoniam diuulgaretur, et ne uictoriae gloria scuittia macula offuscaretur, simulat se ex amicis quosdam in patriam uictoriarum nuntios missurum. Hortatur milites suis scribere, rariorem habituros occasionem, propter militiam remotorem. Datos fasces epistolarum ad se tacite deferri iubet: ex quibus cognito de se singulorum iudicio, in unam cohortem eos, qui de rege durius opinati fuerant, contribuit, aut consumptiurus eos, aut in ultimis terris in colonias distributurus. Inde Dræcas, Euergetes, Parymas, \* Parpammenos, Hydaspios, \* Paropamisæ ceterosque populos, qui in radice Caucasi morabantur, fadas, subigit. Interē unus ex amicis Darij Bessus, uinctus perducitur, qui regem non solum prodiderat, uerum etiam interficerat. Quem in ultiōnem perfidiae, excruciantum fratris Darij tradidit, reputans non tam hostem suum fuisse Darij nomē fratrium, quam amicum, à quo eſet occiſus. Et ut his terris non fuit. Plutarc. men relinquēt, urbem Alexandriam super annem Taim condidit, intra diem septimumdecimum muro v. i. millium passuum consummato, translati eō trium ciuitatum populis, quas Cyrus considerat. In Bactrianis quoque Sogdianisque xii. urbes condidit, distributis his, quoſcunque res scribunt in exercitu seditiosos habebat. His ita gestis, solenni die amicos in conuiuum uocat. Vbi orta inter ebrios rerum à Philippo gestarum mentione, præferre se patri ipse, rerumque suarum magnitudinem extollere coelo tenuis cœpit, assentante maiore conuiuarum parte. Itaque cūm unus ex senibus Clythus, ductus fiducia amicitie regie, cuius palam tenebat, memoriam Philippi tueretur, laudaretq; eius res gestas, adeo regem offendit, ut telo à satellite rapto, eundem in conuiuio trucidauerit. Qua cœde exultans, mortuo patrocinium Philippi, laudemque paterna militie

obiebat. Postquam satatus cede animus quievit, et in locum ire succedit existimatio, modò personam occisi, modò causam occidendi considerans, pigere eum facti copiis, qui paternas laudes tam iracundè accepisset, quam nec concia debuisset: amicūmque senem, et immoxium, à se occisum inter epulas et pocula, dolebat. Eodem igitur furore in patientiam, quo pridem in iram uersus, mori uoluit. Primum in fletus progressus, amplecti mortuum, uulnera tractare, et quasi audiēti confiteri dementiam: arreptum telum in se uertit: peregitque facinus, ni amici interuenissent. Miserit h.e.c uoluntas moriendi etiam sequentibus diebus. Acceserat enim ad penitentiam, nutricis sue, et sororis Chresti recordatio, cuius absentis cum maxime pudebat, tam sedam illi alimentorum suorum mercedem redditam, ut in cuius manibus pueritiam egerat, huic iuuenis, et uictor, pro beneficio funera remitteret. Reputabat deinde quantum in exercitu suo, quantum apud gentes denicit, fibularum, atque inuidiae, quantum apud ceteros amicos metum, et odium sui fecerit, quam amarum et triste reddiderit coniuicium suum: non armatus in acie, quam in coniuncto sedens terribilior. Tunc Parmenion, et Philotas, tunc Amyntas consobrinus, tunc nouerca fratresque interfeci, tunc Attalus, Eurilochus, Pausanius, aliquae Macedonia extinti principes occurrebant. Ob h.e.c illi quatriduo peruerata inedia est, donec exercitus uniuersi precibus exoratus est, precantis, ne in mortem unius doleat, ut uniuersos perdat, quos in ultimam deductos Barbariem, inter infestas, et irritatas gentes, bello desiliuat. Multum profuerunt.

Et Anaxar- et Callisthenis philosophi preces, condiscipulatu apud chi, Plutar- Aristotelem familiaris illi, et tunc ab ipso rege ad procho autore. dendi memorie acta eius acciūt. Revocato igitur ad bel-

lum animo, Chorasmios et Dracas in ditionem accipiit. Deinde quod primò ex Persico superbie regie more distulerat, ut omnia pariter inuidiosiora essent, non salutari, sed adorari se iubet. Acerrimus inter recusantes Callisthenes fuit. Quae res et illi, et multis principibus Macedonum exitio fuit: siquidem sub specie insidiarum omnes interfeci. Retentus tamen est Macedonibus mos, salutandi regis explosa adoratione. Post hæc Indianum petit, ut Oceano, ultimoque Oriente finiret imperium. Cui gloria, ut etiam exercitus ornamenta conuenirent, phaleras equorum, et arma milium argento inducit, exercituumque suum ab argenteis clypeis, Argyraepidas appellauit. Cum ad Nysam urbem uenisset, oppidanis non repugnantibus, fiducia religionis Liberi patris, a quo condita urbs erat, parci iuosit: latet non militiam tantum, uerum etiam uelutigia se Dei sequitum. Tunc ad spectaculum sacri montis duxit exercitum, naturalibus bonis, uite, edrāq; uestiti, non aliter, quam si manu cultus, coletiūmque industria exornatus esset. Sed exercitus eius, ubi ad montem accessit, repentinō mentis impetu, in sacros Dei ululatus instinctus, cum stupore regis, sine noxa discurrit, ut intelligeret, non tam oppidanis parcendo, quam exercitui suo se consiluisse. Inde montes Dedalos, regnaque Cleopheidis reginae petit. Que, cum se dedidisset, eius concubitu redempium regnum ab Alexandro recepit: illecebris consecuta, quod armis non potuerat: filiumque ab eo genitum, Alexandrum nominauit, qui postea regno Indorum potitus est. Cleopheis regina, propter prostratam pudicitiam scortum regium exinde appellata est ab Indis. Peragrata India, cum ad saxum mirae magnitudinis et asperitatis, in quod multi populi conuigerant, peruenisset, cognoscit Hercoleum

Quem M-  
erum incole  
appellant.  
Curt.lib.7.  
Bacchates.

culm ab expugnatione eiusdem saxi terramotu prohibita sum. Captus itaque cupidine, Herculis acta superare; cum summo labore ac periculo potitus saxo, eius omnes loci

Statuta e- gentes in ditionem accipit. Vnus ex regibus Indorum nim fuitqua fuit, Porus nomine, viribus corporis, et animi magnitudi- tuor cubito- ne pariter insignis, qui bellum iampridem, audit a Alexan- rum & pal- dri opinione, in aduentum eius parabat. Commissio itaque Plut. prelio, exercitum suum inuadere Macedonas iubet, si regem corum priuatum hostem depositit. Nec Alexander moram pugnae fecit; sed prima congreßione uulnerato equo, cum præcepis in terram cecidisset, concursu satellitum ser- uatus est. Porus multis uulneribus obrutus capitur. Quia uictum se adeo doluit, ut cum ueniam ab hoste muenisse, neque cibum sumere uoluerit, neque uulnera curari passa sit, ægræq; sit ab eo obtentum, ut uellet uiuere: Quem Ale-

xander ob honorem uirtutis, incolumem in regnum remisit. Duas igitur urbes condidit: unam Nicæam, alteram ex

\*Bucepba= nomine equi \*Bucephalam uocauit. Inde Adrestas, \*Strathenos, henos, Paſidas, Gangaritas, cœſis eorum exercitibus, cu-

\*Strathenos, pugnat. Cum ad Eufites uenisset, ubi eum cum c. c. mil- bus hostium equitum oppericabantur, omnis exercitus non minus uictoriarum numero, quam laboribus fessus, lacri- mis eum deprecatur, ut finem tandem belli faceret, aliquando patriæ reditusque meminisset: respiceret militum annos quibus uix etas ad reditum sufficeret: ostendere alius campiem, alius uulnera, alius etate consumpta corpora, alii ca- catricibus exhausta. Solos se esse qui duorum regum Phi- lippi: Alexandriq; continuam militiam pertulerint. Tan- dem orare, ut reliquias saltem suas paternis sepulcris reb- dat, quorum non studiis deficitur, sed annis. Ac si non me- litibus, uel ipse sibi parcat, ne fortunam suam nimis one-

rando fatiget. Motus his tam iustis precibus, uelut in finem uictorie, caſtra ſolito magnificentiora fieri iuſtit, quorum molitionibus et hostis terroreretur, et posteris admiratio ſui relinqueretur. Nullum opus milites letius fecere. Itaque cœſis hostibus, cum gratulatione in eadem reuerterunt. In de Alexander ad amnem Acesinem pergit: per hunc ad Oceanum deuehitur. Ibi Geſſonas Aſybosque, quos Her- cules condidit, in ditionem accepit. Hinc ad Ambros et

\*Sycambros nauigat. Quæ gentes cum armatis L X X. \*Sabarcas nullibus pedium, et L X. nullibus equitum excipiunt. Apud Mal- los hanc pu- gnam Plut. Cum prælio uictor effet, ad \* urbem eorum exercitum du- cit. Quam desertam à defensoribus, cum de muro, quem scribit, qui primus ceperat, animaduertifet, in urbis planiciem fine sunt Indoru- illo satellite defiliuit. Itaque cum eum hostes ſolum confe- pugnaciffi- xiffent, clamore edito, undique concurrunt, ſi poſſint in uno capite urbis bella finire, et ultionem tot gentibus dare. Nec minus Alexander conſtanter restitit, et unus aduer- fuis tot millia preliatur. Incredibile dictu eft, ut eum non multitudio hostium, non magna telorum uis, non tantus la- cefſentium clamor terruerit, ſolus tot millia caderet ac fu- garet. Vbi uero ſe obrui multitudine uidit, trunco ſe, qui prope murum ſtabat, applicuit: cuius auxilio tutus, cum diu agmen uifinuſſet, tandem cognito periculo, eius a- mici ad eum defiliunt. Ex quibus multi cœſi: præliumque tandem anceps fuit, quoad omnis exercitus, muris deieciſtis, in auxilium ueniret. In eo prælio sagitta ſub \* mamma tra- Sagitta fuit duorum cu- ductus, cum ſanguinis fluxu deſiceret, genu poſto tandem bitorū. Qu- præliatus eft, donec eum à quo uulneratus fuerat, occide- Curt. ret. Curatio uulneris grauior ipſo uulnero fuit. Itaque ex \* dextra magna deſperatione tandem ſaluti redditus, Polyporche- ta cum exercitu Babyloniam mittit; ipſe cum lectiſima manu

\*VrbOxi- dracarū fuit. Cur.lib. IX.

manu naues consernit, et Oceanus litora peragravit. Cum uenisset ad urbem Ambigeri regis, oppidum inuictum foro audientes, sagittas ueneno armant: atque ita gemino mortis uulnere hostem amuris summoventes, plurimos inter Sanguineis ficiunt. Cum inter multos letaliter uulneratus esset Ptole regi coiu-

etus erat.

Curt.

maeus, moriturusque iam uideretur, per quietem regi mortis strata in remedia ueneni herba est: qua in potu accepta statim periculo est liberatus, maiorum pars exercitum remedio seruata. Expugnata deinde urbe, reuersus in uies, Oceanus libamenta dedit, prospicuum in patriam redi pccatus, ac ueluti curru circa metu acto, positis impar terminis, quā sinu aut terrarum solitudines prodire possunt, aut mare nauigabile fuit, secundo aēstu ostio fluminis Indi inuicitur. Ibi in monumenta rerum à se gestarum, urbem Barcem condidit, arisque statuit, reliquo ex numen amicorum, littoralibus Indis praefecto. Inde iter terrenum facturus, cum arida loca medijs itineris diccrentur, plures opportunis locis fieri precepit. Quibus ingenti dubia aqua inuenta, Babyloniam redit. Ibi multe deuictae gentes, praefectos suos accusauerunt: quos sine respectu amatic, Alexander in conspectu legatorum necari iussit. Plutarchus.

Sufis nuptiis hac Darij regis filiam, Statyram in matrimonium receperunt, sed optimatisbus Macedonum lectas ex omnibus gentibus nobilissimas uirgines tradidit, ut communi facto criminis regis leuaretur. Tunc ad concionem exercitum uocat, et promittit se ad alienum omnium propria impensa solubrum, ut prædam premiāq; integre domum ferant. Insigne hæc munificentia non summa tantum, uerum etiam tamen muneris fuit, nec à debitoribus magis, quam à creditoribus gratius accepta quoniam utriusque exactio pariter ac

Nouem milibus octingentis accepta quoniam utriusque exactio pariter ac difficultas erat xxxii. millia talentorum in hos summis

plus expensa. Dimissis\* veteranis, exercitum ex iunioribus septuaginta supplerit. Sed retinet veteranorum discessum, agrī ferentes talentorum summā, Plutarach. \* Quorum erant triginta millia. talentum in militia lectos, pariter sacra mento solui equum censentes: nec iam precibus, sed conuicio agebant, iubentes eum solum cum patre suo Hammone fuisse bella, ut milites suos fastidiat. Contrà, ille nunc castigare nullites, nunc lenibus uerbis monere, ne gloriosem militiam seditionibus infuscarent. Ad postremum cum nihil proficeret uerbis, ad corripiendo seditionis autores, è tribunali in concionem armatam inermis ipse desiliuit, ex neamine prohibente, xiii. correptos, manu sua ipse ad supplicia duxit: tantum uel illis moriendi patientiam metus regis, uel huic exigendi supplicia constantiam, disciplina militaris dabat. Inde separaū auxilia Persarum in concionem alloquitur. Laudat perpetuam illorum tum in se, tum in pristinos reges fidem, sua in illos beneficia memorat: ut nunquam quasi uictos, sed ueluti uictorie socios habuerit. Denique sc̄ in illorum, non illos in gentis sue morem transisse, affinitatibus connubiorum uictos uictoribus commiscuisse. Nunc quoque ait, custodiam corporis sui non Macedonibus tantum se, uerum etiam illis crediturum. Atque ita mille ex his iuuenes in numerum satellitum legit: auxiliorum quoque portionem armatam in disciplinam Macedonum exercitui suo misset. Quam rem agrī. Macedones tulerunt, iactantes hostes suos in officium suum à rege subactos. Tunc uniuersi flentes, regem adeunt, orant, ut suppliciis suis potius saturet se, quam contumeliis. Quia modestia obtinuerunt, ut x. i. millia militum veteranorum exautoraret. Sed ex amicis dimisi senes Polycreron, Clytus, Gorias, Polydamas, Antigonas. Dimisis his, Craterius preponitur

Per eum responsa Barbaris dabat.

Per eum responsum Barbaris dabat.

Plutarc. decē  
millia habet

Ioniam reuertenti, nuntiantur legationes Carthaginien-  
ceterarūmque Africæ ciuitatum, sed & Hispaniarum,  
ciliae, Gallie, Sardinie, nonnullas quoque ex Italia eius  
uentum Babylonie opperiri. Adeo uniuersum terrarū  
orbem nominis eius terror inuaserat, ut cuncte ga-  
ueluti destinato sibi regi adularentur. Hac igitur ex  
Babyloniam festinanti, uelut conuentum terrarum a-

Mago, Py-  
thagoræ no-  
mē fuit. Plu-  
tar.

acturo, quidam ex Magis prædictis, ne urbem introire;  
status hunc locum ei fatalem fore. Ob hoc omissa Babylō-  
nia, in Byrsiam urbem trans Euphratem, deuertimē  
concessit. Ibi ab Anaxarcho philosopho compulsus eis  
sum Magorum prædicta contemnere, ut falsa, ut inca-  
etsi fatis constent, ignota mortalibus, ac si nature debe-

\*Medius tur, immutabilia. Reuersus igitur Babyloniam, multib  
Ferunt hoc bus otio deditis, intermissum olim conuiuum solemniter  
venenū, ge-  
stiuuit, totusque in letitiam fusus, cum diei noctem comi-  
lidissimā a-  
xisset peruigilem, iam ē conuiuio \* medicus Theſſalū  
quam fuisse, ex Nonacirī ſtaurata comeſſatione, & iſpum & ſodales eius inu-  
petra ſudan Accepto poculo, media potione repente ueluti telo  
tem. Plutar-  
xander confixus, ingemuit: elatusq; ē conuiuio ſemian  
Cuiusfontē, tanto dolore cruciatus est, ut ferrum in remedia poſca  
appellat. Cur  
tius Stygos tactūmque hominum uelut uulnera indoleſceret. Amici  
hydor. ſam morbi, intemperie ebrietatis diſseminauerunt. Re-

uerā infidie fuerunt, quarum infamiam ſuccelforum poten-  
tia opprefuit. Autor infidilarū Antipater fuit, qui cum ca-  
rifissimos amicos eius interfectos uideret, Alexandrum ge-  
nerum ſuūm\* Lynciflarū occiſum, ſe magnis rebus in Græ \* Lynceſtem  
cia gestis, non tam gratum apud regem, quā inuidiosum  
eſſe, à matre quoque eius Olympiade uariis ſe criminaſto-  
nibus uexatum. Huc accedebant ante paucos dies, supplicia  
in prefectos deuictarū nationum crudeliter habita. Ex  
quibus rebus ſe quoque à Macedonia non ad ſocietatem mi-  
litare, ſed ad pœnam euocatum arbitrabatur. Igitur ad oc-  
cupandum regem, Cassandra filium dato ueneno ſubor-  
nat, qui cum fratribus Philippo & Iolla ministrare regi  
ſolebat: cuius ueneni tanta uis fuit, ut non ære, non ferro,  
non testa contineretur, nec aliter ferri, niſi in ungula equi-  
potuerit: premonito filio, ne aliis quam Theſſalo, & fra-  
tribus crederet. Hac igitur ex cauſa, atq; Theſſalū pa-  
ratum, repetitūmq; conuiuum eſt. Philippus & Iolla præ-  
gustare potum regis ſoliti, in aqua frigida uenenum habue-  
runt, quam prægustatam tam potionis ſupermisserunt. Quar-  
to die Alexander indubitatam mortem ſentiens, agnoscere  
ſe fatum domus maiorum ſuorum ait: Nam plerosque Aea-  
cidarū intra trigesimum anum defunctos. Tumultua-  
tes deinde milites, infidili perire regem ſufpicantes, ipſe ſe-  
dauit: eōſque omnes cum prolatus in editissimum urbis lo-  
cum eſſet, ad conſpectum ſuūm admifit, osculandāmque de-  
xtram ſuūm flentibus porrexit. Cum lacrymarent omnes,  
ipſe non ſine lacrymis tanū, uermetiam ſine ullo tristio-  
ris mentis argumento fuit, ut quodam impatientius dolen-  
tes conſolatus ſit: Quibusdam mandata ad parentes eorum  
dedi: adeo ſicut in hostem, ita & in mortem inuitus ani-  
mus fuit. Dimiſis mulitibus, amicos, circumſtantes percu-  
h statur

Etatur, uideantur ne similem sibi reperturi regem? Tamen tibus cunctis, tunc ipse, ut hoc nesciat, ita illud scire, ualde nique se, ac pene oculis uidere dixit, quantum sit in h[ab] certamine sanguinis fusura Macedonia, quantisque cadib[us] quo cruento mortuo sibi parentura. Ad postremum, corpus suum in Hammonis templo condi iubet. Cum deficiunt amici uiderent, querunt quem imperij faciat hereda. Respondit, DIGNISSIMUM. Tanta illi magnitudo animi fuit, ut cum Herculem filium, cum fratrem Arideum & cum Roxanem uxorem praequantem relinqueret, ob tutus necessitudinem, dignissimum nuncuparet hereda. Prorsus quasi nefas esset, uiro forti aliud, quam uirum suum succedere, aut tanti regni opes aliis, quam proba relinquui. Hac uoce ueluti bellicum inter amicos cecimur, aut malum discordie misisset, ita omnes in amulatione consurgunt, & ambitione uulgi tacitum fauorem milia querunt. Sexto die preclusa uoce, exemptum digito a lum Perdicce tradidit: que res gliscerent amicorum & fensionem sedauit. Nam et si non uoce nuncupatus haec indicio tamen electus esse uidebatur. Decessit Alexander mensem unum, annos tres, & triginta natus, uir supra manam potentiam magnitudine animi praeditus. Quia nam eum mater Olympias concepit, usq[ue] per quietem est a ingenti serpente uolutari: nec Dei decepta somnio est. Ne profecto maius humana mortalitate opus utero tulit: quia cum Accidarum gens ab ultima seculorum memoria, & gennum patris, fratri, mariti, ac deinceps maiorum omnium illustrauerit: nullius tamen nomine, quam filij, clarior. Prodigia magnitudinis eius in ipso ortu nonnulla apponuntur. Nam ea die qua natus est, duæ aquila tota die praesentes supra culmen domus patris eius federunt, omen dupl.

imperij Europe, Asia q[uaestio]ne praferentes: eademq[ue] die nuntium pater eius duarum uictoriarum accepit, alterius belli Illyrici, alterius certaminis Olympiaci, in quod quadrigarum currus miserat: quod omen uniuersarum terrarum uictorias infanti protendebat. Puer accrimis literarum studiis eruditus fuit. Exacta pueritia per quinquennium sub Aristotele, doctore inclito omnium Philosophorum, crevit. Accepto deinde imperio, regem se terrarum omnium ac mundi appellari iussit: tantamque fiduciam suis militibus fecit, ut illo praesente nullius hostis arma nec inermes timuerint. Itaque cum nullo hostium unquam congressus est, quem non uicerit: nullam urbem obsedit, quam non expugnauerit: nullam gentem adiit, quam non calcauerit. Vetus denique est ad postremum non uirtute hostili, sed insidiis suorum, & fraude ciuili.

## IVSTINI LIBER XIII.

**E**X TINCTO in ipso aetatis, ac uictoriarum flore, Alexandro Magno, triste apud omnes, totamque Babyloniam silentium fuit. Sed nec deuictæ gentes fidem nuntio habuere, quod ut inuidum regem, sic immortalem eum crediderant: recordantes, quoties praesenti morti exceptus esset, quam sape ferro amissio, repente se non sospitem tantum suis, uerum etiam uictorem obtulisset. Ut uero mortis eius fides adsuit, omnes barbaræ gentes paulò ante ab eo deuictæ, non ut hostem eum, sed ut parentem luxerunt. Mater quoque Darij regis, quam amissio filio, à fastigio tante maiestatis in captiuitatem redactam, indulgentia uictoris in eam diem uite non paenituerat, audita mor-

Inedia mor te Alexandri mortem sibi ipsa consciuit: non quod hostia tua, quinto filio preferret, sed quod pietatem filij in eo, quem hostiam posteaquam timuerat, experta esset. Contrà Macedones uersa uice, non mori statuerat die. Quia ut ciuem, ac tante maiestatis regem, uerum ut hostem amarantur.

*Curt. x.* siffent, gaudebant, seueritatem nimiam, et astidua bellorum ricala execrantes. Huc accedebat, quod principes regna et imperia, uulgas militum thesauros, et grande portae auri, ueluti in opinata m̄ pred. on. spectabant: illi successionis regni, hic, opum, ac diuinitiarum hereditatem cogitabant. Erant enim in thesauris c. millia talentum, et in annuo eligali tributo c. c. millia. Sed nec amici Alexandri regnum expectabant. Nam eius uirtutis erant, generationis, ut singulos reges putares. Quippe ea formam pulchritudo, et proceritas corporis, et uirium ac sapientiae magnitudo in omnibus fuit, ut qui eos ignoraret, tales enim ex una gente, sed ex toto terrarum orbe electos iudicarent. sicut ciues, neque enim unquam antea Macedonia, uel illa gens tamquam prætorum uirorum prouenter floruit: quos primum Philippus cipices extinxit. *Cic.*

Nec mirum: Alexander tanta cura legerat, ut non tam ad socium bellum, quam in successionem regni, electi uiderentur. *Quis* igitur miretur, talibus ministris, orbem terrarum etiam, cum exercitus Macedonum à tot, non ducibus, regibus regetur: qui nūquā sibi reperissent par non inter se concurrisserent. Multosque Macedonia pro Alexander habuisse, nisi fortuna eos ex amulatione tutis in perniciem mutuam armasset. Ceterum occiso Alexander, non ut lati, ita et securi fuere, omnibus in locum competentibus: nec minus milites inter se timebant, et libertas solutor, et fauor incertus erat. I ipsos uero aequalitas discordiam augebat, nemine tamen ceteros excedente, ut ei aliquis summitteretur. Am-

itaq; in regia coeunt, ad formandum rerum praesentium statutum. Perdiccas censet, Roxanes expectari partum, que ex acto mense octavo, matura iam ex Alexandro erat, et si puerum peperisset, hunc dari successorem patri. Meleager negat differenda in partus dubios consilia, nec esse exceptandum dum reges sibi nascerentur, cum iam genitis utiliceret: seu si puer illis placeat, esse Pergam filium Alexandri, natum ex Arsine, nomine Herculem: seu mallem iuuenem esse, esse in castris fratrem Alexandri Arideum comitem, et cunctis non suo tantum, uerum patris Philippi nomine acceptissimum. Ceterum Roxanem esse originis Persicæ: nec esse fas, ut Macedonibus ex sanguine eorum, quorum regna deleuerint, reges constituantur: quod nec ipsum Alexandrum uoluisse dicit. Denique morientem nullam de eo mentionem fecisse. Ptolemeus recusat regem Arideum, non propter maternas modò sorores, quod ex Larissæ scortato nasceretur, sed etiam propter inualitudinem maiorem, quam patiebatur, ne ille nomen regis, alius imperium teneret: et melius esse ex his legi, qui pro uirtute regi suo proximi fuerint, qui prouincias regant, quibus bella mandentur, quam sub persona regis, indigorum subiiciantur imperio. Vicit Perdicce sententia ex consensu uniuersorum. Placuit itaq; Roxanes expectari partum: et si puer natus fuisset, tutores Leonatum et Perdiccam, Crateron et Antipatrum constituunt, confessimq; in tutorum obsequia iurant. Cum equites quoque idem fecissent, pedites indignantibus sibi consiliorum partes relietas, Arideum Alexandri fratrem regem appellant, satellitæque illi ex tribu sua leagunt, et nomine Philippi patris uocari iubent. Quæ cum nuntiata equitibus essent, legatos ad mitigandum eorum animos, duos ex proceribus Attalum et Meleagrum miti-

festi hi Perdicce fuerant, Curiosus.

tunt, qui potentiam ex uulgi adulazione querentes, omni legatione, militibus consentiunt. Statim & sedition crevit, ubi caput & consilium habere coepit. Tunc ad delendum equitatum cuncti armati in regiam irrumpunt: quo cogito equites trepidi ab urbe discedunt, castrisque positis, et ipsi pedites terrii coepérunt. Sed nec procerum interodia cessabant. Attalus ad interficiendum Perdiccam duca alterius partis mittit: ad quem armatum, & ultro proucantem, cum accedere percussores aucti non fuissent, transstantia Perdicca fuit, ut ultro ad pedites ueniret, et concionem euocatos edoceret, quod facinus molirentur, respicerent contra quos arma sumpsissent: non illos Perdi, sed Macedonias: non hostes, sed ciues esse: plerosque eius cognatos eorum, certe & commilitones eorundem castorum, et periculorum socios, edituros deinde egregia hostibus suis spectaculum, ut quorum armis uictos se dileant, eorum mutuis cedibus gaudeant, parentatuosq; saquine suo manibus hostium a se interfectorum. Hec cum singulari facundia sua Perdicca perorasset, adeo monuidit, ut probato consilio eius, dux ab omnibus legeret. Tum etiam equites in concordiam reuocati, in Arideum gem consentiunt. Seruata est portio regni Alexandri filii natus esset. Hoc agebant, posito in medio corpore Alexanthi maiestas eius testis decretorum esset. His itaq; compositi Macedoniae & Græcie Antipater preponitur. Regiam cunia custodia Cratero traditur. Castrorum exercita lustrabatur et rerum cura Meleagro, et Perdiccae assignatur: ubi milites cane turque Arideus corpus Alexandri in Hammonis templi discissa, & ab deducere. Tunc Perdicca infensus seditionis autoribus, utraque parte pente ignaro collega, lustrationem castrorum propter tem regis in posterum edicit. Postquam armatum ex-

citum in campo constituit, consentientibus uniuersis, euocatos duxit atque de singulis manipulis seditionis, supplicio traditi occulte iubet. Reuersus deinde, inter principes provincias diuidit, simul ut remoueret amulos, et munus imperij beneficij sui faceret. Primo Ptolemeo Aegyptus, et Africae, Arabie que pars forte uenit, quem ex gregario milite Alexander uirtutis causa prouexerat: cui ad tradendam prouinciam Cleomenes, qui Alexandriam edificauerat, datur. Confinem huic prouincie Syriam Laomedon Mityleneus, Ciliciam Philotas cum filio, et Illyrios recipient. Mediae maiori Acropatos, minori Alceta frater Perdiccae preponitur, Sufiana gens Syno, Phrygia maior Antigono, Philippi filio, assignatur. Lyciam et Pamphyliam Leuchus, Cariam Cassander, Lydiam Menander fortiuntur. Leo nato minor Phrygia euenit, Thracia, et regiones Pontici Qua Helle- maris Lysimacho. Cappadocia cum Paphlagonia Eumeni sponte adiudicatur. Summus castrorum tribunatus Seleuco Antiochi fita est. Stipatoribus regis, satellitibusque, Cassander filius Antipatri preficitur. In Bactriana ulteriore, et India regionibus, priores prefecti detenti. Sed res inter annes duos, Hydasphem, et Indum, Taxilles habebat. In colonias in Indis conditas, Python Agenoris filius mittitur. Parapponemos fines Caucasi montis Axarches accepit. Dracas et Argeos Statianor, Brachrianos Amyntas fortiuntur. Sogdianos Scythæus, Nicanor Parthos, Philippus Hyrcanos, Phratæernes Armenios, Neoptolemus Persas, Peucestes Babylonios, Ariobous Pelasgos, Archesilaus Mesopotamiam adepti sunt. Hæc diuissio, cum ueluti fatale munus singulis contigisset, ita magna incrementorum materia plurimis fuit. Siquidem non magno post tempore quasi regna, non prefecturas diuississent, sic reges ex prefectis facti, ma-

gnas opes non sibi tantum parauerunt, uerum et posteris reliquerunt. Dum haec in Oriente aguntur, in Grecia Athenienses, et Aetoli bellum, quod iam iuuo Alexandro mauerant, summis uiribus instruebant. Cause belli erant, quod reuersus ab India Alexander, epistolas in Greciam scripserat, quibus omnium ciuitatum exules, praeter cedis damnatos, restituebantur. Que recitate presente uniuersa Grecia, in mercatu Olympiaco, magnos motus fecerant, quod plurimi non legibus pulsii patria, sed per factionem principum fuerant, uerenibus iisdem principibus, ne reuocati, potentiores in republica fierent. Palam igitur iam tunc multe ciuitates, libertatem bello uendicandam fremebant. Principes tamen omnium Athenienses, et Aetoli fuere. Quod cum nuntiatum esset Alexandro, mille naues longe sociis imperari gas imperij praeceperat, quibus in Occidente bellum gereret, excursusque cum inualida manu fuerat ad Athenas delendas. Igitur Athenienses, contracto x x. milium militum exercitu, et c. c. nauibus, bellum cum Antipatro, cui Grecia forte cuenerat, gerunt: eumque detrectantem prelium, et Heraclea urbis moenibus tuentem se, obsidione cinixerunt. Eodem tempore, Demosthenes Athenensis orator, pulsus patria, ob crimen accepti ab Harpalio am, qui crudelitatem Alexandri fugerat, quod ciuitatem in eiusdem Alexandri bellum impelleret, forte Megaris exulabat: qui cum missum ab Atheniensibus Hyperidem legatum cognouit, qui Peloponnesenses in societatem armorum sollicitaret, sequutus cum Sicyona, Argos et Corinthum, ceteraque ciuitates, eloquentia sua, Atheniensibus iunxit. Ob quod factum, missa ab Atheniensibus obuiam nauis, ab exilio reuocatur. Interim in obsidione Antipatri, Leonidas Demosthenes dux Atheniensium telo e muris in transiunt iacto, occidit.

Factum est  
in obsidione  
Lamiarum.  
Plutarch. in  
Demosthenes

occiditur. Quae res tantum animorum Antipatro dedit, ut etiam uallum rescindere auderet: auxilium deinde a Leonato petit per legatos: qui cum uenire nuntiaretur cum exercitu, obuij ei Athenienses cum instructis copiis fuere, ibique equestri praelio, graui uulnere ictus extinguitur. Antipater, et si auxilia sua uideret deuicta, morte tamen Leonati letatus est: quippe et emulum sublatum, et uires eius accessisse sibi gratulabatur. Statim igitur exercitu eius recepto, cum par hostibus etiam praelio uideretur, solitus obsidione, in Macedonianam concepit. Grecorum quoque copie, a finibus Grecia hoste pulso, in urbes dilapsae sunt. Interea Perdiccas, bello innoxio Ariarathis regi Cappadocii illato, praelioque uictor, nihil premij, praeter uulnera, et pericula retulit. Quippe hostes ab acie in urbem recepti, occisis coniugibus, et liberis, domos quisque suas cum omnibus copiis incenderunt. Eodem congesitis etiam opibus, semetipsi precipitant, ut nihil hostis uictor suarum rerum, praeter incendi spectaculo frueretur. Inde, ut uiribus autoritatem regiam acquireret, ad nuptias Cleopatrae, sororis Alexandri Magni, et alterius Alexandri quandam uxoris, non afferante Olympiade matre eius, intendit: sed prius Antipatrum, sub affinitatis obtentu, capere cupiebat. Itaque finguit se in matrimonium filiam eius petere, quo facilius ab eo supplementum tyronum ex Macedonia obtineret. Quem dolum presentiente Antipatro, dum duas eodem tempore uxores querit, neutram obtinuit. Post haec bellum inter Antigonum et Perdiccam oritur. Antigono Craterus et Antipater auxilium ferebant: qui facta cum Atheniensibus pace, Polyperchonta Grecia et Macedoniae preponunt. Perdiccas, alineatis rebus, Arideum et Alexandri Magni filium in Cappadociam, quorum cura illi mandata fuerat, de-

summa belli in consilium adhibet. Quibusdam placet bellum in Macedoniam transferri, ad ipsum fontem et caput regni, ubi et Olympias esset, mater Alexandri, non mediocre momentum partium, et ciuium fauor, propter Alexandri, Philippique nomina, sed in rem usum est ab Aegypto incipere, ne in Macedoniam profectis, Asia et Ptolemaeo occuparetur. Eumeni, praeter prouincias, quas acceperat, Paphlagonia, et Caria, et Lycia, et Phrygia adiiciuntur. Ibi Craterum et Antipatrum opperiri iubetur. Adiutores ei dantur cum exercitibus suis frater Perdicce Alcetas, et Neoptolemus. Clyto cura classis traditur: Cilicia Philote adempta, Philoxeno datur: ipse Perdiccas Aegyptum cum ingenti exercitu petit. Sic Macedonia, in duas partes discurrentibus ducibus, in sua uiscera armatur, ferrumque ab hostili bello in ciuilem sanguinem uertit, exemplo furentium, manus ac membra sua ipsa cœsura. Sed Ptolemaeus in Aegypto, solerti industria, magnas opes parabat. Quippe et Aegyptios insigni moderatione in fauorem sui solicitorerat, et reges finitimos beneficis, obsequisque deuinxerat: terminos quoque imperii acquisita Cyrene urbe, ampliauerat: factusque iam tanta erat, ut non tam timeret hostes, quam timendus ipse hostibus esset. Cyrene autem condita fuit ab Aristoco, cui nomen Battos propter lingua obligationem fuit. Huius pater Cyrena renus, rex \* Theramenis insulae, cum ad oraculum Delphos, propter dedecus adolescentis filij nondum loquentis, deum deprecaturus uenisset, responsum accepit, quod iubebatur filius eius Battus Africam petere, et urbem Cyrenem condere, usum lingua ibi accepturus. Cum responsum ludibrio simile uideretur, propter similitudinem Theramenis insulae, ex qua coloni ad urbem condenda-

\* Theræ renus, rex \* Theramenis insulae, cum ad oraculum Delphos, propter dedecus adolescentis filij nondum loquentis, deum deprecaturus uenisset, responsum accepit, quod iubebatur filius eius Battus Africam petere, et urbem Cyrenem condere, usum lingua ibi accepturus. Cum responsum ludibrio simile uideretur, propter similitudinem Theramenis insulae, ex qua coloni ad urbem condenda-

in Africam tam longinque regionis, proficiisci iubebantur, res omessa est. Intericto deinde tempore, uelut contumaces, ex pestilentia Deo parere compelluntur: quorum tam insignis paucitas fuit, ut uix unam nauem completerent. Cum uenissent in Africam, pulsis accolis, montem Cyram, et propter amoenitatem loci, et propter fontis libertatem occupauerent: ibi Battus dux eorum, lingue nodis solutis, loqui primum coepit: que res animos eorum ex promissis Dei iam parte percepta, in reliquam spem condenda urbis accendit. Positis igitur castris, opinionem ueteris fabule accipiunt, Cyrenem eximie pulchritudinis uirginem, à Thessalæ monte Pelio ab Apolline raptam, perlatamque in eiusdem montis iuga, cuius collem occupauerat, à Deo repletam, quatuor pueros peperisse: Nomium, Aristeuum, Eutocum, Agicum, missos à patre Hypseo rege Thessalæ, qui perquirerent uirginem, loci amoenitate captos in iisdem terris cum uirgine resedisse. Ex his pueris tres adultoi in Thessalam reuersos, auita regna cepisse. Aristeuum in Arcadia late regnasse, eumque primum et apum, et mellis usum, et lacticis, et coaguli hominibus tradidisse, solstitialisque ortus et syderum primum inuenisse. Quibus auditis, Battus uirginis nomine ex responsis agnito, urbem Cyrenen condidit. Igitur Ptolemaeus huius auctus uiris, bellum in aduentum Perdicce parabat. Sed Perdicce plus odium arrogancia, quam uires hostium nocebant: quem exosi etiam socij, ad Antipatrum gregatim confugiebant, Neoptolemus quoque in auxilium Eumeni relietus, non solum transfigere, uerum etiam prodere partium exercitum uoluit. Quam rem cum presensisset Eumenes, cum proditore decernere prelio necesse habuit, uictusque Neoptolemus, ad Antipatrum et Polyperchonta pro

\* Quid si le= profugit : hisque persuadet , ut continuatis \* mansionibus, gatur , trāsi= letto ex uictoria & securō , fuga sua Eumeni superuenientiōibus.

Sed res Eumenem non latuit. Itaque insidiae in insidiatorem uersae : et qui securum aggressuros se putabant , securis itinere , et per uigilia noctis fatigatis occursum est. In eo prælio Polyperchon occiditur : Neoptolemus quoque cum Eumene congressus , diu mutuis uulneribus acceptis colluctatus est , et in summa uictus , occumbit. Victor igitur duobus præliis continua Eumenes afflictas partes trans actione sociorum paululum sustentauit. Ad postremum tamēn Perdicca occiso , ab exercitu hostis cum Phythone , et Illyrio , et Alceta fratre Perdicca , rex appellatur : belumq; aduersus eos Antigono decernitur.

Occisus est  
à Ptolemaeo.  
Orosius.

## IVSTINI LI- BER X I I I .

**E**V MENE S ut Pediccam occisum , se ut hostem à Macedonibus iudicatum , bellumque Antigono decretum cognouit , ultro ea militibus suis indicauit , ne fama aut rem in maius extolleret , aut militum animos rerum nouitate terroreret : simul ut , an contra se animati es- sent , cognosceret , sumpturus consilium ex motu uniuersorum. Constanter tum prefatus est , si cui h.ec terrori es- sent , habere eum \* dicendi potestatem. Qua uoce adeo cunctos in studium partium suarum induxit , ut ultro illum omnes hortarentur , resciſſurosque se ferro decreta Macedonum affirmarent. Tunc exercitu in Aetolianam promoto , pecunias ciuitatibus imperat : recusantes dare , hostiliter diripiit. Inde Sardis profectus est ad Cleopatram , foro rem Alexandri Magni , ut eius uoce centuriones , principesq;

palesque confirmarentur , existimatur ibi maiestatem regiam uerti , unde soror Alexandri flaret. Tanta ueneratio magnitudinis Alexandri erat , ut etiam per uestigia mulierum , fauor sacrati eius nominis quereretur. Cum reuersus in castra esset , epistole totis castris abiecta inueniuntur : quibus iis , qui Eumenis caput ad Antigonum detulissent , magna premia definiebantur. Iis cognitis , Eumenes uocatis ad concionem militibus , primò gratias agit , quod nemo iniungens fit , qui spem cruenti premij fidei sacramento anteponerebat : tamen deinde callide subneicit , confitas à se has epistolras , ad experiendos suorum animos esse. Ceterum salutem suam in omnium potestate esse , nec Antigonum , nec quenquam ducum sic uelle uincere , ut ille in se exemplum pessimum statuat. Hoc facto , et in presenti labantium animos deterruit , et in futurum prouidet , ut si quid simile accidisset , non se ab hoste corrumpi , sed à duce tentari milites arbitrarentur. Omnes igitur operam suam certatim ad custodiā salutis eius offerunt. Interim Antigonus cum exercitu superuenit , castrisque positis , postera die in aciem procedit. Nec Eumenes morā prælio fecit : qui uictus , in munitionem quoddam castellum confugit , ubi cum uideret se fortunam obsidionis subiurum , maiorem exercitus partem dimisit , ne aut consensu multitudinis hosti tradiceretur , aut obſidio ipsa multitudine grauaretur. Legatos deinde ad Antipatrum , qui \* solum par Antigoni uiribus uidebatur , suplices mittit : à quo cum auxilia Eumeni missa Antigonus didicisset , ab obſidione recessit. Erat quidem solutus ad tempi metu mortis Eumenes. Sed nec salutis , dimisso exercitu , magna spes erat. Omnia igitur circumspicienti optimum uisum est , ad Alexandri Magni Argyraspidas in iunctum exercitum , et tot uictoriarū præfulgentem gloria decurrere.

Sed

Sed Argyraßides post Alexandrum omnes duces fasidiebant, sordidam militiam sub aliis, post tanti regis memoriam, existimantes. Itaq; Eumenes blandimentis agere, singulos suppliciter alloqui, nunc commilitones suos, nunc patronos appellans, periculorum, et operum Orientalium socios, nunc refugia salutis sue, et unica praesidia commemorans, solos esse quorum uirtute Oriens sit donatus, solos qui militiam Liberi patris, qui Herculis monumenta superauerint, per hos Alexandrum magnum factum, per hos diuinos honores, et immortalem gloriam consecutum: oral ut non tam ducem se, quam commilitonem recipient, unum ex corpore suo esse uelint. Receptus hac lege, paulatim imperium, primum monendo singulos, mox que perperam facta erant blandè corrigendo, usurpat: nihil in castris sine illo agi, nihil administrari sine solertia eius poterat. Ad postremum quum Antigonum uenire cum exercitu esset nuntiatum, compellit eos in aciem descendere. Ibi dum ducimperia contemnunt, hostium uirtute superantur. In eo prelio non gloriam tantum tot bellorum, uerum etiam cum coniugibus et liberis præmia longæ militiae parta, perdiderunt. Sed et Eumenes, qui autor clavis erat, nec aliam spem salutis reliquam habebat, uictos hortabatur: nam et uirtute eos superiores fuisse affirmabat. Quippe ab his quinque milia hostium cesa, et si in bello persistent, ultro hostes pacem petituros. Damna, quibus se putent uictos, duo millia mulierum et paucos infantes, et seruita esse, que melius uincendo possint reparare, quam deferendo uictoriam. Porro Argyraßides neque fugam se tentaturos dicunt, post damna matrimoniorum, et post coniuges amissas, neque bellum gesturos contra liberos suos ultraque eum conuicti agitant, quod se post tot annos emitorum stipendiiorum

redeun

redeuentes domum cum premiis tot bellorum, ab ipsa misione rursus in nouam militiam, immensaque bellare uocauerit, et a laribus quodammodo suis, et ab ipso limite patriae abductos, inanibus promissis decepserit: nunc quoque amissis omnibus felicis militie questibus, ne uictos quidem in misera et impoeti senecta quiescere sinat. Ignaris deinde ducibus, confestim ad Antigonum legatos mittunt, petentes ut sua redi iubeat. Is redditurum se pollicetur, si Eumencem sibi tradant. Quibus cognitis, Eumenes cum patetis fugere tentauit: sed retractus, desperatis rebus, cum cursus multitudinis factus esset, petit ut postremum sibi alloqui exercitum liceret. Iussus ab uniuersis dicere, facto silentio, laxatisque uinculis, prolatam, sicut erat catenatus, manum ostendit: Cernite milites, inquit, habitum atque ornamenta ducis uestri, que non hostium quisquam impausit. Nam hoc etiam solatio foret. Vos me ex uictore uiseatum, uos me ex imperatore captiuum fecistis: quater intra hunc annum in mea uerba iureuando obstricti estis, et ista mitto, (NEQUE ENIM MISEROS CONVICIA DECENT) unum oro: si propositorum Antigoni in meo capite summa consistit, inter uos me uelitis mori: Nam neque illius interest, quemadmodum, aut ubi cadam: et ego facio ignominia mortis liberatus. Hoc si imo petro, soluo uos iureuando, quo toties uos sacramento mihi deuouisti. Aut si ipsos pudet roganti uim adhibere, ferrum hic date, et permitte, quod uos facturos pro Imperatore iurafisis, Imperatorem pro uobis sine religione iurisfuerandi facere. Cum non obtineret, preces in tram uerit. At uos, aut, deuota capita respiciant dij periuriorum uimadiecs, talesque uobis exitus dent, quales uos ducibus uestris dedistis. Nempe uos iidem paulo ante, et Perdicce san-

guine

guine estis aspersi, et in Antipatrum eadem moliti: Ipsi denique Alexandrum, si fas fuisset eum mortali manu cedere, interempturi: quod maximum erat, seditionibus agitatis. Vltima nunc ego perfidorum uictima, has uobis dirasque inferias dico, ut inopes extorresque omne æuum in hac astrensi exilio agatis, deuorentque uos arma uestra, quibus

Deleti sunt plures uestros, quam hostium duces absumpsisti. Plures ad vnu Argyraspides ab Ibir oes iussu An tigoni. Plut. in Eume.

deinde iræ, custodes suos procedere ad Antigoni castra precepit. Sequitur exercitus prodito imperatore suo, et in captiuus, triumphumque de se ipso ad uictoris sui castigoni. ducit: omnia auspicia regis Alexandri, et tot bellorum palmas, laureasque una secum uictori tradentes: et quid decesset pompe, elephanti quoq; et auxilia Orientis subsequuntur. Tantò pulchriora hæc Antigono, quam Alexander tot uictoriae fuerint: ut cum ille Orientem uicent hic eos à quibus Oriens uictus, superauerit. Igitur Antigonos domitores illos orbis, exercitui suo diuidit, ratiss que in uictoria ceperat. Eumenem uero uerecum prioris amicitie, in conspectum suum uenire prohibuit assignari custodibus præcepit. Interè Eurydice, et Aridei regis, ut Polyperchonta à Græcia redire in Macedoniam cognouit, et ab eo acceritam Olympiada, mulierem emulacione perculsa, abutens ualeudidine uiri, cuius officia sibi uendicabat, scribit regis nomine Polyperchon Cassandro exercitum tradat, in quem regni administratio nem rex transulerit. Eadem et in Asiam Antigono p. epistolas nuntiat: quo beneficio deuinctus Cassander, et bil non ex arbitrio mulieris audacie gesit. Deinde profectus in Græciam, multis ciuitatibus bellum infert: quibus sine murum excidio, ueluti uicino incendio territi Spartani, urbem

Spartanorum, multe ciuitatibus bellum infert: quam semper armis, non muris defenderant, tum con-

responsa fatorum et ueterum maiorum gloriam, armis dif- fisi, murorum presidio includunt. Tantum eos degenerauisse à maioribus, ut cum multis seculis murus urbis ci- uiuum uirtus fuerit, tunc ciues saluos se fore non existimauerint, nisi intra muros laterent. Dum hec aguntur, Cassandrum à Græcia turbatus Macedonia status domum reuocauit. Namque Olympias, mater Alexandri Magni regis, cum ab Epiro in Macedoniam, prosequente Aeacida rege Molossorum, ueniret, prohiberique finibus ab Eurydice et Arideo rege coepisset, seu memoria mariti, seu magnitudine filij, et indignitate rei moti Macedones, ad Olympiada transfere, cuius iussu et Eurydice, et rex occiditur, sex annis post Alexandrum potitus regno. Sed nec Olympias diu regnauit. Nam cum principum paſsim cædes, muliebri magis quam regio more fecisset, fauorem suum in odium uerit. Itaque auditio Cassandri aduentu, diffusa Macedonibus, cum nuru Roxane, et nepote Hercule, in \* Pictuam urbem coceſſit. Proficiſcenti Deidamia, Aeacide regis filia, ethiū, et ita et Thessalonicē priuigna, et ipsa clara Philippi patris legit Oros. nomine, multe que alie principum matrone, speciosus magis quam uilis grex, fuere comites. Hec eum nuntiata Cassandro effent, statim citato cursu Pictuam uenit, et urbem obſidione cinxit. Cum fame, ferroque urgeretur, Olympias longe obſidione tædio, pacta salute, uictori se tradidit. Sed cum Cassander ad concionem uocato populo, sc̄iscitatus quid de Olympiade fieri uellent, subornat parentes interfitorum, qui sumpta lugubri ueste, crudelitatem mulieris accusarent: à quibus accensi Macedones, sine respectu prisina maiestatis, occidendum decernunt: immemores prorsus, quod per filium eius, uirumque, non solum uitam ipsi inter fuitimos tutam habuissent, uerum etiam tantas opes impe-

riumque orbis quæfissent, Sed Olympias ubi obstinatos uenire ad se armatos uidit, ueste regali, duabus ancillis initixa, ultrò obuiam procedit. Qua uisa, percussores attoniti fortuna maiestatis prioris, et tot in eam memoriae occurrentibus regum suorum nominibus, substituerunt, donec à Cæsario nūsi sunt, qui eam confoderent, non refugientem gladium, nec uulnera, aut muliebriter uociferantem: sed uirorum more fortium, pro gloria ueteris prosapia, morti succumbentem, ut Alexandrum posset etiam moriente matre conspicere. Insuper expirans, capillis et ueste crura cœtexisse fertur, ne quid posset in corpore eius indecorum uideri. Post hæc Cassander Thessalonicem, regis Aridi faciente agente liam, uxorem ducit: filium Alexandri cum matre, in arcem Hercule an. Amphipolitanam custodiendos mittit.

14.

## IVSTINI LI BER X V.

**P**ERDICCA, et fratre eius Alceta, Eumene ac Polyperchonte, ceterisque ducibus diuersæ partis oculis, finitum certamen inter successores Alexandri Magni uidebatur, cum repente inter ipsos uictores nata discordia. Quippe postulantibus Ptolemeo, et Cassandro, et Lysimacho, ut pecunia in præda capta, prouincie que diuiderentur: Antigonus negauit se in eius belli prædam socios admissurum, in cuius periculum solus descenderat. Et uulnus aduersus socios bellum suscipere uideretur, denuo si Olympiadis mortem, à Cassandro interfactæ, ulcisci uelle, et Alexandri regis sui filium cum matre, obſtatione Amphipolitana liberare. His cognitis, Ptolemeum et Cassander, inita cum Lysimacho et Seleuco societate, bellum

bellum terra, mariq; enixè instruebant. Tenebat Ptolemeus Aegyptum cum Africæ parte maiore, et Cypro, et Phoenice. Cassandro parebat Macedonia cum Græcia. Asiam et partem Orientis occupauerat Antigonus, cuius filius Demetrius prima belli congreſſione, à Ptolemeo, apud Cœlam uincitur. In quo p̄elio maior Ptolemei moderatiōnis gloria, quam ipsius uictoria fuit. Siquidem et amicos Demetrij non solum cum suis rebus dimisit, uerum etiam additis insuper muneribus, honorauit, et ipsius Demetrij priuatum omne instrumentum, ac familiam reddidit, adiecto honore uerborum, non se propter prædam, sed propter dignitatem inisse bellum: indignatum quod Antigonus deuicit et diuerse factiōnis ducibus, solus uictorie communis præmia corripuiſſet. Dum hec aguntur, Cassander ab Apollonia rediens, incidit in Abderitas, qui propter ranarum multitudinem, relicto patria solo, sedes querebat: uee vide Plin. li. ritus ne Macedoniam occuparent, facta pactione, in societatem eos recepit, agrōsque iis in ultimis Macedonie finibus assignat. Deinde, ne Hercules Alexandri filius, \* qui ferè \* qui per annos quatuordecim excesserat, fauore paterni nominis in regnum Macedoniae uocaretur, occidi eum tacite cum matre Arsinoe iubet, corporaque eoru[m] terra obrui, ne cœdes sepultura prōderetur: et quasi parum facinoris in ipso primum rege, mox in matre eius Olympiade, ac filio admisſet, alterum quoque filium cum matre Roxane pari fraude interficit, quasi regnum Macedoniae, quod affectabat, aliter consequi, quam scelere non posſit. Interea Ptolemeus cum Demetrio nauali p̄elio iterato congregatur, et amissâ classe, hostijs concessa uictoria, in Aegyptum refutatur. Demetrius filium Ptolemei Leuticum, et fratrem Melamum, amicosq; eius cum priuati instrumenti ministerio prouoc

provo<sup>catus</sup>, pari ante<sup>m</sup> munere Aegyptum remittit: et  
appareret eos non odi<sup>t</sup>, sed dignitatis gloria accensos, do-  
nis, muneribusque inter ipsa bella contendebant. Tanto ho-  
nestius tunc bella geregantur, quanto nunc amicitia colun-  
tur. Hac uictoria elatus Antigonus, regem se cum Demetrio  
filio appellari a populo iubet. Ptolemeus quoque ne minoris  
apud suos autoritatis habetur, rex ab exercitu co-  
gnominatur. Quibus auditis, Cassander, et Lysimachus,  
et ipsi regiam sibi maiestatem uendicauerunt, huic hono-  
ris ornamenti tandem omnes absoluuerunt, quandiu filii re-  
gis sui superesse potuerunt. Tanta in illis uercundia fuit, ut  
cum opes regias haberent, regum tamē nominibus aequo ani-  
mo caruerint, quoad Alexandro iustus heres fuit. Sed Pto-  
lemeus et Cassander, ceterique factionis alterius duces,  
cum carpi se singulos ab Antigono uiderent, dum priuatum  
singulorum, non commune uniuersorum bellum ducunt, nec  
auxilium ferre alter alteri uolunt, quasi uictoria unius, non  
omnium foret, per epistolam se inuicem confirmates, tempu-  
locum coeundi condicunt, bellumq; communibus uiribus in-  
struunt. Cui cum Cassander interesse propter finitimum bel-  
lum non posset, Lysimachum cum ingentibus copiis, in auxi-  
lium sociis mittit. Erat hic Lysimachus illustri quidem Mac-  
doniae loco natus, sed uirtutis experimentis omni nobilitate  
clarior, que tanta in illo fuit, ut animi magnitudine, philo-  
sophia ipsa uiriumq; gloria, omnes, per quos Oriens dos-  
mitus est, uicerit. Quippe cum Alexander Magnus Calli-  
sthenem philosophum, propter salutationis Persica inter-  
pellatum morem, insidiarum que sibi parata fuerant, con-  
\* alias, ira sc̄i in suisse \* ratus esset, cumq; truncatis crudeliter membris  
tus faxisset, abscissisq; auribus, ac naso, labiisq;, deformis ac miserandis  
spectaculum reddidisset, insuper cum cane in cauea clau-  
sum

sum, ad metum ceterorum circunferret: tunc Lysimachus.  
audire Callisthenem, et precepta ab eo recipere uirtutis  
solitus, miseratus tanti uiri, non culpe, sed libertatis poenas  
tem Calli-  
pendetis, uenenum ei in remedium calamitatum dedit. Quid-  
sthenis scri-  
adeo agere Alexander tulit, ut cum obiici ferociissimo leo im-  
bit in Ale-  
xandro,  
petum fecisset, manum manipulo inuolutam Lysimachus  
in os leonis immersit, arreptaque lingua seram exanimauit.  
Quid cum nuntiatum regi esset, admiratio in satisfactio-  
nem cessit, carior emque eum propter constantiam tanquam  
uirtutis habuit. Lysimachus quoque magno animo regis,  
ueluti parentis, tulit contumeliam. Denique omni ex animo  
huius facti memoria exturbata, postea in India infectanti  
regi quosdam palantes hostes, cum a satellitum turba, equi  
sui celeritate, desertus esset, solus ei, per immensas arenarum  
moles, cursus comes fuit. Quid idem antea Philippus, fra-  
ter eius, cum facere uoluisse, inter manus regis expiraue-  
rat. Sed Lysimachum desiliens equo Alexander, hastae cu-  
spide ita in fronte uulnerauit, ut sanguis aliter claudi non  
posset, quam diadema sibi demptum rex, alligandi uulne-  
ris causa, capiti eius imponeret. Quid auspicium primum  
regalis maiestatis Lysimacho fuit. Et post mortem Alexan-  
dri, cum inter successores Alexandri prouincia dividere-  
tur, ferociissime genies, quasi omnium fortissimo, assigna-  
ta sunt: adeo etiam, conuenienti uniuersorum, palmam uirtus  
Thraeces, &  
Ponticos in-  
tis inter ceteros tulit. Priusquam bellum inter Ptolemaeum,  
sociosque eius, aduersus Antigonum committeretur, repente  
ex Asia maiore digressus Seleucus, nouus Antigono hostis  
accederat. Huius quoque et uirtus clara, et origo admira-  
bilis fuit. Siquidem mater eius Laodice, cum nupta esset  
Antiocho, claro inter Philippi duces uiro, uisa est sibi  
i 3 per

per quietem, ex concubitu Apollinis concepisse, gratuidam factam, munus concubitus, anulum à Deo accepisse, in cuius gemina, anchora sculpta esset. Iussaq; donum filio, quem peperisset, dare. Admirabilem fecit hunc usum & anulus, qui postera die, eiusdem scripture in lecto inueniatur est, & figura anchorae, que in femore Selcuci nata, cum ipso parvulo fuit. Quamobrem Laodice anulum Seleuco eundi cum Alexandro Magno ad Persicam militiam, edocto de origine sua, dedit. Vbi post mortem Alexandri, occupato regno Orientis, urbem condidit: ibi q; gemina originis memoria consecravit. Nam & urbem ex Antiochi patriis nomine, Antiochiam vocavit, & campos vicinos urbi, Apollini dicavit. Originis eius argumentum etiam posteris maneat. Siquidem filij, nepotesque eius anchoram in femore, ueluti notam generis naturalem habuere. Multa in Oriente post diuisiōnē inter socios regni Macedonici bella gerūt. Principio Babyloniam cepit: inde auctis ex uictoria uiribus, Bactrianos expugnat. Transiit deinde in Indianam fecit, que post mortem Alexandri, ueluti à ceruicibus iugo servitutis excusso, prefectos eius occiderat. Autor libertatis Sandrocottus fuerat: sed titulum libertatis post uictoriam in seruitutem uerterat. Siquidem occupato regno, populum quem ab externa dominatione uendicauerat, ipse seruitio premebat. Fuit hic quidem humili genere natus, sed ad regni potestatem maiestate numinis impulsus: quippe cum procacitate sua Alcxadrum regem offendisset, interfici a rege iussus, salutem pedum celeritate quiescerat. Ex qua fatigione, cum somno captus iaceret, leo ingentis forme ad dormientem acceperit, sudoreisque profluentem lingua exterrit, expergefactumq; blanda reliquit. Hoc prodigio primum ad spem regni impulsus, contractis latronibus, Indos ad noui

ad uonitatem regni solicitauit. Molienti deinde bellum aduersus prefectos Alexandri, elephanthus ferus infinite magnitudinis ultro se obtulit, & ueluti domita mansuetudine, eum tergo exceptit, duxque bellī, & prælator insignis fuit. Sic acquisiſto regno, Sandrocottus ea tempestate, qua Seleucus future magnitudinis fundamenta iaciebat. Indianam posse debat: cum quo facta pactione Seleucus, compositisque in Oriente rebus, in bellum Antigoni descendit. Adunatis igitur omnium sociorum copiis, prælium committitur: in eo bant LXIII. Antigonus occiditur: Demetrius filius eius in fugam uertit. M. pedium, sur: sed socij profligato hostili bello, denuo in semetipſos ar equitū x. m. ma uertunt: & cum de preda non conueniunt, uerum in D. elephatos duas factiones deducuntur. Seleucus Demetrio, Ptolemeus CCCC. cur Lysimachio iugitur: Cassandra defuncto Philippus filius sacerdos & x. x. cedit: sic, quasi ex integro, noua Macedonia bella nascuntur. Plutar. in uitia Demetrij.

## IVSTINI LIBER XVI.

**P**O S T Cassandra regis, filiique eius Philippi continuas mortes, Thessalonice regina, uxor Cassandra, non magno post tempore, ab Antipatro filio cum uitam etiam per ubera materna deprecaretur, occiditur. Causa parvicius fuit, quod post mortem mariti in diuisione inter fratres regni, propensior fuisse Alexandro uidebatur. Quod facimus eō grauius omnibus usum est, quod nullum maternae fraudis ueſtigium fuit. **QVAM QVAM IN PARRICIDIO NVLLA SATIS AVSTA CAUSA AD SC ELERIS PATROCINIA PRAETEXI POTEST.** Ob haec igitur Alexander in ultionem materi

*ne necis, gesturus cum fratre bellum, auxilium à Demetrio Pyrrhumau petit; nec Demetrius, sive inuidendi Macedonici regni, mos xilio fuisse ram fecit. Eius aduentum uerens Lysimachus, persuadet genero suo Antipatru, ut malit cum fratre in gratiam reuertit, quād paternum hostem in Macedoniam admitti. In choatam igitur fratres reconciliationem cum presen-*

*Vno quippe sifset Demetrius, per insidias Alexandrum interficit: o- die anteuer- cupatōque Macedonie regno, cedem apud exercitum ex tens Alexan- cufaturus, in concionem uocat. Ibi priorem se petitum ab drum, Plut.*

\*preoccu-  
passe Regem autem se Macedonia uel atatis experimentis, uel causis iustiorem esse. Patrem enim suum & Philippo regi, & Alexandro Magno socium in omni militia fuisse. Li- berorum deinde Alexandri ministrum, & ad persequen- dos defectores ducem extitisse. Contrā Antipatrum aum horum adolescentium, amariorem semper ministruum regi, quād ipso reges fuisse. Cassandrum uero patrem extinctor- rem regie domus, non foemini, non pueris pepercisse: nec cessasse, quoad omnem stirpem regie sobolis deleret. Horum sclerum ultionem quia nequisset ab ipso Cassandro exige- re, ad liberos eius translatam. Quamobrem etiam Philip- sum, Alexandrumque (si quis manum sensus est) non inter- factores suos, ac stirpis sue, sed ultores eorum, Macedonia regnum tenere malle. Per hac mitigato populo, rex Ma-

\*Dromiche-  
tis legit Plut. cedonie appellatur. Lysimachus quoque, cum bello \*De- ritis regis Thracum premeretur, ne eodem tempore & aduersus Demetrium dimicare neceſſe haberet, tradita ei altera parte Macedonia, que Antipatru eius genero obuenerat, pacem cum eo fecit. Igitur Demetrius tolit Macedonia uiribus instructus, cum Asiam occupare sta- tuisset, iterato Ptolemeus, Seleucus, & Lysimachus ex-

pertit

peri priore certamine, quātū uires concordie effent, pacta societate, \* adiunctisque exercitibus, bellum aduer- \* adunatisq; sus Demetrium transferunt in Europam. His comitem se, & bellis locum iungit Pyrrhus rex Epiri, sperans non dif- ficius Demetrium Macedoniam amittere posse, quād acquiserat. Nec spes frustra fuit: Quippe exercitu eius corrupto, ipsoque in fugam acto, regium Macedonie oc- Fugit Cal- cuparat. Dum hēc aguntur, Lysimachus generum suum Sandriam. Antipatrum, regium Macedonie ademptum sibi, socii fraude, querentem interficit: filiāque suam Eurydicen, querelarum sociam, in custodiam tradit: atque ita uniuera- sa Cassandri domus Alexandro Magno, seu necis ipsius, seu stirpis extincta, poenas partim cēde, partim suppli- cio luit. Demetrius quoque à tot exercitibus circumuen- tus, cum posset honestē mori, turpiter sē dedere Seleuco maluit. Finito bello, Ptolemeus cum magna rerum gestas rum gloria moritur. Is contra ius gentium, minimo natu ex filiis, ante infirmitatem, regnum tradiderat, eiusque rei populo rationem reddiderat, cuius non minor fauor in accipiendo, quād patris in tradendo regnum fuerat. In- ter cetera patris & filij mutua pietatis exempla, etiam ea res amorem parem populi iuueni conciliauerat: & pa- ter regno ei publicè tradidit, priuatim officium regi inter satellites fecerat, omnique regno pulchrius regis esse pa- trem dixerat. Sed inter Lysimachum, & Pyrrhum regem socios paulò anti aduersus Demetrium, ASSIDUVM IN TER PARES DISCORDIA MALVM, bellum mouerat. Victor Lysimachus, pulso Pyrrho Ma- cedoniam occupauerat. Inde Thracie, ac deinceps Hera- clea bellum intulerat: cuius urbis & initia & exitus mira- biles fuere. Quippe Boeotii pestilentia laborantibus,

oraculum Delphis responderat, coloniam in Ponti regione sacram Herculi conderent. Cum propter metum longe & periculose navigationis, mortem in patriam omnibus preoptantibus, res omessa esset, bellum his Phocenses intulerunt. Quorum cum aduersi prælia paterentur, iterabat ad oraculum decurrunt. Responsum, idem belli, quod pestilentie, remedium fore. Igitur conscripta colonorum manus in Metapontum delati, urbem Heracleam condiderunt. Et quoniam fatorum auspiciis in eas sedes delati erant, breui post tempore magnus opes parauere. Multa deinde huius urbis aduersus finitimos bella, multa etiam domestica dissensionis mala fuere. Inter cetera magnifica, uel praecipue illud memorabile fuit: Cum rerum potirentur Athenienses, uictisque Persis, Gracie & Asiae tributum in tutam classis descripsissent, omnibus cupidè ad presidium sue conferentibus, soli Heraclenses ob amicitiam regum Persicorum, collationem abnuerant. Missus itaque ab Atheniensibus Malachus cum exercitu ad extorquendum, quod negabatur, dum relicts in littore nauibus, agros Heraclensium populatur, classem cum maiore parte exercitus, naufragio repentina tempestatis amisi. Itaque cum neque mari possent, amissis nauibus, neque terra auderent cum parua manu, inter tot ferociissimas gentes reuerti, Heraclenses honestiorem beneficij, quam ultioris occasionem rati, instructos commeatisbus, auxiliisque dimittunt, bene agrorum suorum postulationem existimantes, si quos hostes haberant, amicos reddidissent. Pasi sunt inter plurima mala, etiam tyrannidem: siquidem cum plebs etiam novas tabulas, & diuisionem agrorum diuitum impotenter flagitarent, diu re in senatu tractata, cum exitus rei non inuenirentur, & postremum aduersus plebem nimis obs-

lasciuientem, auxilia à Timotheo Atheniensium duce, mox ab Epaminonda Thebanorum petiuerere. Vtisque negotiis, ad Clearchum quem ipsi in exilium egerant, decurserunt: tanta calamitatum necessitas fuit, ut cui patriam interdixerant, eum ad tutelam patria uocarent. Sed Clearchus exilio facinorosior redditus, & dissensionem populi occasionem inuidende tyranidis existimans, primo tacite cum Mithridate, ciuium suorum hoste, colloquitur, & inita societate pacificatur, ut reuocatus in patriam, prodictus ei urbe, prefectus eius constitueretur. Postea autem insidiatis, quas ciubus parauerat, in ipsum Mithridatem uerterat. Nanque cum uelut arbiter ciuilis discordie, de exilio reuersus esset, statuto tempore, quo urbem Mithridati traduceret, ipsum cum amicis suis cepit, captiuumque accepta iniungi pecunia, dimisit. Atque ut in illo subitum se ex socio fecit hostem, sic ex defensore senatorie cause repente patronus plebis eius sit: & aduersus autores potentie sue, à quibus reuocatus in patriam, per quos in arce collocatus fuerat, non solum plebem accedit, uerum etiam nefandissima queque tyranica crudelitatis exercuit. Igitur populo ad concionem uocato, neque se affuturum amplius grassanti in populum senatus, \* ait non intercessurum, contraria affuturum etiam si in prisina sauitia perseueret, & si pares se intercessurum crudelitati senatorum arbitrarentur, abiturum cum militi- etiam si in bus suis, neq; ciuibibus discordiis interfuturum. Si uero dif- priſt. fidant uiribus propriis, uindicem se ciuium non defuturum. Proinde consulant sibi p̄fis, iubent abire, si malint, uel so- ciūm cause popularis remanere. His uerbis solicitata plebs sumnum ad eum imperium defert: & dum senatus potentiae irascitur, in seruitutem se tyranica dominationis cum con- iugibus & liberis tradit. Igitur Clearchus l. x. senatorē compr

Non ergo comprehensos (nam cæteri in fugam dilapsi erant) in inscite ad culæ compingit. Letari plebs, quod à duce\* potissimum monet Co-senatorum, senatus deleretur, uersaq; uice, auxilium eorum giamus, ne in exitium conuersum esset. Quibus dum mortem pax preter casâ omnibus minatur, cariora eorum pretia facit: siquidem

\*potissimo Cearchus magna pecunia (quasi munis populi occulte ea subtracturus) accepta, foliatos fortunis, uita quoque spoliavit. Cognito deinde, quod bellum sibi ab iis, qui prosperantur, misericordia in auxilium sollicitatis ciuitatibus, pararetur, seruos eorum manumisit. Et ne quid in afflictionis honestissimis domibus decesset, uxores eorum filiâsque nubere seruis suis, proposita recusantibus morte, compellit ut eos sibi fidiores, & dominis infestiores redderet. Sed

\*grauiores matronis tam lugubres nuptiae, \*maiores repentinis funeribus fuere. Itaque multæ se ante nuptias, multæ in ipsis nuptiis, occisis prius nouis maritis, interficiunt, & se tam funestis calamitatibus uirtute ingenui pudoris, eripiunt. Premium deinde committitur: quo uictor tyrranus captiuos senatores in triumphi modum per ora ciuium trahit. Reuersus in urbem, alios uincit, torquet alios, alios occidit: nullus locus urbis à crudelitate tyrranni uacat. Accedit se uitiae insolentia, crudelitati arrogantia. Interdum enim ex successu continua felicitati obliuisciunt se hominem. Intervadum Iouis filium se dicit. Eunti per publicum, aurea aquila uelut argumentum generis, præferebatur: ueste purpurea, & cothurnis regum tragicorum, & aurea corona utebatur: filium quoque suum Ceraunon uocat, ut Deos non mendacio tantum, uerum etiam nominibus illudat. Hæc illum facere, duo nobilissimi iuuenes Chion & Leonides indigantes, patriam liberatū, in necem tyrranni consperant. Erant hi discipuli Platonis philosophi, qui uirtutem

ad quam quotidie preceptis magistri erudiebantur, patre exhibere cupientes, quinquaginta cognatos, ueluti clientes, in insidiis locant. Ipsi more iurgantium, ad tyrannum ueluti ad regem in arcem contendunt: qui iure familaritatis admisi, dum alterum priorem dicentem intentus audit tyrrannus, ab altero occupatur. Sed ipsi, sociis tardius auxilium ferentibus, à satellitibus obruiuntur. Quare factum est, ut tyrrannus, quidem occideretur, sed patria non liberaretur. Nam frater Clearchi Satyrus eadem uia tyrranidem inuidit, multisq; annis per gradus successionis, Horas cientes regnum tyrranorum fuere.

## IVSTINI LI.

### BER XVII.

PER idem ferme tempus in Helleponiti et Chero-nesi regionibus, terramotus fuit maximus: tantum urbs Lysimachia, ante duos & uiginti annos à Lysimacho condita, euersa est: Quod portentum dira Lysimacho, stirpique eius, ac ruinam regni, cum clade uexatarum regionum portendebat. Nec ostentis fides defuit: Nam breui post tempore, Agathoclem filium suum, quem in successionem regni ordinauerat, per quem multa bella prospere gesserat, non solum patrum, uerum etiam humanum ultra morem perosus, ministra Arsyrice nouerca, ueneno interfecit. Hæc illi prima mali labes, hoc initium impudentis ruina fuit. Nam parricidium principum sequitæ cædes sunt, luentium supplicia, quod occisum iuuenem dolebat. Itaque et hi, qui exercitibus præerant, certi in ad Seleucum deficiebant, eumque pronum iam ex amputatione glorie bellum Lysimacho inferre compellunt. Ultimum

mum hoc certamen commilitonum Alexandri fuit, et uenit ad exemplum fortunae par reseruatum. Lysimachus quoque et LXX. annos natus erat. Seleucus septem et LXXI. Sed in hac etate utrique animi iuueniles erant, imperique cupiditatem insatiabilem gerebant. Quippe cum orbis terrarum duo soli tenerent, angustiis sibimet inclusi uabantur, uitæ que finem non annorum spatio, sed impenetrinis metiebantur. In eo bello Lysimachus amissus auctariis casibus x v. liberis, non inserviue moriens, postea domus sue ruine cumulus accessit. Lætus tanta uictoria Selcucus, et quod maius uictoria pugnabat, solum stet cohorte Alexandri mansisse, uictor etenique uictorum extitisse, non humanum opus esse, sed diuinum munus gloriam, ignarus prorsus, non multò post, fragilitatis humanae se ipsum exemplum futurum. Quippe post menses admodum septem a Ptolemeo, cuius sororem Lysimachus in matrimonium habuerat, per infidias circuuentus occiditur: ne grumque Macedonie, quod Lysimacho eripuerat, cum illa pariter amittit. Igitur Ptolemeus cum et in gradiam mortis magni Ptolemei patris, et in fauorem ultiionis Lysimachi ambitionis apud populares esset, primò Lysimachi filios conciliare sibi statuit, nuptiasque Arsinoës sororis sue matris eorum petiit: puerorum adoptione promissa, ut cum in locum eorum successisset, nihil illi moliri, uel uercundia matris, uel appellatione patris auderent. Fratres quoque regis Aegypti concordiam per epistolas deprecavuntur, professus deponere se offensam erupiti paterni regis neque amplius a fratre questurum, quod honestius a patre no hoste perceperit. Omnikue arte adulatur Eumeni, et Antigono Demetrij filii, Antiocho filio Seleuci, cum quibus bellum habiturus erat, ne tertius sibi hostis accederet.

Sed nec Pyrrhus rex Epiri omisssus, ingens momentum futurus utri parti socius accessisset, qui et ipse spoliare singulos cupiens, omnibus se partibus uendicabat. Itaque Tā \* uenitabat. rentinis aduersus Romanos latus auxilium, ab Antigono naues ad exercitum deportandum mutuo petit: ab Antiocho pecunian, qui opibus quam militibus instructior erat: a Ptolemeo Macedonum militum auxilia. Sed Ptolemeus, cui nulla dilationis ex infirmitate uirium uenia esset, quinq[ue] millia pedium, equitum 1111. millia, elephantes quinque. Anno ab ura quaginta, non amplius, quam in bienniū usum dedit. Ob be condita haec Pyrrhus, filia Ptolemai in matrimonium accepta, uincit cccc. lx. dicem eum regni reliquit. Sed quoniam ad Epiri mentio. III. Orosius. nem uentum est, de origine regni eius pauca narranda sunt. Molosorum primum in ea regione regnum fuit: Pōd Pyrrhus Achillis filius: amissus per absentiam Troianis temporibus paterno regno, in his locis concedit, qui Pyrrhida primò, postea Epirote dicti sunt. Sed Pyrrhus cum in templum Dodonei Iouis ad consulendum uenisset, ibi Anasam neptiem Herculis rapuit, ex cuius matrimonio octo liberos sustulit. Ex his nonnullas uirgines nupium finitum regibus tradidit, opesque affinitatum auxilio magnas parauit: atque ita Heleno filio Priami regis, ob industriam singularē uaticinandi, regnum Chaonum, et Andromachēn Hectoris, quam et ipse matrimonio suo in divisione Troiane prede accepérat, uxorem reddidit: breuique post tempore, Delphis infidiis Orestis, filij Agamemnonis, inter altarla Dei interiit. Successor huic Pilades filius fuit. Proditione Per ordinem deinde regnum ad Arymbam descendit: cui, Macharei se quoniam pupillus et unicus ex ea gente nobili superesset, se. feb. intentiore omnium cura seruandi eius, educandique, publice tutores constituantur. Athenas quoque erudiendi gratia missus

missus, quanto doctior maioribus suis, tanto et gravior populo fuit. Primus itaque et leges, et senatum, annuisque magistratus, et reipub. formam composuit: et ut a Pyrrho sedes, sic uita cultior populo ab Arysba statuta. Huius filius Neoptolemus fuit: ex quo nata est Olympias, mater Alexandri Magni, et Alexander, qui post eum regnum Epiri tenuit, et in Italia bello gesto, in Brutii interi. Post eius mortem, frater Aeacides regno succedit, qui fidus aduersus Macedonias bellorum certaminibus populum fatigando, offensam ciuium contraxit, ac propterea in exilium actus, Pyrrhum filium bimum, admodum parvum in regno reliquit: qui et ipse cum a populo propter Glauciam, odium patris ad necem quereretur, furtim subtractus in regem Illyrios defertur, traditusque est Beroe, Glauci regis uxori, nutriendus, que et ipsa generis Aeacidarum erat. Ibi eum seu misericordia fortune eius, seu infantilibus blandimentis inductus rex, aduersum Cassandrum Macedonie regem, cum eum belli comminatione deposcebat, diu protexit, additione deuolu- tum pueri, auxilium etiam adoptionis officio. Quibus rebus moti ex- mox vestem rotæ, odio in misericordiam uerso, annorum x i. cum ini- regis appre- gnū reuocauerunt, datis tutoribus, qui regnum usque hēdise, scri- adultam eius atatem tuerentur. Adolescens deinde multa bit Plutarc. bella gesit: tantuq; rerum successu haberi coepit est, ut Tarentinos solus aduersus Romanos tueri posse uideretur.

## IVSTINI LI-

## BER XVIII.

**I**GTVR Pyrrhus rex Epiri, cum iterata Tarentinorum legatione, additis Samnitum et Lucanorum precibus, et ipsis auxilio aduersus Romanos indigenis

bus, fatigaretur, non tam supplicum precibus, quam se in uadendi Italia. imperij inductus: uenturum se cum exercitu pollicetur. In quam rem inclinatum semel animum, precipitem agere coeperant exempla maiorum: ne aut inferior patruo suo Alexandro uideretur, quo defensorc iudicem Tarentini aduersus Brutios usi fuerant: aut minores animos Magno Alexandro habuisse, qui tam longa a domo militia Orientem subegit. Igitur relicto custode regni filio Ptolemeo, annos x v. nato, exercitum in portu Tarentino exponit, duobus parvulis filiis, Alexandro et Heleno, in sollatia longinque secum expeditionis adductis. Cuius auditio aduentu, Consul Romanus Valerius Leuinus festinans, ut prius cum eo congrederetur, quam auxilia sociorum con- Samnitum, ueniret, exercitum in aciem deducit: Nec rex, tametsi numerus et Lucano- ro militum inferior esset, carytanini moram fecit. Sed Ro- rum, Plut. manus uincentes iam, insitata ante elephantorum forma Nam elephā stupere primo, mox cedere prelio coegerit, uictoresque iam tos Italia pri noui Macedonum monstra repente uicerunt. Nec hosti- mum vidit, Pyrrhi bello. Plin. lib. bus incruenta uictoria fuit: Nam et ipse Pyrrhus graui- ter vulneratus est, et magna pars militum eius cesa, ma- 8. cap. 6. ioremque gloriam eius uictorie, quam letitiam habuit. Hu- xiii. m. fe- ius pugne euentum multe ciuitates secute, Pyrrho se tra- duit. Inter ceteros etiam Locri, prodito prasidio Romano, Plut. ad Pyrrhum deficiunt. Ex ea preda Pyrrhus c. c. capti- uos milites Romam gratis remisit, ut cognita uirtute eius, Romani cognoscerent etiam liberalitatem. Interiectis de- inde diebus, cum sociorum exercitus superuenisset, iterato prelium cum Romanis facit, in quo par fortuna priori bello fuit. Interced Mago, dux Carthaginensium, in auxiliu Romanorum, cum c x x. nauibus missus, senatum adiit, egrave tulisse Carthaginenses affirmans, quod bellum k in Ita

Tam viroū  
quām mulie-  
rum v̄lui a-  
pta. Valeri.  
Maximus.

\* Qui et se-  
turbatam cum Romanis pacem\* ab Appio Claudio renun-  
nex, & cæ-  
tiaſſet, interrogatus à Pyrrho, qualis Roma eſſet, respondi-  
cus, in sena-  
tum delatus R E G V M V R B E M S I B I V I S A M. Po-  
erat. Cice.  
in i. Anton. tius iſulae imperium, que aſiduis Carthaginienſum be-  
lis uexabatur. Itaque relicto Locris Alexandro filio, fu-  
matisque ciuitatibus ualido preſidio, in Siciliam exercitum  
traiecit. Et quoniam ad Carthaginienſum mentionem una-  
tum eſt, de origine eorum pauca dicenda ſunt, repelli-  
Tyriorum paulo altius rebus, quorum caſus etiam dolen-  
di fuerant. Tyriorum gens condita à Phoenicibus ſu-  
qui terram uexati, relicto patrie ſolo, Affyriū ſu-

in Italia à peregrino rege paterentur. Ob quam cauſam  
miſſum ſe, ut quoniam extero hoſte oppugnarentur, ex-  
ternis auxiliis iuuarentur. Gratia à ſenatu Carthaginienſi-  
bus aucte, auxiliaque remiſſa. Sed Mago Puuico ingenio,  
poſt paucos dies, tacitus, quaſi pacificator Carthaginien-  
ſum, Pyrrhum adiit, ſpeculatoruſis conſilia eius de Siciliis  
quaò eum accerſiri fama erat. Nam Romanis eadem cauſa  
mittendi auxiliis Carthaginienſibus fuerat, ut Romano bello,  
ne in Siciliam Pyrrhus iraſire poſſet, in Italia detineretur.  
Dum haec aguntur, legatus à ſenatu Romano Fabricius  
Lucinius miſſus, pacem cum Pyrrho componuit. Ad quaenam  
conſirmandam, Cyneas Romanum cum ingentibus à Pyrrho  
donis miſſus, neminem, cuius domus muncribus pateret, im-  
uenit. Huic continentia Romanorum ſimile exemplum  
iijdem ferme temporibus fuit. Nam miſſa à ſenatu in Aegy-  
ptum legatione, cum ingentia ſibi à Ptolemaeo rege miſſi-  
pta. Valeri. munera ſpreuiffent, interiectis diebus ad coenam iuita-  
re. aureae corone miſſe ſunt, quas illi honoris cauſa recepiſſe,  
poſterā die ſtatuis regis imposuerunt. Igitur Cyneas cui

gnum primò, mox mari proximum littus incoluerunt, con-  
dituſi ibi urbe, quam à pifcium ubertate, Sidona appellaue-  
runt. Nam pifcem Phoenices fidon uocant. Poſt multos  
deinde annos à rege Aſcaloniorum expugnati, nauibus  
appulsi, Tyron urbem ante annum Troiane cladi condi-  
derunt: ibi Persarum bellis diu, uarieque fatigati, uictores  
quidem fuere: ſed attritis uiribus, à ſeruis ſuis multitudi-  
ne abundantibus, indigna ſupplicia perpeſi ſunt: qui con-  
ſpiratione facta, omnem liberum populum cum dominis  
interficiunt, atque ita potiti urbe, lares dominiorum occu-  
pant. Remp. inuadunt, coniuges ducunt, et quod ipſi non  
erant, liberos procreant. Vnus ex tot millibus ſeruorum  
fuit, qui miti ingenio, ſenſis domini, paruulique filii eius for-  
tuna moueretur: dominosque non truci feritate trucidauit,  
ſed pia misericordia, ac humanitate reſpexit. Itaque cum ue-  
lut occiſos alieni eſſet, ſeruisq; de ſtatu Reip. deliberantibus  
placuerit regem ex ſuo corpore creari, cùmque potiſſimum  
quiſi acceptiſſimum diſi, qui ſolem orientem primus uidife-  
ſet: rem ad Stratonem (hoc enim nomen ei erat) domum  
occulte latenteſi dcllit. Ab eo informatus, cum medio no-  
ctis omnes in unum campum proceſſiſent, cæteris in Ori-  
tentem ſpectantibus, ſolus Occidentis regionem intuebatur: Id  
primum aliis uideri furor, in Occidente ſolis ortum quare-  
re. Vbi uero dies aduentare coepit, editiſſime culminibus  
urbis Oriens ſplendere, et ſpectantibus aliis, ut iſum ſo-  
lem aſpicerent, hic primus omnibus fulgorei ſolis ſummo  
fastigio ciuitatis oſtendit. Non ſeruiliſ ingenij ratio uifa-  
requirentibꝫq; autorem, de domino conſitetur. Tunc intel-  
lectum eſt, quantum ingenia ſeruilibus ingenia preſtarent,  
M A L I T I A Q U E S E R V O S, N O N S A P I E N-  
T I A V I N C E R E. Igitur uenia ſeni filioque data eſt,

et uclut numine quodam reseruatos arbitrantes, regem Stratonem creauerunt. Post cuius mortem regnum ad filium, ac deinde ad nepotes transit. Celebre hoc seruorum facinus, metuendumque exemplum toto orbe terrarum fuit. Itaque Alexander Magius, cum intericto tempore in Oriente bellum gereret, uelut ultor publicae securitatis, expugnata eorum urbe, omnes qui prælio supersuerant, ob memoriam ueteris cædis, crucibus affixit: genus tam Stratonis inuolatum seruauit, regnumque stirpi eius restituit: ingenuis et innoxis incolis insulae attributis, ut extirpato seruili germine, genus urbis ex integro conderetur. Hoc igitur modo Tyrii Alexandri auspiciis conditi, orige.

Tyriorum parsimonia et labore quærendi citò conuoluere. Ante cladem dominorum, cum et opibus, et multitudine abundantem, missa in Africam inuentute, Uticam condidere: cum interim rex Tyro dece-

Elissa, quæ dicitur, filio Pygmalione, et Elissa filia, insignis forme virginea heredibus institutis. Sed populus Pygmalioni admodum puero regnum tradidit. Elissa quoque Sychæo auctulo suo, sacerdoti Herculis, qui honos secundus à rege erat, nupsit. Huic magne, sed dissimulatae opes erant, et rûmque metu regis non tectis, sed terre crediderat: quem rem eis homines ignorabant, fama tamen loquebatur.

Ille Sychæu Quia incensus Pygmalion, oblitus iuris humani, auuncius Impius ante lumen suum, eundemque generum suum, sine respectu pietatis aras, atque occidit. Elissa diu fratrem propter scelus auersata, ad portum Claram stratum dissimulato odio, mitigatoq; interim uultu, fugit ferro incautamente molitur: assumptisque quibusdam principibus in summa superat cunctatem, quibus par odium in regem esse, eandemq; fugientem cupiditatem arbitrabatur. Tunc fratrem dolo aggreditur, fingit se ad eum migrare uelle, ne amplius ei manu domus

domus, cupide obliuionis grauem luctus imaginem renouaret, ne uestra ultra amara admonitio oculis eius occurrat. auget dolor Non inuitus Pygmalion uerba sororis audiuit, existimans rem. Cic. cum ea et aurum Sychæi ad se uenturum. Sed Elissa ministros migrationis à rege missos, navibus cum opibus suis prima uespera imponit, proiectaque in altum, compellit eos onera arene pro pecunia inuolucribus inuoluta, in mare deuicere. Tunc defens ipsa lugubrig; uoce \*Sicharbam exonerat, ut libens opes suas recipiat, quas reliquerat, habeatque inferias, quas habuerat causam mortis. Tunc ipso munistris aggreditur: sibi quidem ait optatam olim mortem, sed illis acerbos cruciatus, et dira supplicia imminere, qui \*Si= \*Sichæi charbe opes, quarum spæ parricidium rex fecerit, auaritia tyranni subtraxerunt. Hoc metu omnibus inicto, comites fugie accepit. Iunguntur et senatorum in ea nocte preparata agmina, atque ita sacris Herculis, cuius sacerdos \*Sichæus fuerat, repetitis exilio sedes querunt. Primus illis appellatus terre, Cyprus insula fuit: ubi sacerdos Louis, cum coniuge et liberis, dei monitu comitem se Elisse, sociumque fortune offert, pactus sibi posterisque perpetuum honorem sacerdotij. Conditio pro manifesto omne accepta. Mos erat Cypris, uirgines ante nuptias statutis diebus dotalem pecuniam questuras, in questum ad littus maris mittere, pro reliqua pudicitia libamenta Veneri soluturas. Harum igitur ex numero LXX. admodum uirgines, rapi, et nauibus imponi Elissa iubet, ut et iuentus matrimonio, et urbs sobolem habere poscit. Dum hac aguntur Pygmalion cognita sororis fuga, cum impio bello fugientem persequi pararet, ægre precibus matris et deorum manus uictus, quiueit: cui cum inspirati uates canerent, non impunita latetur, si incrementa urbis toto orbe auspiciatisima interpellasset

pellasset, et hoc modo spatium respirandi fugientibus datum. Itaque Eliissa delata in Africe fratribus, incolas loci eius, aduentu peregrinorum, mutuarumque rerum commercio gaudentes, in amicitiam solicitat: deinde empto loco, qui corio bouis tegi pergit, in quo fessos longa nauigatione socios, quoad proficisciatur, reficere posset, corium in tenuissimas partes secari iubet, atque ita maius loci spatium.

Mercatiique quam petierat, occupat, unde postea ei loco Byrsae nomen solum de nomine Byr sunt. Confluētibus deinde vicinis locorum, qui spe lucri multam, Tauri frequentia hominum ueluti instar ciuitatis effectum est. Vile possent circumstare tergo. Verg.

Sed & Afros detinendi aduenas amor cepit. Itaque consentientibus omnibus, Carthago conditur, statuto anno uectigali pro solo urbis. In primis fundamētis caput balbum inuentum est: quod auspiciū quidem fructuose terræ, sed laboriose, perpetuoque serue urbis fuit: propria quod in aliud locum urbs translata. Ibi quoque caput equi repertum, bellicosum, potentiēque populum futurum significans, urbi auspiciatam sedem dedit. Tunc ad opinionem noue urbis concurrentibus gentibus, breui & populus, & ciuitas magna facta est. Cum successu rerum florentes Cartaginis opes essent, rex Mauritanorum Hiarbæ decem Pænorum principibus ad se accersitis, Eliisse nuptias sub belli denuntiatione petit: quod legati regine referre metuerent, Punico cum ea ingenio egerunt, nuntiantes regem aliquem poscere, qui cultiores mores, uictusque eum, Afrosq; perdoceat: sed quenquam inueniri non posse, qui ad Barbaros, & ferarum more uiuentes, transire à consanguinitate uelit. Tunc à regina castigati, si pro salute patriæ aperi-

Gætulorum regem Vergilius facit Hiarbam.

riorem

riorem uitam recusarent, cui etiam ipsa uita, si res exigat debeatur: regis mandata aperiere, dicentes, que precipiat aliis, ipsi facienda esse, si uelit urbi consultum esse. Hoc do- lo capta diu \* Sicharbae uiri nomine, cum multis lacrymis \* Sichei & lamentatione flebili inuocato, ad postremum ituram se quo sua & urbis fata uocarent, respondit. In hoc trium mensium sumpto spatio, pyra in ultima parte urbis extrusa, uelut placatura uiri manes, inferiasque ante nuptias missura, multas hostias cædis, & sumpto gladio pyram con- scendit. Atque ita ad populum respiciens, ituram se ad ui- rum, sicut præceperant, dixit, uitamque gladio finiuit.

Quandiu Carthago inuita fuit, pro Dea culta est. Conditæ est urbs hæc LXXII. annis ante, quam Roma, cuius uirtus sicut bello clara fuit, ita domi status uariis discordiarum casibus agitatus est. Cum inter cetera mala etiam peste laborarent, cruenta sacrorum religione, & scclere, pro re- variant au- tores. Vide medio usi sunt. Quippe homines ut uictimas immolabant, Eusebium & Apuleium.

& impuberes (que actas etiam hostium misericordiam pro- uocat) aris admouebant, pacem decorum sanguine eorum exposcentes, pro quorum uita dij rogari maxime solent. Ita- que \* aduersis tanto scelere numinibus, cum in Sicilia diu in- \* auersis feliciter dimicassent, traslato in Sardinia bello, amissa maiore exercitus parte, graui pælio uicti sunt. Propter quod du- cem suum \* Macheum, cuius auspiciis & Sicilie partem do- \* Mezeū O- muerant, & aduersis Afros magnas res gesserant cum par- rosius habet te exercitus, qua superfluerat, exulare iusserunt. Quam rem egrè ferentes milites, legatos Carthaginem mittunt, qui re- ditum primò, ueniāque infelicis militiæ petant: de- nuntiant, quòd si precibus nequeant, armis se consecuturos. Cum preces & mine legatorum sacerda esent, interictis diebus consensu nauibus, armati ad urbem uenient: ibi deos,

hominesque testati, non se expugnatum, sed recutieratum  
patriam uenire, ostensu quoque ciuibus suis, no*n*i uirtutem sibi  
priore bello, sed fortunam defuisse. Prohibitibus commeatibus,  
obseSSIque urbe, in summam desperationem Carthaginien-  
ses adduxerunt. Interē Cartalo Machei ducis exul's filius,  
cum pr̄ter castra patris à Tyro, quō dicim⁹ Herculis fer-  
re, ex preda Siciliensi, quam pater eius cepera⁹, à Cartha-  
ginenſibus missus fuerat, reuertetur, accersit⁹que à \* pa-  
tria eſſet, publice ſe prius religionis officia executurum,  
quām priuate pietatis, reſpondit. Quām rem etſi egrē ferri  
pater, no*n*i tamen uim afferre religioni ausus eſt. Interieſt  
deinde diebus, Cartalo petitio commeatu à populo, cum re-  
uerſus ad patrem eſſet, ornatusque purpura, et infulis fa-  
cerdotij, omnium ſe oculis ingereret, tum in ſecretum pa-  
ter adducto ait: Aususne es nefandissimum caput, iſta pur-  
pura et auro ornatus, in conſpectum totiſſimorum ci-  
uium uenire? et mæſta ac lugentia caſtra circumfluentiū  
quietæ felicitatis insignibus, uelut exultabundus intrare.  
Nusquam te aliis iactare potuisti? Nullus locus aptior,  
quām fordes patris, et exili⁹ infelicis aerum⁹ fuerunt.  
Quid, quod paulo ante uocatus, no*n*i dico patrem, ducem  
certe ciuium tuorum ſuperbè ſpreuisti? Et quid porro tu in  
purpura iſta coronisque aliud, quām uictoriarum mearum  
titulos geris? Quoniam igitur tu in patre nihil niſi exul⁹  
nomen agnoscis: ego quoque imperatorem me magis, quām  
patrem indicabo, ſtatuantq; in te exemplum, ne quis poſte  
hac infelicibus miseriis patris illudat. Atque ita cum ornati  
ſuo, in altissimam crucem in conſpectu urbis affigi iuſti.  
Poſt paucos deinde dies Carthaginem capit, euocatoque po-  
pulo ad concionem, exili⁹ iniuriam queritur, belli neceſſa-  
tem excusat, contemptumque uictoriarum ſuarum. Punith

aut̄or

autoribus miscrorum ciuium, iniurias exili⁹ omnibus ſe ue-  
niā dare dicit. Atque ita decem senatoribus interfectis, ur-  
bem legibus suis reddidit. Nec multo poſt tempore affectati Acta ſunt  
regni accusatus, duplicit⁹ et in filio et in patria parricidij hæc ferē té-  
pōnus dedit. Huic Mago imperator ſucessit, cuius induſtria, pore Cyri re-  
gis. Oros.  
et opes Carthaginemſum, et imperij fines, et bellicæ  
glorie laudes creuerunt.

## IVSTILI LI-

### B E R X I X .

MAGO Carthaginemſum imperator, cum primus Seipſum is  
omnium ordinata disciplina militari, imperium Po- Mago inter-  
norum condidisset, uiresque ciuitatis non minus bellandi arte, fecerat, ob  
quām uirtute firmassit, defungitur, relictis duobus filiis rem male ge  
Hadribuale et Hamilcare: qui per uestigia paternæ uirtu- Syracusanos  
tis decurrentes, ſicut generi, ita et magitudini patris ſuc- ob quā rem  
ceſſerunt. Iis ducibus Sardinia bellum illatum: aduersus in crucē ſu-  
Afros quoque, uelital pro ſolo urbis multorum annorum blatum eſt  
repetentes, dimicatum: ſed Afrorum ſicut c. uifa iuſtor, ita tui à Car- corpus mor  
et fortuna ſuperior fuit, bellumque cum his ſolutione thag. Plut.  
pecunia, non armis finitum. In Sardinia quoque Hadribal in vita Ti-  
graui ter uulneratus, imperio \* Hamilcarī fratri tradito in- moleonis.  
teriūt, cuius mortem, tum luctus ciuitatis, tum et dictature \* Cui cognos-  
undecim, et triumphi quatuor insignem fecere: hostibus mentum fuit  
quoque creuere animi, ueluti cum duce Pœnorū uires Barcha.  
concidiffent. Itaque Sicilie populis propter affiduas Car-  
thaginemſum iniurias, ad Leonidam fratrem regis Spar-  
tanorum concurrentibus, graue bellum natum: in quo et  
diu, et uaria uictoria præliatum fuit. Dum haec agu-  
tur, legati à Dario Perſarum rege Carthaginem ueniunt,

k 5

afferent

afferentes edictum, quo Poeni humanas hostias immolare, & canina carne uesti prohibebantur: mortuorum corpora cremare potius, quam terra obrucere à rege iubebantur: petentes simul auxilia aduersus Grecos, quibus illaturum bellum Darius erat. Sed Carthaginenses auxilia negantes, propter assida finitimarum bella, ceteris, ne per omnia contumaces uiderentur, cupide paruere. Interea Hamil-

Miror quid car bello Siciliensi interficitur, relictis tribus filiis Amilcaris, in cone, Hannone, Gisgone, Hasdrubali quoque pars numerus mentem Iustino, cur filiorum fuit, Annibal, & Hasdrubal, & Sappho. Per hos Annibalem res Carthaginensem ea tempestate regebatur. Itaque et filium Hasdrubali bellum illatum, & aduersus Numidas pugnatum, drubalis dicuntur, cum se Afri compulsi stipendum urbis condite Carthaginem ebus remittere. Dein cum familia tanta imperatorum graecorum habent uis liberae ciuitati esset, omniaque agerent simul & iudicarent, centum ex numero senatorum iudices deliguntur, qui reuersis à bello ducibus, rationem rerum gestarum

\*agitarent exigenter, ut hoc metu ita in bello imperia cogitarent, ut domi iustitiam legesque respicerent. In Sicilia in locum Hamilcaris, imperator Amilco succedit: qui cum nauis terrestrique bello secunda prælia fecisset, repente pestilentis syderis ui excrcitum amisiit. Quæ res cum nuntiata Carthagini esset, moesta ciuitas fuit. Omnia ululatibus, non secus ac si ipsa urbs capta esset, personabant: clausæ priuatae domus, clausa deorum templæ, intermissa, omnia sacra, omnia priuata officia damniata, cuncti deinde ad portam congregantur, egressientesque paucos & natus, qui cladi superuerant, de suis percontantur. Ut uero dubia ante spe, & suspenso metu, incerta orbitatis expectatione carceris suorum nescris illuxit, tunc toto luctore plangentium gemitus, tunc infelicum matrum ululatus, & querentes

le flebiles audiebantur. Inter haec procedit mops è nauis sua imperator Amilco, sordida, seruilique tunica disinctus: ad cuius confectum plangentium agmina iunguntur. Ipse quoque manus ad cœlum tendens, nunc sortem suam, nunc publicam fortunam deflet, nunc deos accusat, qui tanta belli decora, & tot ornamenta uictoriarum, que ipsi dederant, absulerint: qui captis tot urbibus, totiesque hostibus terrestris naualique prælio uictis, exercitum uictorem non bello, sed peste deleuerint: deferre se tamen ciubus suis non modica solatia, quod malis eorum hostes gaudere, non gloriari possent. Quippe neque eos qui mortui sunt, à se occis: neque eos qui reuersi sunt, à se fugatos possint dicere. Predam quam relictis à se castris absulerint, non esse tam, quam uel spolium uicti hostis ostentent: sed quam possessione uacua, fortuitis dominorum mortibus, sicuti caduca occupauerint. Quod ad hostes pertinet, uictores se receperisse: quod ad pestem pertinet, uictos: nihil tamen se grauius ferre, quam quod inter fortissimos uiros mori non potuerit: seruatiusque sit, non ad uitæ iucunditatem, sed ad ludibrium calamitatis, quanquam ubi miseras copiarum reliquias Carthaginem rexduxerit, se quoque sequiturum committones suos: ostensusq; patriæ, non ideo se in eam diem uixisse, quoniam uelit uiuere: sed ne hos, quibus nefanda lues pepercera, intra hostium exercitus relictos morte sua proderet. Tali uociferatione per urbem ingressus, ut ad limina domus sue uenit, prosequitam multitudinem uelut postremo alloquio dimisit, obseruatisq; foribus, ac nemine ad se, ne filii quidem admissis, mortem sibi consciuit.

# IVSTINI LI-

## BER XX.

**D**IONYSIUS ex Sicilia pulsis Carthaginensibus, occupatōque totius insule imperio, grave otium regno suo periculosāque desidiam tanti exercitū ratus, copias in Italiam traiecit, simul ut militum vires continuo labore acuerentur, & regni fines proferrentur. Prima illi militia aduersus Gr̄ecos, qui proxima Italici mari littora tenebant, fuit: quibus deuictis, finitimos quoq; aggreditur, omnesque Gr̄eci nominis Italiam possidentes, hostes sibi destinat: que gentes non partem, sed uniuersam ferme Italiam ea tempestate occupauerant. Denique multæ urbes adhuc post tantam uictuatem, uestigia Grecorū moris ostentant. Nanque Tuscorum populi, qui oram inferi maris possident, à Lydia uenerunt: & Venetos, quos incolas superi maris uidemus, capta & expugnata Trois Antenore duce, misit: Adria quoque Illyrico mari proxima, que & Adriatico mari nomen dedit. Greca urbs est & Harpos, quam Diomedes exciso Ilio, naufragio in ea loca delatus, condidit. Sed & Pisæ in Liguribus Gr̄eos autores habent: & in Tuscis, Tarquini à Theffalis & Spianbris: Perusini quoque originem ab Achæis ducunt. Quid Cere urbem dicam? Quid Latinos populos, qui ab Aenea conditi uidentur? Item Falisci, Iapygij, Nolani, Abellani, nōnne Calcidensium coloni sunt? Quid traditum omnis Campanie? Quid Brutij, Sabinique? Quid Samnitēs? Quid Tarentini, quos Lacedæmonia profectos, spuriōsque uocatos accepimus? Thurinorum urbem condidisse Philocteten ferunt: ibique adhuc monumentum eius uisitum & Herculis sagitte in Apollinis templo, que fatum Trois

fuerū. Metapontini quoque in templo Minerue ferramenta, quibus Epeus, à quo conditi sunt, equum Trojanum fabricauit, ostentant: propter quod omnis illa pars Italie maior Gr̄ecia appellatur. Sed principio originum Metapontini cum Sybaritanis & Crotoniensiibus pellere ceteros Gr̄ecos Italia statuerunt. Cum primum urbem Syrim cepissent, in expugnatione eius quinquaginta iuuenes amplexos Minerue simulacrum, sacerdotemque deæ uelatum ornamenti inter ipsa altaria trucidauerunt. Ob hoc cūm peste & seditionibus uxarentur, priores Crotonienses Delphicum oraculum adierunt. Responsum his est, finem mali fore, si uiolatum Minerue numen, & interfectorum manes placaserint. Itaque cum statutis iuuenibus iuste magnitudinis, & in primis Minerue fabricare coepissent, Metapontini cognito oraculo deorum, occupandam, & manum pacem, & decrati, iuuenibus modica & lapidea simulacra ponunt, & deam panificis placant. Atque ita pestis utrobique sedata est, cum alteri magnificentia, alteri uelocitate certassent. Recuperata sanitate, non diu Crotonienses quieuerunt. Itaque indignantes, in oppugnatione Syris auxilium contra se à Locrensiibus latum, bellum bis intulerunt. Quo metu territi Locrenses, ad Spartanos decurrent, auxilium supplices deprecantur. Illi longinqua militia graviat, auxilium à Castore & Polluce petere eos iubent. Neque legati socie urbis responsum spreuerunt: profectique in proximum templum, facto sacrificio, auxilium deorum implorant, litatis hostiis, obtentisq; ut rebantur, quod petebant, haud secus leti, qui in se deos ipsos secum adiecturi essent, puluaria ius in nau componunt, faustisque profectionibus, solatia suis pro auxiliis deportant. Iis cognitis Crotonienses & ipsi legatos ad oraculum Delphos mittunt, uictorie facultatem, bellicque prof

prosperos euentus deprecantes: Responsum, prius uotis hostes, quam armis uincendos. Cum uouissent Apollini decimas prede, Locrenses ex uoto hostium, et responso Dei cognito, nonas uouerunt: tacitamque eam rem habuere, ne uotis uincerentur. Itaque cum in aciem processissent, et Crotoniensum centum uiginti millia armatorum constitissent, Locrenses paucitatem suam circumspicientes (nam sola quindecim millia militum habebant) omissa spe uictorie, in destinatam mortem confirant, tantusque ardor ex desperatione singulos cepit, ut uictores se putarent, si non multi morerentur. Sed dum mori honeste querunt, felicius uicerunt. Nec alia causa uictorie fuit, quam quod

Desperatio desperauerunt. Pugnantibus Locris, aquila ab acie numerum, magnū quam recepsit, eosq; tandem circuuoledavit, quo ad uincerent, ad honeste In cornibus quoque duo iuuenes diuerso a ceteris armorum moriendum habitu, eximia magnitudine, et albis equis, et coccineis incitamentū paludamentis, pugnare uisi sunt, nec ultra apparuerunt, quoniam pugnatum est. Hanc admirationem auxit incredibilis fame uelocitas. Nam eadem dic, qui in Italia pugnatum est, et Corinthis, et Athenis, et Lacedemone nuntiata est uictoria. Post hanc, Crotoniensibus nulla uirtutis exercitatio, nulla armorum cura fuit. Oderant enim que-

Vide Cic. li. infelicitate sumperant, mutassent que uitam luxuria, ni Pythagoras philosophus fuisset. Hic Sami Demarato locuplete negotiatore natus, magisque sapientia incrementis firmatus, Aegyptum primò, mox Babyloniam ad perdiscentes syderum motus, originemque mundi spectandam profectus, summam scientiam consecutus erat. Inde regressus, Cretam et Lacedemona ad cognoscendas Minois et Lycurgi inclytas ea tempestate leges, contenderat. Quibus omnibus instructus, Crotonam uenit, populūmque in luxuriam

riam lapsum, autoritate sua ad usum frugalitatis reuocauit. Laudabat quotidie uirtutem, et uitia luxuriae contemnebat, casuque ciuitatum hac peste perditorum enumerabat, tantumq; studium ad frugalitatem multitudinis prouocauit, ut aliquos ex his luxuriatos in optimam frugem conuersos fuisse incredibile uideretur. Matronarum quoq; separatam à uiris doctrinam, et puerorum à parentibus frequenter habuit. Docebat nunc has pudicitiam, et obsequia in uiros, nunc illos modestiam, et literarum studium. Inter hec uelut GENITRICEM VIRTUTVM FRVGA LITATEM omib; ingerebat, consecutusque assiduitate disputationum erat, ut matrone auratas uestes; ceteraque dignitatis sue ornamenta, uelut instrumenta luxuriae depo- nerent, cāque omnia delata in Iunonis adēm ipsi deae conse- crarent, preferens, VERA ORNAMENTA MATRONARVM PVDICITIAM, NON VESTES ESSE In iuuentutem quoque quantum profili- gatum sit, uicti foeminarum contumaces animi manifestant. Sed ccc. ex iuuenibus, cum sodalitijs iure sacramento quo- dam nexi, separatam a ciubus ceteris uitam exercerent, qua- si coctum clandestina coniurationis haberent: ciuitatem in se conuerterunt, que eos, cum in unam domum conuenissent, cremare uoluit. In quo tumultu LX. ferme homines perierte, ceteri in exilium profecti. Pythagoras autem cum annos x x. Crotonae egisset, Metapontum migravit, ibiq; decessit: Vel inedia, cuius tanta admiratio fuit, ut ex domo eius templum face- vel interfec- rent, cūmque pro Deo colerent. Igitur Dionysius tyrannus, etus à Syra- Liuium 1. ab Vrbecōdita. quem suprà Sicilia exercitum in Italiam traieciisse, bel- lūmque Græcis intulisse memorauimus, expugnatis Locris, ceū circuit. Crotonienses, uix uires longo otio ex prioris belli clade resu- Laert. mentes, aggreditur. Qui fortius cum paucis tanio exerci- tui

Luxuriati,  
id est, luxu-  
ria corrupti.

tui eius, quām antea cum tot millibus Locrensum pacie tate restiterunt. Tantum virtutis paupertas aduersus infolentes diuitias habet, tantōque insperata interdum spēta uictoria certior est. Sed Dionysium gerentem bellum,

Gallos Seno legati Gallorum, qui paucos ante menses Romanā incen- nes intelligit.

derunt, societatem, amicitiamque petentes, adeunt, gentem suam inter hostes eius positam esse, magnōque usū ei sufficirum uel in acie bellanti, uel de tergo intentis in praeclive hostibus, affirmant. Grata legatio Dionysio fuit. Ita post societatem, et auxiliis Gallorum auctus, bellum uelut ex teatro restaurat. Iis autem Gallis causa in Italiam ueniens, sedēisque nouiss querendi, intestina discordia, et affidu-

In Italiam domi dissensiones fuere: quarum tēdio, cum in Italiam ecce. ante annos uenissent, sedibus Tuscos expulserunt, et Mediolanum runt Celtae, Comum, Brixiam, Veronam, Bergomum, Tridentum quām est Viceniam, considerunt. Tuscī quoque, duce Rhero, urbēs incētae. tis sedibus amībis, Alpes occupauere, et nomine ducis ge lib. 5. ab Vr- tem Rhetiorum considerunt. Sed Dionysium in Sicilia aduentus Carthaginensium recuocavit: qui recuperato exercitu, bellum quod lue deseruerant, auctis uiribus reperficiunt. Dux belli Hamo Carthaginensis erat, cuius iniuriam Suniutor potentissimus ea tempestate Pœnorum, odio eius, Gracis literis Dionysio aduentum exercitus, et segnitiem ducis familiariter preueniūtasset, comprehensu-

Vixit ad magnum sene- epistolis prodigionis damnatur: facto senatus consulto, ut etutē, et filio quis postea Carthaginensis aut literis Gracis, aut Gra- regnum per sermoni studcret, ne aut loqui cum hoste, aut scribere manus tradi sine interprete posset. Nec multò pōst Dionysius, quādit. Laetant. paulo antea non Sicilia, non Italia capiebat, assiduis bellis enim an- certaminibus uictus, fractusque ad postremum insidiu- na l. x. Pro. suorum interficitur.

# IVSTINI LIBER XXI.

**E**X TINCTO in Sicilia Dionysio tyranno, in locum eius milites maximum natu ex filiis, eius nomine Dionysium, suffecere: ex maturam etatem eius secuti, ex quod firmius futurum esse regnum, si penes unum remansisset, quam si portionibus inter plures filios diuidetur, arbitrabantur. Sed Dionysius inter initia regni auunculos fratrum suorum, uelut amulos imperij sui, hortatorēque puerorum ad diuisionem regni tollere gestiebat. Quare paucisper disimulatum animum prius ad fauorem popularium conciliandum intendit, excusatiū facturus, quod statuerat, si probatus ante omnibus foret. igitur nexorum tria militia e carcerē dimittit, tributa populo per triennium remittit. et quibuscumque delinimenti potest, amicos omnium sollicitat. nebantur.

Qui in tem poraria ser uitute deti- Tunc ad destinatum facinus conuersus, non cognatos tantum fratribus, sed etiam ipsos fratres interficit: ut quibus consortium regni debebat, ne spiritus quidem consortij relinqueretur, tyrannide in suos prius quam in exteros auspiciatus. Sublatis deinde amulis, insegnitatem lapsus, saginam corporis ex nimia luxuria, oculorumque ualeitudinem contraxit, adeo ut non solem, non puluerem, non deniq; splendore ferre lucis ipsius posset. Propter que dum contemni se putat, sequitur grassatur: nec ut pater carcerem nexis, sed cædibus ciuitatem replet: ob que non contemptior omnibus, quam lib. 1. mortuus inuisitor fuit. Itaq; cum bellum aduersus eum Syracusani de- creuissent, diu dubitauit, an imperium deponeret, an bello Maximi. resisteret: sed à militibus predam urbiske direptionem sperantibus, descendere in prælium cogit. Vicit, cum iterato non felicis fortunam tentasset, legatos ad Syracusanos mittit

mittit, spōndens se depositurum tyrānidēm, si mittere ad eum cum quibus de pace conueniret. In quam rem mis̄os primores, in carcere retinet: atque ita incāutis omnibus, nec quicquam hostile metuentibus, exercitum ad delendam ciuitatem mittit. Fit igitur in ipsa urbe anceps praelium: in quo oppidani multitudine superantibus, Dionysius pellitur: qui cum obſidionem arcis timeret, cum omni regio ap̄paratu in Italiam profugit tacitus. Exul à Locrenſib⁹ ſcīis acceptus, ueluti iure regnaret, arcem occupat, ſolitām ſibi ſequitiam exercet. Coniuges principum ad ſuprūmū ūpi iubebat, uirgines ante nuptias abducebat, ſupratāq̄e procis reddebat, Locupletiſimos quoſque aut ciuitate pellēbat, aut occidi imperabat, bonāque eorum inuadebat. Dein cūn rapine occasio deſſet, uniuersam ciuitatem callido comento circuuenit. Cum Reginorum tyraṇni Leophronis bello Locrenſes premerentur, uouerunt, ſi uictores forent, ut die festo Veneris uirgines suas proſtituerent. Quo uotis demo- nes, pro diis culti, dele- etatiſuerint.

Vide quibus ex quibus forte centum duce, uoto publico fungantur; religionisque gratia, uno ſtent in lupanari mense, omnibus annis intratis, uiris ne quis ullā attaminet. Que res ne uirginib⁹, uoto ciuitatem ſoluentibus, fraudi eſſet, decretum facerent, ne qua uirgo nuberet, priuſquam illa maritis traderentur. Probatō confilio, quo ex ſuperſtitioni, ex pudicitiae uirginum conſulebatur, certatim omnes foeminae impensis exornatae in templum Veneris conueniunt: quas omnes Dionysius immis̄is militibus ſpoliat, ornamenṭaq; matronarū in predam ſuam uertit. Quarundā uiros ditiones interficit, quaſdam ad prodendas uirorum pecunias torquet. Cum his artibus per-

annos ſex regnasset, cōſpiratione Locrorum ciuitate pulsus, in Siciliam redit. Ibi Syracusas ſecuris omnibus, poſt lōgam intercedinem pacis, per \* conditionē recepit. Dum hēc in \*proditionē Sicilia geruntur, interim in Africa princeps Carthaginienſum Hanno opes ſuas, quibus reipub. ſuperabat uires, ad occupandam dominationem intendit, regnumq; inuadere, in- terfecto ſenatu, conatus eſt. Cui ſceleri ſolennem nuptiarum diem filie ſue legit, ut religione uotorum nefanda committere, ex nefanda commenta facilius tegerentur. Itaq; plebi e pu- lias in publicis porticibus, ſenatui in domo ſuo parat, ut po- culis ueneno infectis, ſecretius ſenatum, ex ſine arbitris in- terficeret, orbāmque remp. facilius inuaderet. Qua re magi- ſtratibus per miniftriſ prodita, ſcelus declinatum, non uin- dicatum eſt, ne in uiro tam potenti plus negotiū faceret res cognita, quam cogitata. Contenti itaque cohibiſſe decreto, modum nuptiarū ſumptibus ſt. iuunt, idq; obſeruari non ab uno, ſed ab uniuersis iubent, ne persona deſignata, ſed uitia correpta eſſe uiderentur. Hoc confilio praeuentus, iterū ſer- uitia cōcitat, ſtatutāq; rurſus cedium die, cum denuo ſe pro- ditum uideret, timens iudicium munitum quoddam caſtellum cum uiginti milibus ſeruorum armatis occupat. Ibi dura Afros, regēq; Mauritanorum cōcitat, capitū, uirgisq; cæ- ſus, effoſis oculis, ex manib⁹, crurib⁹q; fractis, uclut a ſin- gulis membris poena exigentur, in confpectu populi occi- ditur, corpus uerberibus lacerum in cruce figitur. Filij quoq; cognatiq; omnes, etiam innoxii, ſupplicio tradūtūr, ne quiſ- quam aut ad imitandum facinus, aut ad mortē uicīscendā, ex- tam nefaria domo ſupereſſet. Inter ea Dionysius Syracusis re- ceptus, cum grauior crudeliōrque in dies ciuitati eſſet, iterata conſpiratione obſideatur. Tunc deſpoſito imperio, arcem Syracusanis cum exercitu tradidit, reſeptōque priua-

to instrumento, Corinthum in exilium proficiscitur. Ibi milia queq; tutissima exsilimans, in sordidisissimis uite genus descendit: non contentus in publico uagari, sed potare nec conspicere in popinis, lupanaribusq; sed totis diebus desidere: cum perditissimo quoque de minimis rebus disceptare, pannosusq; et squallidus incedere, risum libentius prebere, quam captare, in macello persistare, que emere non poterat.

## OCVLIS DEVORARE: apud adiles aduersa

Ludum Corinthis aperte ruit Dionysius. Cicer. lib. 9. Epist. tamen simulatio h. ec uitiorum non naturae erat: magisq; ha-  
rte, quam amissio regali pudore faciebat, expertus quam in iuia tyrannorum forent etiam sine opibus nomina. Laborabat itaq; iniuidam præteriorum contemptu præsentium de-

merere, neq; honesta, sed tuta consilia circunspiciebat. Intabas tamen disimulationum artes, ter insimulatus est affetae tyrannidis: nec aliter, quam dum contemnitur, liberatus est. Inter hec Carthaginenses tanto successu rerum Alexandri Magni exterriti, uerentes ne Persico regno & Africam uellet adiungere, mittunt ad speculandos eum animos Amilcarem, cognomento Rhodanum, wirum selectum facundiisque preter ceteros insignem. Augebant

Et euerfa, enim metum et Tyrus urbs, autor originis sue, capta, et Orosi. Alexandria emula Carthaginis, in terminis Africae & Aegypti condita, et felicitas regis, apud quem nec cupiditas, nec fortuna ullo modo terminabantur. Igitur Hamilcar per Parmenionem adiuu regis obtento, profugisse sed regem expulsum patria fudit, militemque se expeditionis offert.

offert. Atque ita consiliis eius exploratis in tabellis ligneis, desuper cera uacua inducta, ciuibus suis omnia prescribebat. Sed Carthaginenses post mortem regis reuersum in patria, quasi urbem regi uendicasset, non ingrato tantum, uerum etiam et crudeli animo necauerunt.

## IVSTINI LI-

## BER XXII.

**A**GATHOCLES Sicilie tyranus, qui magnitudini prioris Dionysij successit, ad regni maiestatem ex humili & sordido genere peruenit. Quippe in Sicilia patre figulo natus, non honestorem pueritiam, quam principia originis habuit. Siquidem forma, et corporis pulchritudine egregius, diu uitam stupri patientia exhibuit. Annos deinde pubertatis egressus, libidinem a uiris ad foeminas transfultit. Post hec apud utrumque sexum famosus, uitam latrociniis mutauit. Interiecto tempore, cum Syracusas concessisset, accitusque in ciuitatem inter incolas esset, diu sine fide fuit: quoniam nec in fortunis quod amitteret, nec in uerecundia quod inquinaret, habere uidebatur. In summa, gregarium militiam sortitus, non minus tunc seditionis, quam antea turpi uita, in omne facinus promptissimus erat. Nam et manu strenuus, et in concionibus perfacundus habebatur. Breui itaq; centurio, ac deinceps tribunus militum factus est. Primo bello aduersus Aetneos magna experientia suis Syracusanis dedit. Sequenti Campanorum tantam de se spem omnibus fecit, ut in locum demortui ducis Damascenis sufficeretur. Cuius uxorem adulterio cognitam, post mortem uiri in matrimonium recepit. Nec contentus quod ex inope repente diues factus esset, piraticam aduersus patria exercuit. Saluti ei fuit, quod socij capti tortique, de illo negauerunt.

Bis occupare imperium Syracusarum uoluit, bis in exilium actus est. A Murgantinis apud quos exulabat, odio Syracusanorum, primo prætor, mox dux creatur. In eo bello et urbem Leontinorum capit, et urbem Syracusas obsidere capitur: ad cuius auxilium Hamilcar dux Poenorum imploratus, depositis hostilibus odiis, præsidia militum mutat. Ita uno et eodem tempore Syracusæ et ab hoste ciuili amore defensæ, et à ciue hostili odio impugnatæ sunt. Sed Agathocles, cum uideret fortius defendi urbem quam oppugnari, præcibus per internuntium Hamilcarem exorat, ut inter se et Syracusanos pacis arbitria suscipiat, peculiaria in ipsum officia sua reppromittens. Quæ pœ impletus Hamilcar, societatem cum eo metu potentiae eius iungit, ut quamvis virium Agathocli aduersus Syracusanos dedisset, tantum ipse ad incrementa domesticæ potentiae recuperaret. Igitur non tantum Agathocli cōciliatur, uerum etiam prætor Syracusæ constituitur. Tunc Hamilcare expositis ignibus cereis, etisque, in obsecuâ Poenorum iurat. Deinde acceptis ab aliquaque millibus Afrorum, potentissimos quoq; ex principibus interficit, atq; ita ueluti recip. statu formaturus populum in theatrum ad concionem uocari iubet, contracto in gynasio senatu, quasi quedam prius ordinaturus: sic compostris rebus, immisis militibus populum obsidet, senatu trucidatis: ius peracta cede, ex plebe locupletissimos et promptissimos quoq; interficit. Iis ita gestis, milite legit, exercitum conscribit: quo instructus, finitimas ciuitates nihil hostile metuentes, ex improviso aggreditur. Poenorum quoq; socios permittente Hamilcare, sed in iniuriis uexat: propter quod querelas Carthaginem socij non tam de Agathocle, quam de Hamilcare detulerunt: hunc ut dominū et tyrannū illum ut proditorem arguent: à quo infestissimo hosti, fortune

sociorum, interposita pactione, donatae sint: cui ab initio Syracusæ in pignus sociatis sint traditæ, urbs semper Poenæ infesta, et de imperio Siciliæ Carthaginæ emula: nunc insuper ciuitates sociorum eidem pacis titulo traditæ sint. Denuntiare igitur se, hac breui ad ipsos redundatura, ac propriedem sensuros, quantum malum non Siciliæ magis, quim ipsi Africæ attulerint. His querelis senatus in Hamilcarem acceditur. Sed quoniam in imperio esset, tacita de eo suffragia tulerunt, et sententias prius quam recitarentur, in urnam coniectas obsignari iusserunt, donec alter Hamilcar Gisgonis filius, à Sicilia reuertetur. Sed hæc callida commenta Poenorum, et sententias inauditas, mors Hamilcaris præuenit, liberatusq; est fati munere, quem\* per iniuriam ciues inauditam damnaverant. Quæ res Agathocli aduersus Poenos occasionem mouendi belli dedit. Prima igitur illi cum Hamilcare, Gisgonis filio, prælii congressio fuit: à quo uictus maior mole recuperatus bellum, Syracusas concepit. Sed secundi certaminis eadem fortuna, que et prioris, fuit. Cum igitur uictores Poeni Syracusas obsidione cinxissent, Agathoclesq; se nec viribus parem, neq; ad obsecutionem ferendam instructum uideret, super hæc à sociis crudelitate eius offensis, desertus esset, statuit bellum in Africam transferre: mira prorsus audacia, ut quibus in solo urbis sue par non erat, eorum urbi bellum inferret: et qui sua tueri non poterat, impugnaret aliena, uictusque uictoribus insultaret. Huic consilij non minus admirabile silentium, quam commentum fuit, populo hoc solum professus, inuenisse se uictorie uiam: Animos illi tantum in breuem obsecutionis patientiam firmarent, uel si cui status praesentis fortuna displiceret, dare se ei discedendi liberam potestatem. Cum milie sexcenti discessissent, ceteros ad obsecutionis necessitatem frumenti

to et stipendio instruit: quinquaginta tantum secum tulerat ad presentem usum afferat, cetera ex hoste melius quam ex sociis paraturus. Omnes deinde seruos militaris atatis libertate donatos, sacramento adegit, eosq; et maiorem partem ferme militum nauibus imponit, ratus exaequata utriusque ordinis conditione, mutuam inter eos uirtutis emulationem futuram: ceteros omnes ad tutelam patria relinquunt. Septimo igitur imperij anno, comitibus duobus adultis filiis, Anchagatho et Heraclida, nullo mulitum sciente quo uehementur, cursum in Africam dirigit. Cum omnes aut in Italia præ datum se, aut in Sardiniam ituros crederet, tum primò exposu in Afrike littore exercitu, consiliū suum omnibus aperit. Quo in loco Syracuse posita sint, ostendit: quibus aliud nullum auxiliū supereisset, quam ut hostibus faciant, que ipsi pateretur. Quippe aliter domi, aliter foris bella tractari. Domi ea sola auxilia esse, que patriæ uires subministrarent: foris hostem etiam suis uiribus uinci, deficientibus sociis, et odi diuturni imperij, externa auxilia circumficientibus. His accedere, quod ubes, castellaque Africæ non muris cinctæ, non in montibus posite sunt, sed in campis, sine ullis munimentis iaceant: quas omnes metu excidi, facile ad bellum societatem perduci posse. Maius igitur Carthaginensibus et ipsa Afrika, quam ex Sicilia exarserum bellum, coituraque auxiliū omnium aduersus unam urbē, nomine quam opibus ampliorem, et quas non attulerit uires, inde sumpturum. Nec in repentina Poenorum metu modicū momentū uictorie fore, qui tanta audacia hostium percussi trepidaturi sint. Accessura et uillarū incendia, castellorum, urbiūq; consumacium direptionem, tum ipsi sui Carthaginis obſidionem. Quibus omnibus non sibi tantū in alios, sed et aliis infestient patere bella. His non solum Poenos uinci, sed et Sicilian

liberari posse. Nec enim moraturos in eius obſidione hostes, cum sua urgeantur. Nusquam igitur alibi facilius bellum, sed nec prædam ubiorem inueniri posse. Nam capta Carthaginem, omnem Africam, Siciliamq; præmium uictorum fore. Gloriā certe tam honestæ militie, tantā in omne æuum futuram, \* ut determinari nullo tempore obliuionis possit: ut dicitur erat, vt poterant, ad hostes transulerint, ultiq; uictores insecuri nullo tempore obſessores urbis sue obſederint. Omnibus igitur fortis ac lato animo bellum ineundum, quo nullum aliud posset possit, aut præmium uictoribus uberioris, aut uictis monumentum illustrius dari. His quidem adhortationibus animi militum erigebantur. Sed terrebat eos portenti uisio, quod nauigantibus eis sol defecerat. Cuius rei rationē nō minore cura rex, quam belli reddebat, affirmans, si prius quam profici seretur factum esset, credi aduersum profecturos prodigium esse: nunc quia egressis acciderit, illis ad quos eatur, portendere. Porò defectus naturalium syderum semper præsentem rerum statum mutare, certumq; esse florentibus Carthaginensium opibus, aduersisq; rebus suis commutationē significari. Sic consolatis militibus, uniuersas naues consentiente exercitu incendi iubet, ut omnes scirent auxilio fugere \* ablato, aut uincendum aut moriendum esse. Deinde cum omnia, quacunq; ingredierentur, prosternerent, uillas castellaque incederent: obuius his fuit cum xxx. millibus Poenorum Hanno dux, et prelio commisso, duo de Siculis, tria millia Poenorum cum ipso duce cecidere. Hac uictoria et Siculoruū animi eriguntur, et Poenorum franguntur. Agathocles uia eius hostibus, urbes castellaque expugnat, predas ingentes agit, hostium multa millia trucidat. Castra deinde quinto lapide à Carthaginem statuit, ut damna clarissimum rerum, ademptos Duos tantū amissit ē suis Agat. Oros.

usitatemq; agrorum, & incendia villarum, de mariis ipsius urbis specularentur. Intercà ingens tota Africa delecto Pœnorum exercitus fama, occupatamque urbium diuulgatur. Stupor itaque omnes & admiratio incepsit, unde tanto imperio tam subitum bellum, presertim ab hoste iam nicto. Admiratio deinde paulatim in contemptum Pœnorum uertitur. Nec multò post non Africa tantum, uerum etiam urbes nobilissime nouitatem sequutæ, ad Agathoclem defec-  
**\* extruxere.** re, frumentoque & stipendio uictorem\* adiuuere. His Pœnorum malis etiam deletus in Sicilia cum imperatore exercitus, uelut quidam aerumnarum cumulus accessit. Nam post profectionem à Sicilia Agathoclis, in obsidione Syracusarum Andronè ap= Pœni seguiores redditæ, ab Antandro fratre regis Agathocles pellat Oros. clis occisione cæsi nuntiabantur. Itaque cum domi, forsique eadem fortuna Carthaginensium esset, iam non tributariorum tantum ab his urbes, uerum etiam socij reges desicabant,

**AMICITIARVM IVRA NON FIDE, SED SVCCESVS PONDERAMTES.** Erat int̄ cæteros rex Cyrenarum Ophellas, qui ipse improba, regnum totius Africæ amplexus, societatem cū Agathocle per legatos iunxerat, pactuq; cū eo fuerat, ut Siciliæ illi, sibi Africæ imperium uictis Carthaginensibus, cederet. Itaq; cum ad bellum sociatae cum ingenti exercitu ipse uenisset, Agathocles blando alloquio, & humili adulacione, cū sepius simul coenassen, quia filius eius ab Ophella adoptatus esset, incutu cum interficit: occupatōq; exercitu eius, iteratò Carthaginies om-  
**\* cientes,** nibus uiribus bellū strenuentes, magno utriusq; exercitus sanguiue, graui prælio superat. Hoc certaminis discriminis tanta desperatio illata Pœnis est, ut nisi in exercitu Agathocles orta seditio esset, transiiturus ad eū Bomilcar, dux Pœnorū, cū exercitu fuerit. Ob quam noxam in medio foro à Pœnis pa-

bulo suffixus est: ut idem locus monumentum suppliciorum eius esset, qui ornatum ante fuerat honorum. Sed Bomilcar magno animo crudelitatem ciuiū tulit, adeò ut de summa cruce, ueluti de tribunal, in Pœnorum scelera concionaretur, obiectans illis nunc Hannonem falsa affectati regni inuidia circumuentum, nunc Gisgonis in oceenis exilium, nunc in Hamilcarem patrum suum tacita suffragia, quod Agathoclem socium illis facere, quam hostem malueri. t. Hæc cum in maxima populi concione uociferatus esset, expirauit. Interēt Agathocles profligatis in Africa rebus, tradito Archagatho filio exercitu, in Siciliam recurrit: nihil actuū in Africa existimans, si amplius Syracuse obsideantur. Nam post occisum Hamilcarem, Gisgonis filium, nouus eò à Pœnis missus exercitus fuerat. Statim igitur primo aduentu eius, omnes Siciliæ urbes auditis rebus, quas in Africa gesserat, certatim se ei tradunt: atque ita pulsis è Sicilia Pœni, totius insule imperium occupauit. In Africam deinde reuersus, seditione militum excipitur. Nam stipendiiorum solutio in aduentum patriæ dilata à filio fuerat. Igitur ad concionem uocatos, blandis uerbis permulxit, stipendia illis non à se flagitanda esse, sed ab hoste querenda, communem uictoriā, communem predam futuram, Paululum modo annitterentur, dum bellū reliquiæ peragantur, cum sciant Carthaginem captam spes omnī expleturā. Se dato militari tumultu, interiecit diesbus, ad castra hostium exercitum ducit: ibi inconsultus prælium committendo, maiorem partem exercitus perdidit. Cum itaq; in castra fugisset, uersamq; in se inuidiam temere commissi belli uideret, pristinamq; offensam non depensi stipendijs metueret, cœcubia nocte solus à castris cum Archagatho filio profugit. Quod ubi milites cognouere, haud secus quam si ab hoste capti effent

essent, trepidauerunt: Bis se à regno suo in mediis hostibus relataos esse, proclamantes, salutemque suam desertam ab eo esse, quorum ne sepultura quidem relinquenda fuerat. Cum persequi regem uellent, à Numidis excepti, in castra reuertuntur: comprehenso tamen Archagatho, qui à patre noctis ex errore discesserat: Agathocles autem nauibus, quibus fuerat à Sicilia regressus, cum custodibus earundem Syracusas defensur. Exemplum flagitij singulare, Rex exercitus sui defensor, filiorumque pater proditor. Interim in Africa post fugam regis, milites pactione cum hostibus facta, interfecit Agathoclis filii, Carthaginensibus se tradidere. Archagathus

\* antea pda cum occideretur ab Archeslao amico\* Antipatri, rogauit  
cum quidnam liberis eius facturum Agathoclem putet, per  
quem ipse liberis caret? Tunc respōdit, satis habere se, quod  
superstes eos esse Agathoclis liberis sciat. Post hæc Poeni ad  
persequendas bellum reliquias, duces in Siciliam miserunt, cum  
quibus Agathocles pacem & eis conditionibus fecit.

## IVSTINI LI.

### BER XXIII.

**A**GATHOCLES rex Siciliae, pacificatus cum Carthaginensibus, partem ciuitatum à se fiducia uiuum disidentium, armis subegit. Deinde quasi angustis insula terminis clauderetur, cuius imperij partem primis incrementis ne sperauerat quidem, in Italianam transcedit, exemplum Dionysij fecitus, qui multas ciuitates Italia subegebat. Primi igitur hostes illi Brutij fuere, qui ex fortissimi & opulentissimi uidebantur, simul & ad iniurias uicinorum prompti. Nam multas ciuitates Græci nominis Italia expulerant: autores quoque suos Lucanos bello uicerat, & pacem cum his & eis legibus fecerant. Tanta feritas am-

morum

morum erat, ut nec origini sua parcerent. Nanque Lucani iisdem legibus liberos suos, quibus ex Spartani, instituere soliti erant. Quippe ab initio pubertatis, in sylvis inter pastores habebantur, sine ministerio seruili, sine ueste quam induerent, uel cui incubarent: ut à primis annis duritiae, parsimoniaeque, sine ullo usu urbis, assueferent. Cibus his preda uenatica, potus mellis, & lactis, & fontium liquor erat: Sic ad labores bellicos indurabantur. Horum igitur ex numero quinquaginta primo ex agris finitimarum predari soliti, confluente deinde multitudine, solicitati preda cum plures facti essent, infestas regiones reddebant. Itaque fatigatus que relis sociorum Dionysius Sicilia tyrannus, sexcentos Afros ad compescendos eos miserat, quorum castellum proditum sibi per Brutiam mulierem expugnarunt, ibique ciuitatem, concurrentibus ad opinionem nouae urbis pastoribus, statuerunt: Brutiosque ex nomine mulieris vocauerunt. Primum illis cum Lucanis, originis suis autoribus, bellum fuit. Qui uictoria erexit, cum pace aequo iure fecissent, cæteros finitos armis subegerunt: tantiisque opes in breui consecuti sunt, ut pernitosi etiam regibus haberentur. Denique Alexander rex Epiri, quum in auxiliū Græcarum ciuitatum cum magno exercitu in Italianam uenisset, cum omnibus copiis ab his deletus est. Quare feritas eorum successu felicitatis incensa, diu terribilis finitimus fuit, ad postremum imploratus Agathocles, spe ampliandi regni, à Sicilia in Italianam traecit. Principio aduentus opinione eius concusi, legatos ad eum, societatem amicitiamque petentes miserunt. Quos Agathocles ad coenam invitatos, ne exercitum traici iuderent, in posterum statuta bis die, consensis nauibus frustratus est: sed fraudis haud letus eventus fuit. Siquidem reuerti cum in Siciliam, interiectis paucis diebus, uis morbi coegerit: quo tota

Brutii unde  
dicti sint.

Matrimo-  
nium.

toto corpore comprehensus, per omnes neruos articulosq; humore pestifero grassante, uelut intestino singulorū membrorum bello impugnabitur. Ex qua desperatione bellum inter filium nepotēmque ortum, eius regnum iam quasi mortui uendicatibus, occiso filio, regnum nepos occupauit. Igitur Agathocles, cum morbi curā, & aegritudo grauiores fecerit, & inter se alterum alterius malo cresceret, desperans rebus, uxorem suam Theogenam, genitosq; ex ea duos parvulos, cum omni pecunia, & familia, regalique instrumento, quo præter illum nemo regum ditor fuit, nauibus impetravos Aegyptum, unde uxorem acceperat, remittit, timens predonem regni sui hostem patarentur. Quanquam uero diu, ne ab aegro diuelleretur, deprecata est, ne discessus suadiu iungi nepotis parricidio posset, & tam cruentè hac decessu secesseret, quām ille impugnasse auum wideretur: N V B E D O S E N O N P R O S P E R E T A N T V M , S E O M N I S F O R T V N A E I N I S S E S O C I E T A T E nec in uitiam periculo spiritus sui empturam, ut extremo mōri spiritus exciperet, & exequiarum officium, in quod profecta se, nemo sit successurus, obsequio debitā pietatis impleret. Discedentes parvuli flebili ululatu amplexi patrem tenebant. Ex altera parte uxor maritum non amplius uisera, osculis fatigabat. Nec minus senis lacryme miserabiles erant. Flebant iij morientem patrem, ille exules liberos: Et discessu suo solitudinem patris senis, aegri, ille in spem regis suscepitos relinqui in egestate lugebat. Inter haec regis amnis assidentium fletibus tam crudelis dispidijs impleta, resonabat. Tandem lacrymis finem necessitas profectione imposuit, & mors regis proficiens filios secuta est. Dum haec aguntur, Carthaginenses cognitis que in Sicilia agebantur, occasionem totius insule occupanda dantur.

sibi existimantes, magnis uiribus eò traiiciunt, multasque ciuitates subiungunt. Eo tempore & Pyrrhus aduersus Romanos bellum gerebat, qui imploratus à Siculis in auxilium, sc̄cuti dictum est, cum Syracusas uenisset, multasque ciuitates subegisset, rex Siciliae, sicut Epipi appellabatur. Quarum rerum felicitate letatus, Heleno filio Siciliam uelut auitum, ( nam suscepitus ex filia Agathoclis regis erat ) Alexandro autem Italica regnum destnat. Post hec multa secunda prælia A Tarēinis cum Carthaginensibus facit. Interiecit deinde tempore, le & Samnitiati ab Italicis sociis uenere, nuntiantes Romanis resisti non bus. Plutarc. posse, deditio nemque futuram, nisi subueniat. Anxius tam ambiguo periculo, incertusque quid ageret, uel quibus primum subueniret, in utrumque pronus consultabat. Quippe instantibus hinc Carthaginensibus, inde Romanis, periculose uidebatur, exercitum in Italianam non traicere, periculosius à Sicilia deducere: ne aut illi non lata ope, aut hi deserti amitterentur. In hoc astu periculorum, tutissimus portus \*decertare consiliorum uisus est, omnibus uiribus\* decernere in Sicilia, & profligatis Carthaginensibus, uictorem exercitum \*transfuerere. Itaque conserto prælio, cùm superior fuisse, quoniam tamen à Sicilia abiret, pro uicto fugere uisus est: ac propterea socij ab eo defecerunt: & imperium Sicilie tam cito amisi, quam facile quesierat. Sed nec in Italia meliore felicitate uisus, in Epirum reuertitur. Admira- Partim ad Carthaginibilis utriusque rei casus in exemplum fuit. Nam sicut ante enses, partim ad M imperium, & tot de Romanis uictorias attraxerat: ita nunc Plutarch. aduersa, uelut in ostentationem fragilitatis humane destruens que cumulauerat, Siciliensi ruine naufragium maris, & foedam aduersus Romanos pugnam, turpemque ab Cum M. Italia discessum adiecit. Post profactionem à Sicilia Pyrrhi Curio. magistr

Ob id Pal-  
las delecta-  
tur noctua,  
vt Plutar. in  
Demoſt.

Hiero creatur, cuius tanta moderatio fuit, ut  
consentiente omnium ciuitatum fauore, dux aduersus Car-  
thaginenses prium, mox rex crearetur. Huius futurum  
iustitiae ipsa infatilis educatio quasi prenuntia fuit. Quippe  
genitus erat patre Hieroclyto, nobili uiro, cuius origo a Ga-  
lo, antiquo Sicilie tyranno, manabat: sed maternum illi ge-  
nus sordidium, atq; admodum pudibundum fuit. Nam ex  
cilla natus, ac propterea a patre, uelut de honestamentum  
generis, expositus fuerat. Sed paruum, et humane opes  
indigentem, apes, congesto circa iacentem melle, multibus  
alucere. Ob quam rem responso aruspicum admoni-  
ter, qui regnum infanti portendi canebat, paruum re-  
ligit, omniq; studio ad spem maiestatis, quae promittebat  
instituit. Eidem in ludo inter coæquales discenti, lupus tan-  
lam, in turba puerorum repente conspectus, eripuit. Adde-  
scenti quoq; prima bella ineunti aquila in clypeo, noctua  
in hasta confedit. Quod ostentum et in consilio cautum, et  
manu promptum, regemq; futurum significabat. Denique  
aduersus prouocatores sepe fugnauit, semperq; uictoriam  
reportauit. A Pyrrho rege multis militaribus donis donata  
est. Pulchritudo ei corporis insignis, uires quoque in homi-  
ne admirabiles fuere. In alloquio blandus, in negotio iussus,  
in imperio moderatus erat, prorsus ut nihil ei regium des-  
uideretur, preter regnum.

## IVSTINI LI-

### BER XXIII.

**C**V M bæc in Sicilia gerunir, interim in Greci-  
a disidentibus inter se bello Ptolemeo, Ceramico,  
Antiocho, et Antigono regibus omnes ferme Græcie ci-  
uitates, ducibus Spartanis uelut occasione data, ad spem  
liberi

libertatis eretæ, missis iniucem legatis, per quos in societa-  
tis foedera alligarentur, in bellum prorumpunt: et ne cum  
Antigono, sub cuius\* bello erant, bellum cepisse uiderentur, \*imperio  
socios eius Aetolos aggrediuntur, causas belli pretendentes,  
quod consensu Græcie sacratum Apollini Cyraeum cam-  
pum per uim occupassent. Huic bello ducem eligunt Aran,  
qui adiuncto exercitu, urbes, sataque in his campis posita, de-  
populatur: que auferri non poterant, incendit. Quid cum eis  
montibus confiscati Aetolorum pastores essent, congrega-  
ti admodum quingenti, sparsos hostes, ignorantibus quanta  
manus esset, quoniam conspectum illis metus et incendio-  
rum fumus abstulerat, consecrantur, trucidatisque admodum  
nouem milibus, prædones in fugam uerterunt. Reparantia  
bus deinde Spartanis bellum, auxilium multæ ciuitates nega-  
uerunt, existimantes, dominationem eos Græcie, non libera-  
tatem querere. Intererat inter reges bellum finitur: Nam Pto-  
lemeus pulso Antigono cum regnum totius Macedoniae oca-  
cupasset, pacem cum Antiocho facit. Affinitatemq; cum Pyr-  
rho data ei in matrimonium filia sua, iungit. Exinde externo  
metu deposito, impium et facinorosum animum ad domesti-  
ca scelerata conuertit, insidiisque Arjinoe forori sue instruit:  
quibus et filios eius uita, et ipsam Cassandrae urbis pos-  
sessione priuaret. Primus ei dolus fuit, simulato amore foro-  
ris matrimonium petere. Aliter enim ad fororis filios, quo-  
rum regnum occupauerat, quam concordie fraude perue-  
nire non poterat. Sed nota scelerata Ptolemai uoluntas foro-  
ri erat. Itaque non credenti, mandat uelle se cum filiis eius  
regni consortium tungere: cum quibus non ideo se armis con-  
tendisse, quoniam eripere his regnum: sed quod id facere sui  
muneris uellet. In hoc mitteret arbitrium iurisfundi: quo  
presente apud deos patrios, quibus uellet obsecrationibus

m se

Campus  
est Phoci.  
dis. Plinius  
lib. 3.

bus se obligaret. Incerta Arsinoë quid ageret: si mitteret, decipi periurio: si non mitteret, prouocare rabiem fraternalis crudelitatis timebat. Itaque plus liberis, quam sibi timens, quos matrimonio suo protecturam se arbitrabatur, militi ex amicis suis Dionem, quo perducto in sanctissimum Iouis tomum,

Solebant enim sacrificantes appre-  
hendere aras. Vnde & Var. Syncera fide matrimonium sororis petere: nuncupatur in  
ro dicit, antiquitus an-  
tiquitus an-  
fas dictas. vi de Macrob. postquam ex spe impleta est, et metu soluta, ipsa cum suorum  
tre colloquitur: cuius uultus, et blandientes oculi, cum sa-  
dem non uinorem, quam iusfirandum promitterent, redi-  
mante Ptolemaeo filio fraudem subesse, in matrimonium tri-  
bis consensit. Nuptiae magno apparatu, letitiaeque omnian  
celebrantur. Ad concionem quoque uocato exercitu, capi  
sororis diadema imponit, reginamque eam appellat. Quo  
mine in letitiam effusa Arsinoë, quia quod morte Lysimachii  
prioris mariti amiserat, recipisset: ultiro uirum in urbem  
suam Cassandriam inuitat, cuius urbis cupiditate fru-  
strabatur. Pregressa igitur uirum, diem festum urbi in aduen-  
tum eius indicit, domos, templa, ceteraque omnia exornari  
iubet, aras ubique, hostiasque disponi, filios quoque suos, Ly-  
simachum sedecim annos natum, Philippum tricennio minori,  
utrunq; forma insignem, coronatos occurrere iubet. Quos  
Ptolemaeus ad celundam fraudem, cupide et ultra modum ue-  
ra affectionis amplexus, osculis diu fatigat. Vbi ad portam  
uentum est, occupari arcem iubet, pueros interfici. Qui cum  
ad matrem confugissent, in gremio eius, inter ipsa oscula tra-  
cidantur. Proclamante Arsinoë, quod tantum nefas aut nu-  
bendo

bendo, aut post nuptias contraxisset, pro filiis se sepe per-  
cussoribus obtulit. Frequenter corpore suo puerorum cor-  
pora amplexata protexit, vulneraque excipere que liberis  
intendebantur, uoluit. Ad postremum spoliata etiam fune-  
ribus filiorum, scissa ueste, et crinibus sparsis, cum duobus tur-  
seruulis ex urbe protracta, Samothraciam in exilium abiit,  
eò miserior, quod mori cum filiis ei non licuit. Sed nec Pto-  
lemeo inulta scelerata fuerunt. Quippe diis immortalibus  
tot periuria, et tam cruenta parricidia vindicantibus, bres-  
ui post à Gallis spoliatus regno, captusque, uitam ferro, ut  
meruerat, amisi. Nanque Galli abundantissima multitudine, cum  
eos non caperent terre, que genuerant trecenta millia ho-  
minum ad sedes nouas querendas, uelut peregrinatum misse-  
runt. Ex his portio in Italia confedit, que et urbem Romanam  
captam incendit, et portio Illyricos sinus, ducibus auibus  
(nam augurādi studio Galli prater ceteros callēt,) per stra-  
ges Barbarorum penetravit, et in Pannonia confedit: gens  
aspera, audax, bellicosa, que prima post Herculem, cui ea-  
res uirtutis admirationem et immortalitatis fidem dedit. Al-  
pium iniucta iuga, et frigore intractabilia loca transcen-  
dit: ibi domitis Pannonicis per multos annos cum finita-  
mis uaria bella gesserunt. Hortante deinde successu, diuisis  
agminibus, alij Græciam, alij Macedoniam, omnia ferro  
proterentes, petiuere: Tantusque terror Gallici nominis  
erat, ut etiam reges non lacebitti, ultiro pacem ingenti pecu-  
nia mercarentur. Solus rex Macedonie Ptolemaeus, aduen-  
tum Gallorum intrepidus audiuit: is que cum paucis et in-  
compositis, quasi bella non difficilius, quam scelerata patra-  
rentur, parricidiorū furiis agitatus, occurrit. Dardanorum  
quoque legationem, uiginti millia armatorum in auxilium  
offerentem, spreuit: addita insuper contumelia, actum de-

Macedonia dicens, si cum totum Orientem soli domuerint, nunc in undictam ciuium Dardanis egeant. Milites schabere filios eorum, qui sub Alexandre rege stipendijs tolo orbe terrarum uictores fecerint. Quae ubi Dardano regi nuntiata sunt, inclytum illud Macedonie regnum breui immaturi iuuue. uis temeritate casurum dixit. Igitur Galli, duce Belgio, ad tentandos Macedonum animos, legatos ad Ptolemeum mittunt, offereutes pacem, si emere uelit; sed Ptolemeus inter suos, bellum metu pacem Gallos petere glorius est: nec minus ferociter se legatis, quam inter amicos iactauit: aliter se pacem datum negando, nisi principes suos obsides dederint. Et arma tradiderint: non enim fidem se nisi inermibus habitur. Renuntiata legatione, rite Galli, undique acclamantes, breui sensurum, sibi an illi consuentes, pacem obtulerint. Interiectis diebus, præmium conseritur: uicti Macedones ceduntur: Ptolemeus multis uulneribus sauciis capit, caput eius amputatur, et lance fixum tota acie ad terrorem hostium circumfertur. Paucos ex Macedonibus fuga seruauit, ceteri aut capti, aut occisi. Haec cum nuntiata per omnem Macedoniam essent, porta urbium clauduntur, luctu omnia replentur, nunc orbitatem amissorum filiorum dolebant, nunc excidia urbium metuebant, nunc Alexandri, Philippique regum suorum nomina, scuti numina, in auxilium uocabant: sub illis se non solum tutos, uerum etiam uictores orbis terrarum extitisse: ut tuerentur patriam suam, qua gloria rerum gestarum coelo proximam reddidissent: ut opem afflitis ferrent, quos furor et meritas Ptolemai regis perdididerat orabant. Desperatis bus omnibus, non uotis agendum, Sosthenes unus de Macedonum principibus ratus contracta iuuentute, et Gallos exultantes uictoria compescuit, et Macedoniam ab hostili depopula

depopulatione defendit. Ob que uirtutis beneficia, multis nobilibus regnum Macedonia affectantibus, ignobilis ipse preponitur, et cum rex ab exercitu appellatus esset, ipse non in regis, sed in ducis nomen iurare milites coegerit. Interced Brennus, quo duce portio Gallorum in Graciam se effuderat, audita uictoria suorum, qui Belgio duce Macedones uicerat, indignatus parta uictoria \*optimum predam, \*optimam et Orientis spoliis onustam, tam facile relictam esse, adunatus c. l. millibus peditum, et x v. millibus equitum, in Macedoniam irrumpt. Cum agros uillasque populararentur, occurrit ei cum instructo exercitu Macedonum Sosthenes: sed pauci a pluribus, trepidi a ualentibus facile uincuntur. Itaque cum uicti se Macedones intra muros urbium condissent, uictor Brennus, nemine prohibente, totius Macedonie agros depredatur. Inde quasi spolia sorderent, animum ad deorum immortalium templa conuerit, scurriliter iocatus, locupletes deos largiri hominibus oportere. Statim igitur Delphos iter uerit prædam religionis aurum, offensæ deorum immortalium præferens: quos nullis opibus egere, ut qui eas largiri hominibus soleant, affirmabat. Templum autem Apollinis Delphis positum est in monte Parnaso, in rupe undique impendente: ibi ciuitatem frequentia hominum facit. Qui ad affirmationem maiestatis undiq; concurrentes, in eo saxo confedere: atq; ita templum ciuitatemq; non muri, sed precipitia, nec manufacta, sed naturalia praesidia defendunt, prorsus ut incertum sit, utrum munimentum loci, an maiestas Dei plus hic admirationis habeat. Media saxi rupes in formam theatri recepit. Quamobrem hominum clamor, et si quando accidit tubarum sonus, personaribus et resonantibus inter se rupibus, et multiplex audiri, ampliorq; quam editur resonare solet. Quae res maiorem ma-

ie statis terrorem ignaris rei, et admirationem stupentibus plerisque affert. In hoc rupis anfractu, media ferme montis altitudine, planicies exigua est, atque in ea profundum terre foramen, quod in oracula patet: ex quo frigidus spiritus, in quodam uelut uento in sublime expulsus, mentes uatum in uerdicem uertit, impletosque deo, responsa consulenti bus dare cogit. Multa igitur ibi et opulenta regum, populi lorumque uisuntur munera, queque magnificientia sui reddentium uota gratiam uoluntatem, et decorum responsa manifastant. Igitur Brennus cum in conspectu haberet templum, diu deliberauit, an confestim rem aggredetur, an uero se ipsius uia militibus, noctis spatiu[m] ad resumendas uires daret. Eu ridanus et Theffalonius duces, qui se ad praede societatem iunxerant, amputari moras iubent, dum imp[arati] hostes, et recens aduentus sui, terrori efficiuntur. Interiecta nocte et animos hostibus forsitan et auxilia accessura, et vias que tunc patent, obstructum iri. Sed Gallorum uulgas ex longa inopia ubi primum uiuimus, ceterisque communitatis referata rura inuenit, non minus abundantia, quam uictoria latum, per agros se sparserat, desertisque signis ad occupanda omnia pro uictoribus uagabantur. Que res dilationem Delphis dedit. Primum namque opinione aduentus Gallorum prohibiti agrestes Graecis oraculis feruntur, messes, uini, uillis efferre: cuius rei statutare preceptum non prius intellectum est, quam uini, ceterarumque copiarum abundantia, uelut mora Gallis obiecta, auxilia frumentorum conuenere. Prius itaque urbem suam Delphi, aucti uiribus sociorum pernuuiri, quam Galli uiuo uelut praede incubantes, ad signa reuocarentur. Haebat Brennus lecta ex omni exercitu peditum sexaginta \* Alij, quae quinque millia, Delphorum sociorumque non iussi\* quae tuor millia. tuor decim millia militu[m] erant, quorum contemptu Brennus

ad acuen-

ad acuendos suorum animos praede libertatem omnibus ostendebat, statuisque cum quadrigis, quarum ingens copia procul uisebatur, solido auro fusas esse: plusque in pondere, quam in specie habere praede affirmabat. Hac affectuatione et animi duersione incitati Galli, simul et besterno mero saucij, sine respectu periculorum in bellum ruebant. Contra Delphi plus in Deo, quam in uiribus spem ponentes, cum contemptu hostium resistebant, scandentesque Gallos et summa montis uertice, partim faxis, partim armis obruebant. In hoc partium certamine, repente uniuersorum templorum antistites, simul et ipsi uates, sparsis crinibus, cum insignibus atque infulis, pauidi, uerordescue, in primam pugnantium aciem procurrunt, aduenisse Deum clamant, eumque se uidisse desilientem in templum per culminis aperta fas fugiunt. Dum omnes opem dei suppliciter implorant, iuuuenem supra humum modum insignis pulchritudinis, comitesque ei duas armatas uirgines, ex propinquis duabus Diana Minerueque edibus occurrisse: nec oculis tantum hec se perspexisse, sed audisse etiam stridorem arcus, ac strepitum armorum. Promede ne cunctarentur diis antesignanis hostem cedere, et uistorie deorum socios se adiungere, summis obsecrationibus monebant. Quibus uocibus incensi, omnes certatim in praelium profiliunt. Presentiam Dei et ipsi statim sensere. Nam et terrae motu portio montis abrupta, Gallorum struit exercitum, et confertissimi cunei non sine uulneribus hostium dissipati ruebant. Infecuta deinde tempestas est, que grandine et fuligine saucios ex uulneribus absumpsi. Dux ipse Brennus cum dolorem uulnerum ferre non posset, pugione uitam finiuit. Alter ex ducibus, punitis belli autoribus, cum decem millibus sauciorum citato agmine a Gracia excedit. Sed ne fortuna fugientibus comedior fuit. Siquidem pauidis

nulla sub tectis acta nox, nullus sine labore ex periculo dies: assidui imbræ et gelu, nix concreta, et famæ, et latitudo, et super hæc MAXIMVM PER VIGILIAE M A L V M, miseras infelicis belli reliquias obterebat. Gentes quoque, nationesque, per quas iter habebant, palantes uelut prædam seclabantur. Quo pacto euenit, ut nemo ex tanto exercitu, qui paulò ante fiducia uirium etiam deos contemnebat, uelut ad memoriam tantæ cladis supereffet.

## IVSTINI LI- BER XXV.

INTER duos reges, Antigonum et Antiochum, statuta pace, cum in Macedoniam Antigonus reuerteretur, nouis eidem repente hostis exortus est. Quippe Galli, qui à Brenno duce, cum in Græciam profici scerentur, ad terminos gentis tuendos relicti fuerant, ne sibi desides uiderentur, penditum quindecim millia, equitum tria millia armauerant, fugatisque Getarum, Triballorumque copiis, Macedonie imminentes, legatos ad regem miserunt, qui pacem ei uenalem offerrent, simul et regis castra specularentur. Quos Antigonus pro regali munificentia ingenti apparatu epularum ad coenam inviuit. Sed Galli expositum grande auri argenteique pondus admirantes, atque præde ubertati solicitati, infestiores, quam uenerant, reuertuntur. Quibus et elephantes ad terrorem, uelut inustatas Barbaris formas, rex ostendi iussérat, naues onustas copiis demonstrari ignarus, quod quibus ostentatione uirium metum se iniuste existimabat, eorum animos ut ad opinam prædan solicitabat. Itaque legati ad suos reuersi, omnia in maius excellentes, opes pariter et negligentiam regis ostendunt,

referta

refeta auro et argento castra esse, et neque uallo fossâne munitione: et quasi satis munimenti in diuitiis haberent, ita eos omnia officia militaria intermissero: prorsus quasi ferri auxilio non indigerent, quoniam abundantare auro. Hac relatione audire gentis animi satis ad prædan incitabantur. Accedebat tum exemplum Belgij, qui non magno ante tempore Macedonum exercitum cum rege trucidauerat. Itaque consentientibus omnibus, nocte castra regis aggrediuntur, qui præsentiens tantam tempestatem, signum pridie dederat, ut omnibus rebus ablatis in proximam syluam taciti se occultarent. Neque aliter seruata castra, quam quod deserta sunt. Siquidem Galli ubi omnia uacantia, nec sine defensoribus modo, uerum etiam sine custodibus uident, non fugam hostium, sed dolum arbitrantur, diu intrare portas timuerunt. Ad postremum integris et intactis munimentis, seruantes potius quam diripientes, castra occupauerunt. Tunc ablatis que inuenierant, ad littus conuertuntur. Ibi dum naues incauti diripiunt, à remigibus, et ab exercitus parte, que èo cum coniugibus et liberis confugerant, nihil tale metuentes trucidantur: tantaque cedes Gallorum fuit, ut Antigono pacem huius uictoriae opinio, non à Gallis tantum, uerum etiam à finitimarum feritate prestiterit. Quanquam Gallorum ea tempestate tante fecunditatis iuuentus fuit, ut Asiam omnem uelut examine aliquo implerent. Denique neque reges Orientis sine mercenario Gallorum exercitu illa bella gesserint, neque pulsi regno ad alios quam ad Gallos confugerint. Tantus terror Gallici nominis, siue armorum inuicta felicitas erat, ut aliter neq; maiestatem suam tutam, neque amissam recuperare se posse sine Gallica uirtute arbitrarentur. Itaq; in auxilium à Bithynie rege inuocati, regnum cum eo pacta uictoria diuiserunt, eamque regionem Gallo-  
Mixti Gal- li & Græci, Gallogræci Liu. 8. quar- appellantur Decadis,

Dum Sici- Gr.eciam cognominauerunt. Dum hec in Asia geruerunt,  
Iia excederet interim in Sicilia Pyrrhus à Poenis nauali prelio uictus, ab  
& in Italia Antigono Macedonie rege supplementum militum per lega  
properaret. Plut.

*tos petit, denuntians n̄ mittat, redire se in regnum necesse  
habere: incrementa rerum, quæ de Romanis uoluerit, de ihs  
que siturum. Quod ubi negatum legati retulerunt, dismis  
lati causa, repentinam fngit profecionem. Socios inter  
parare bellum iubet, & arcis Tarentinæ custodiam Hele-*

*Exercitus no filio, & amico Miloni tradit. Reuersus in Epirum statim  
Pyrrhi VIII. fines Macedonie inuidit, cui Antigonus cum exercitu oc  
m. peditum, currit, uictusque prelio in fugam uertitur. Atq; ita Pyrrhus  
et D. equitū. Macedoniam in ditionem accepit, & ueluti dama amf.  
Plutarchus.*

*se Siciliæ Italie que acquistò Macedonie regno pensassit,  
relictum Tarenti filium & amicum accerfit. Antigonus at  
tem cum paucis equitibus, fuga comitibus, rcpente fortu  
na ornamenti desituitus, amissi regni speculatorus euer  
tus, Thessalonican se recepit, ut inde cum conducta Gal  
lorum mercenaria manu bellum repararet. Rursus à Pto  
lemæo Pyrrhi filio funditus uictus cum septem comitiis  
fugiens, non recuperandi regni spem, sed salutis latebris,  
ac fugæ solidudines captat. Igitur Pyrrhus in tanto fastigio  
regni collocatus, iam nec eo ad quod uotis perueniendum  
fuerat, contentus, Gracie, A siue que regna meditatur, neque*

*Collatus ob illi maior ex imperio, quam ex bello uoluptas erat: nec  
id est ab An quisquam Pyrrhum, quæ tulisset impetum, sustinere ualuit.  
Antigono, indo. Eto lusori: Sed ut ad deuincendi regna inuictus habebatur, ita deus  
qui cum & cts acquistisque celeriter carebat: tanto melius studebat  
multa, & acquirere imperia, quam retinere. Itaque cum copias Che  
feliciter ia  
roneso traffosuisset, legationibus Atheniensium, & Ach  
men nesciat uorum, Messeniorumq; excipitur. Sed Graci omnes adm  
vti. Plutarc. ratione nominis eius, simul & rerum aduersus Romanos,*

Poenosq;

*gestarum gloria attoniti aduentū eius spectabant.  
Primum illi bellum aduersus Spartanos fuit, ubi maiore mu  
lierum, quam uirorum uirtute excipitur. Tunc Ptolemaeum  
filium, & exercitus partem robustissimam amisit. Quippe  
oppugnanti urbem, ad tutelam patrie tanta multitudo foem  
inarum concurrit, ut non fortius uictus, quam uerecundius re  
cederet. Porro Ptolemaeum filium eius adeo strenuū, & manu  
fortem fuisse tradunt, ut urbem Coreyra solus cum sexaginta  
ceperit. Item prelio nauali triremen ex scapha cum septem  
insulierit, captamq; tenerit. In oppugnatione quoq; Spar  
tanorum usq; in median urbem cum equo procurserit, ibi q;  
concursu multitudinis interfectus sit. Cuius corpus ut re  
latum, \*patrē dixisse Pyrrhum ferūt, aliquantò tardius eum, \*patri est, di  
quā timuerit ipse, uel temeritas eius meruit, occisum xisse  
esse. Repulsus à Spartanis Pyrrhus Argos petit: ibi dum Duce Acro  
Antigonum in urbe clausum expugnare cogitat, inter con  
fertissimos uiolentissime dimicans, saxo de muris iactato  
occiditur. Caput eius Antigono reseritur: qui uictoria mi  
tius uisus, filium eius Helenū cum Epirotis sibi deditū, in re  
gnū dimisit, eiq; inseptulti patris ossa in patriam referenda  
tradidit. Satis constans inter omnes autores fama est, nul  
lum nec eius, nec superioris etatis regem comparandū Pyr  
rho fuisse, rarōq; non inter reges tantum, uerum etiam inter  
illustres uiros, aut uite sanctioris, aut iustitia probatoris  
occisum fuisse. Scientiam certe rei militaris in illo uiro tantam  
fuisse, ut cum Lysimacho, Demetrio, Antigono, tantis re  
gibus bella gesserit, inuictus semper extiterit. Illyriorum Pyrro. Plu  
• quoq; Siculorum, Romanorūmq; & Carthaginieſum bellis  
nunquam inferior, plerūq; etiam uictor extiterit: qui pa  
triā certe suam angustam, ignobilēmq; fama rerum gestarū,  
& claritate nominis sui toto orbe illustrem reddiderit.*

## IVSTINI LI.

BER XXVI.

**P**O ST mortem Pyrrhi non in Macedonia tantum, uerum etiam in Asia, Graeciaque magni bellorum motus fuere. Nam et Peloponnesij per prodictionem Antigono traditi, et variante hominum partim dolore, parum gaudio, prout singulae ciuitates aut auxilium de Pyrro sperauerant, aut metus sustinuerant: ita aut cum Antigono societatem iungebant, aut mutuis inter se odiis in bellum ruebant. Inter hunc turbatarum prouinciarum motum, Epirorum quoque urbs ab Aristotimo principe per tyrannidem occupatur: a quo cum multi ex primoribus occisi, plures in exilium acti essent, Aetolis per legatos postulantibus, ut coniuges liberosq; exulum redderet, primo negauit: postea quasi paenitere, proficisci ad suos omnibus matronis potestatem dedit, diuinque profectionis statuit. Ille quasi in perpetuum cum uiris exulature, pretiosissima queque auferentes, cum ad portam quasi uno agmine profecturæ conuenissent, omnibus rebus expoliatae, in carcere recluduntur, occisis prius in gremiis matrum parvulis liberis uirginibusque ad stuprum direptis. Hanc tam sauvam dominationem stupentibus omnibus, princeps eorum Helenatus, senex, et liberis orbus, ut qui nec etatis, nec pignorum respectum timeret, conuocatos domi fidissimos amicos rum, in uindictam patriæ hortatur. Cunctantibus priuato periculo publicum finire, et deliberandi spatium postulantibus, accessitis seruis iubet obserari fores, tyrannoque numerari mutteret, qui coniuratos apud se comprehendenderet, obiectans singulis, sc; quia liberande patriæ autor esse non posse, deferta ultorem futurum. Tunc illi anticipi periculo

circum

circunuenti, honestiorem viam eligentes, coniurant in tyranni necem: atque ita Aristotimus quinto postquam urbem occupauerat mense opprimitur. Interea Antigonus cum multiplici bello et Ptolemai regis, et Sparta:iorum premeretur, nouisque illi hostis Gallograecie exercitus affluisset, in speciem castrorum parua manu aduersus ceteros relitta, aduersus Gallos totis uiribus proficiscitur. Quibus cognitis, Galli cum et ipsis se prælio pararent, in auspicia pugnae hostias cædunt: quarum exitis cum magna cædes, interitusque omnium prediceretur, non in timorem, sed in furorem uersi, sperantesq; deorum minas expiari cede suorum posse, coniuges et liberos suos trucidant, auspicia belli a parricidio incipientes. Tanta rabies feros animos inuaserat, ut non parcerent etati, cui etiam hostes pepercissent, bellumque internecimum et natalitium cum liberis, liberorumque matribus gererent, pro quibus bella suscipi solent. Itaque quasi scelere uitam, uictoriāque redemissent, sicut erant cruenti ex recenti suorum cede, in pœnum non meliore euentu, quam omne proficiscuntur. Siquidem pugnantes, prius parricidorum furia, quam hostes circunuenire: obseruantibusque ante oculos manibus interemptorum, omnes occisione cessit. Tanta strages fuit, ut dij pariter cum hominibus consenisse in excidium parricidarum uiderentur Post huius pugnae euentum, Ptolemeus et Spartani, uictorem hosium exercitum declinantes, in tutiora se recipiunt. Antigonus quoque ubi eorum discessum uidet, recenti adhuc ex priori uictoria militum ardore, bellum Atheniensibus infert: In quo cum occupatus esset, interim Alexander rex Epiri ulcisci mortem patris Pyrrhi cupiens, fines Macedoniae depopulatur. Aduersus quem cum reuersus à Graecia Antigonus esset, transiōne militum desistit

destitutus, regnum Macedonie cum exercitu amittit. Huius filius Demetrius puer admodum, absente patre, repudato exercitu, non solum amissam Macedoniam recepi, uerum etiam Epiri regno Alexandrum spoliat. Tantum uel mobilitas militum, uel fortune uarietas erat, ut uicissim reges nunc exiles, nunc reges uiderentur. Igitur Alexandra cum exil ad Arcadas confugisset non minore Epirotarum desiderio, quam sociorum auxilio, in regnum restituit.

\* Agys Per idem tempus rex Cyrenarum\* Agys decedit: qui ante infirmitatem, Beronicem unicum filium, ad funienda cum Ptolemeo fratre certamina, filio eius despenderat. Sed post mortem Antigoni regis, mater uirginis Arsinoe inuita se contractum matrimonium solueret, missi qui a nuptias uirginis, regnumque Cyrenarum Demetrium furem regis Antigoni à Macedonia accercent: qui et ipsi ex filia Ptolemei procreatus erat. Sed nec Demetrius moram fecit. Itaque cum secundante uento celeriter Cyrenas aduolasset, fiducia pulchritudinis, qua nimis placuisse sociui coepérat, statim à principio superbus, regie fuisse militibusque impotens erat, studiumq; placendi à uirginne in matrem contulerat. Quae res spectata, primo uirginis, deinde popularibus, militibusq; iniusa fuit. Itaque uisis omnium animis in Ptolemei filium, insidia Demetrii comparantur: qui cum in lectum socrus concepisset, percussores immittuntur. Sed Arsinoe audita uoce filie, ad forens stantis et praeципientis, ut matri parcerent, adulterum paulisper corpore suo protexit. Quo interfecto, Beronicae et stuprum matris, salua pietate, ulta est, et in matrimonio fortificando iudicium patris sequitur.

## IVSTINI LI- BER XXVII.

**M**ORTVQ; Syrie rege Antiocho, cum in locum eius filius Seleucus successisset, hortante matre Laodice, quia inhibere debuerat, auspicio regni à parricidio cepit. Quippe Beronicem nouercam suam, sororem Ptolemei regis Aegypti, cum parvulo fratre ex ea suscepto interficit. Quo facinore perpetrato, et infamie maculam subiit, et Ptolemei bello se implicuit. Porro Beronica cum ad se interficiendam missos didicisset, paterne Daphne se claudit. Vbi cum ob sideri eam, cum parvulo filio, nuntiatum ciuitatibus Asia esset, recordatione paternæ maioriisque dignitatis eius, et casum tam indigne fortune miserantes, auxilia ei omnes misere. Frater quoque Ptolemaeus periculo sororis, excitus, relicto regno, cum omnibus viribus aduolat. Sed Beronica ante aduentum auxiliorum, cum ui expugnari non posset, dolo circumuenta trucidatur. Indigna res omnibus iusta. Itaque cum uniuersæ ciuitates, que defecerant, ingentem classem comparassent, repente exemplo crudelitatis exterriata, simul et in ultionem eius, quam defensuri erant, Ptolemeo se tradunt: qui nisi in Aegyptium domestica seditione reuocatus esset, totum regnum Seleuci occupasset. Tantum illi uel odium parricidiale scelus, uel huic fauorem indignè interemptæ mors sororis attulerat. Post discessum Ptolemei, Seleucus cum aduersus ciuitates, qua defecerant, ingentem classem comparasset, repente ueluti diis ipsis paracridium vindicantibus, orta tempestate classem naufragio amittit: nec quicquam illi ex tanto apparatu, praeter nudum corpus, et spiritum, et paucos naufragij comites residuos

residuos fortuna fecit. Misera quidem res, sed optanda Se-  
leuco fuit. Siquidem ciuitates, que odio eius ad Ptolemaeum  
defecerant, uelut diis arbitris satisfactum sibi esset, repen-  
tina animorum mutatione in naufragij misericordiam u-  
nus Damno di- se, imperio se eius restituunt. Lætus igitur malis suis, c-  
tor factus. dannis diuior redditus, uelut pars viribus bellum Ptolemaeum  
infert: sed quasi ad ludibriorum tantum fortunæ natus effi-  
nec propter aliud opes regni recipisset, quam ut amitteret  
uictus prælio, non multò quam post naufragium comitatus  
trepidus in Antiochiam confugit. Inde ad Antiochum fe-  
trem literas fecit, quibus auxilium eius implorat, obliuia  
Asia, inter fines Tauri montis, in præmium latæ opis. Anti-  
chus autem cum esset annos x iiii. natus, supra etatem  
gni auditus, occasionem non tam pio animo, quam offenda-  
tur, arripuit. Sed latronis more, totum fratri eriperet  
piens, puer sceleratam, uirilemque sumit audaciam. Vir  
Hierax est cognominatus, quia non hominis, sed accipa-  
ritu, in alienis eripiendis uitam sectaretur. Interea Ptole-  
maeus cum audisset regem Antiochum in auxilium Seleu-  
uenire, ne cum duobus uno tempore dimicaret, in amissione  
cum Seleuco pacem facit: sed pax ab hoste data, interpella-  
tur è fratre: qui conducto Gallorum mercenario exercitu  
pro auxilio bellum, pro fratre hostem se imploratus ex-  
hibuit. In eo prælio uirtute Gallorum uictor quidem An-  
tiochus fuit: sed Galli arbitantes Seleucum in prælio ce-  
disse, in ipsum Antiochum arma uertunt, liberius depon-  
laturi Asiam, si omnem stirpem regiam extinxissent. Quo-  
ubi sensit Antiochus, uelut à predonibus, auro se redi-  
societatemque cum mercenariis suis iungit. Interè rex Bi-  
thynia Eumenes, sparsis consumptisq; fratribus, bello  
testime discordie, quasi uagantem Asia possessionem in-  
sum

surus, uictorem Antiochum, Gallosq; aggreditur: nec dif-  
ficile saucios adhuc ex superiori congreßione integer ipse  
uiribus superat. Ea namq; tempestate omnia bella in exitium  
Asia gerebantur: uti quisque fortior fuisset, Asiam uelut pre-  
dam occupabat. Seleucus et Antiochus fratres bellum pro-  
pter Asiam gerebant. Ptolemaeus rex Aegypti, sub specie  
sororis ultionis, Asia inhibebat. Hinc Bithynius Eumenes,  
inde Galli (humilior semper mercenaria manus) Asiam de- \* (seper mer-  
populabantur, cum interè nemo defensor Asia intèr tot cenaria ma-  
prædones inueniebatur. Victo Antiocho, cum Eumenes nus)  
maiorem partem Asiae occupasset, ne tunc quidem fratres  
perditio præmo, propter quod bellum gerebant, concordare  
potuerunt: sed omisso externo hoste, in mutuum exitium  
bellum reparant. In eo Antiochus denuò uictus, multorum  
dierum fuga fatigatus, tandem ad sacerdotum suum Artame-  
nem, regem Cappadocie, prouenit: A quo cum primum  
benigne suscepimus esset, interfectis diebus, cognito quod sibi  
in fidie pararentur, salutem fuga quesuit. Igitur cum pro-  
fugo nusquam locus tutus esset, ad Ptolemaeum hostem,  
cuius fidem tutiorem quam fratri existimabat decurrit:  
memor uel que facturus fratri esset, uel que meruissest à  
fratre. Sed Ptolemaeus non tam amicus ei deditus, quam  
hostis factus seruari eum arctissima custodia iubet. Hinc  
quoque Antiochus opera cuiusdam meretricis adiutus,  
quam familiarius agnouerat, deceptis custodibus elabitur,  
fugiensque à latronibus interficitur. Seleucus quoq; iisdem  
ferme diebus, amissio regno, equo precipitatus, fini-  
tur: sic fratres quasi germanis casibus, exules  
ambo, post regna, scelerum suo=rum penas lue-  
runt.

# IVSTINI LI-

## BER XXVIII.

**O**LYMPIAS Pyrrhi Epirotæ regis filia, amissa marito, eodemq; germano fratre Alexandro, cum tutelam filiorum ex eo susceptorum Pyrrhi & Ptolemai, regnique administrationem ipsa receperisset, ab Aetolis partem Acarnaniae, quam in portionem belli<sup>\*</sup> mater pupillorum acceperat, eripere uolentibus, ad regem Macedoniae Demetrium decurrit: eique habenti uxorem Antiochi regis Syrie \*Pythiam sororem, filiam suam<sup>\*</sup> Phythiam in matrimonium tradidit, ut auxilium quod misericordia non poterat, iure cognationis obtineret. Fiumt igitur nuptiae, quibus et noui matrimonij gratia acquiritur, & ueteris offensa contrahitur. Nam prior uxor uelut matrimonio pulsa, sponte sua fratrem Antiochum discedit, eumque in mari bellum impellit. Acarnanes quoque diffisi Epirotis, aduersus Aetolas auxilium Romanorum implorantes, obtinuerunt a Romano senatu, ut legati mitterentur, qui denuntiarent Aetolas presidia ab urbibus Acarnania deducerent: paterenturque esse liberos, qui soli quandam aduersus Troianos, autori originis sua auxilia Græcis non miserunt. Sed Aetoli legationem Romanorum superbè audierunt, Poenos illis & Gallos, à quibus tot bellis uexati, toties occisione sint cœsi, exprobantes, dicentesque, Prius illis portas aduersus Carthaginenses aperiendas, quas clauserit metus Punici bellum, quam in Græciam arma transferenda. Membris deinde iubent, quibus minentur: aduersus Gallos urbem suam eos tueri non potuisse, captamque non ferro defendisse, sed armis redemisse. Quam gentem se aliquanto maiori manu Græciam ingressam, non solum nullis externis viribus, sed

ne da

ne domesticis quidem tectis adiutos, uniuersam delesse, sed demque sepulcris eorum prebuisse, quam illi viribus, impetu quoque suo proposuerant. Contra Italianam, trepidis ex recenti urbis sue incendio Romanis, uniuersam ferme à Gallis occupatam. Prius igitur illis Gallos Italia pellendos, quād minentur Aetolis: priusque sua defendenda, quād aliena defendi appetenda. Quos autem homines Romanos esse? nempe pastores qui latrociniō iustis dominis ademptum solum teneant: qui uxores cum propter originis dishonestamenta Sabinas intelligit. Liu. <sup>i. ab Vrb.</sup> suam parricidio considerint, murorūnque fundamenta cond. sanguine affiserint: Aetolos autem principes Fraterno pri semper fuisse, & sicut dignitate, ita & uirtute ceteris præstutissime. solos denique esse, qui Macedonas imperio terrarum florentes semper contempserint, qui Philippum regem non timuerint, qui Alexandri Magni post Persas Indosque deuictos, cum omnes nomen eius horrerent, edicta spuerint. Monere igitur se Romanos, contenti sint fortuna præsentis, nec prouocent arma, quibus et Gallos casos, et Macedonas contemptos uideant. Sic dimissa legatione Romanorum, ne fortius loquuti, quād fecisse uiderentur, fines Epiri regni Acarnania depopulantur. Iam Olympias filii regna tradiderat, et in locum Pyrrhi fratriis defuncti, Ptolemeus successerat: qui cum hostibus instructo exercitu obuius proceßisset, infirmitate corruptus, in iteru decessit. Olympias quoque non magno post tempore, gemino funerum uulnere afflcta, \*egrum spirituum trahens, \*egre non diu filii superuixit. Cum ex gente regia sola Nereis uirgo cum Laodomia sorore superesset, Nereis nubit Geiloni Siciliae regis filio. Laodomia autem cum in aram Dia na configisset, concursu populi interficitur. Quod faci-

nus dū immortales aſſiduis cladibus geniſ, et prope in-  
ritu totius populi vindicauerunt. Nam ſterilitatem fami-  
pafi, et intestina discordia uexati, externis ad poſtremum  
bellis penè conſumpti ſunt: Miloque Laodomie percuſſor  
in furorem uerſus, nunc ferro, nunc ſaxo, in ſumma, denita-  
bus laceratis uiferibus, xii. die interiit. His in Epiro ge-  
ſtis, interim in Macedonia Demetrius rex, relictio filio Phi-  
lippo paruulo admodum, decedit. Cui Antigonus tutor da-  
tus, accepta in matrimonium matre pupilli, regem ſe con-  
ſtituerat. Intericto deinde tempore, cum ſeditione  
minaci Macedonum clauſus in regia teneretur, in publica  
cum ſine ſatellibus procedit, proiectoque in uulgo diale-  
mate ac purpura, dare hac eos alteri iubet, qui aut impe-  
rare illis ſciat, aut cui parere ipſi ſciant: ſe adhuc inuidio-  
ſum illud regnum, non uoluptatibus, ſed laboribus ac per-  
culis ſentire: commemorat deinde beneficia ſua, ut deſeflo-  
nem ſociorum vindicauerit, ut Dardanos Thessalosque exil-  
antes morte Demetrij regis compescuerit, ut denique digni-  
tatem Macedonum non ſolum defendeat, uerum etiam au-  
xerit. Quorum ſi illos poeniteat, deponere imperium, et  
reddere illis munus ſuum, ipſi regem querant, cui imperent.  
Cum populus pudore motus, recipere eum regnum iube-  
ret, tandem recuſauit, donec ſeditionis autores ſupplicio tre-  
derentur. Poſt hæc bellum Spartanis infert, qui ſoli Philip-  
pi Alexandriq; bellis, et imperium Macedonum, et omni-  
bus metuenda arma contempſerunt. Inter duas nobiliſſi-  
mas gentes bellum ſummiſque uiribus fuit. Quamlibet  
pro ueteri Macedonum gloria, illi non ſolum pro illibata li-  
bertate, ſed etiam pro ſalute certarent. Viſti Lacedæmonij  
non ipſi tantum, ſed etiam coniuges, liberique, magno animo  
fortunam tulere. Nemo quippe in acie ſaluti pepercit, nulla

amifum

amifum coniugem fleuit: filiorum mortem ſenes laudabant,  
patribus in acie caſis filij gratulabantur: ſuam uicem omnes  
dolebant, quod non ipſi pro patriæ libertate \* decidiffent. \* ſecidiffent.  
Parentes omnes domibus ſocios excipiebant, uulneratos cu-  
rabant, \* lapsos reficiebant. Inter haec nullus in urbe ſtrepi: \* Videtur le-  
tus, nulla trepidatio: magis omnes publicam, quam priuatam gendū luxos,  
fortunam lugebant. Inter haec Cleomenes rex poſt multas aut luxatos.  
hostium cedes, toto corpore, ſuo pariter et hostium cruore  
madens, ſuperuenit: Ingressusq; urbem, non humi conſedit,  
non cibum aut potum popofcit, non denique armorum onus  
depoſit: ſed accliuis parieti, cum quatuor milia ſola ex pu-  
gna ſuperfuſſe conſpexiſſet, hortatur, ut ſe ad meliora rei=   
publice tempora reſeruarent. Tu[m] cum coniuge et liberis  
Aegyptum ad Ptolemaeum proficiſciunt: à quo honorifice ſu=   
ceptus, diu in ſumma dignitate regis uixit. Poſtremo poſt  
Ptolemei mortem, a filio eius cum omni familia interficitur.  
Antigonus autem, caſis occiſione Spartanis fortunam tantæ  
urbis uiferatus, à direptione milites prohibuit, ueniāmq; hiſ  
qui ſuperuerant dedit, prefatus bellum ſe cum Cleomene,  
non cum Spartanis habuiffe: cuius fuga omnis ira eius finita  
ſit, nec minori ſibi glorie fore, ſi ab eo ſeruata Lacedæmonia  
ſit, quam ſi capta \* proderetur. Parcere igitur ſe ſolo urbis \* perderetur  
ac teſtis, quoniam homines quibus parceret, non ſuperfuſſent. Nec multo poſt ipſe decedit, regnumq; Philippo annos  
xiiii. nato tradidit.

EISDEM ferme temporibus prop̄ uniuersi orbis  
imperia, noua regum ſucessione mutata ſunt. Nam in

Maced

Macedonia Philippus mortuo Antigono tutore, eodemque uitrico, quatuordecim annorum regnum suscepit, et in Asia interfecit Seleuco, impubes adhuc rex Antiochus constitutus est. Cappadociae regnum quoque Ariarathii puero admodum pater ipse tradiderat: Aegyptum patre ac matre interfectis, occupauerat Ptolemaeus, cui ex facinoris crimine Philopater ne, cognomentum Philopater, ex contrario fuit. Sed Sparter ironiam tanti in locum Cleomenis sufficerunt Lycurgum. Et ne qua temporibus mutatio deesset, apud Carthaginem etate adhuc immatura dux Annibal constituitur, non penuria seniorum, sed odio Romanorum, quo imbutum cum a pueritia sciebant: Fatale non tam Romanis, quam ipsi Africa malum. His regibus pueris, licet nulli Senioris etatis rectores erant, tamen in suorum quibusq; maiorum vestigia intactis magna indoles virtutis emicuit. Solus Ptolemaeus celestus sicut in occupando regno, ita et segnis in administrando fuit. Philippum Dardani, ceterique finitimi populi, quibus uelut immortale odium cum Macedonum regibus erat, contemptu etatis assidue lacebabant: Contraria illae summotis hostibus, non contentus sua defendisse, etiam Aetolis bellum inferre gestiebat. Quae agitantem illum Demetrius trius rex Illyriorum, nuper a Paulo Rom. consule uictus, supplicibus precibus aggreditur, iniuriam Romanorum querens, qui non contenti Italiae terminis, imperium sive improba totius orbis amplexii, bellum cum omnibus regibus serant: sic illos Siciliae, sic Sardiniae, Hispaniae que, sic phauit. Fulmine illam, trucis et cruentis bellis: uidere tonantem ac fulminantem ab Occasu procellam, quam in quascunq; terra=rum partes uictoria tempestas detulerit, magno cruoris imbre omnia fedaturam. Frequenter Graecia ingenteis motus passam, nunc Periarum, nunc Gallorum, nunc Macedonum bellis: sed omnia illa ludum fuisse existimaturos, si ea que nunc in Italia concurrat manus, extra terram illam se effuderit.

Leuinus con-  
ful de his o-  
mnibus triu-  
rus.

Poenis et Annibale suscepisse: sibi quoque non aliam ob causam, quam quod Italie finitimus uidebatur, bellum ilatum: quasi nefas esset, aliquem regem iuxta imperium eorum terminos esse: sed et ipsi cauendum esse exemplum, cuius quanto

quanto proprius nobiliusque sit regnum, tanto sit Romanos acriores hostes habiturus. Super hoc cedere se illi regno, quod Romani occupauerint, profitetur, gratius habiturus, si in possessionem imperij sui socium potius, quam hostem uideret. Huiusmodi oratione impulii Philippum, ut omisis Aetolis, bellum Romanis inferret, minus negotij existimatorem, quod iam uictos ab Annibale apud Trasimenum lacum audierat. Itaq; ne multis bellis eodem tempore grauaretur, pacem cum Aetolis fecit, non quasi alio bellum translatius, sed ut Graeciae quieti consulturus, quam nunquam in maiori periculo fuisse affirmabat. Siquidem consurgentibus ab Occidente nouis Poenorum et Romanorum imperiis, quibus una haec a Graecia et Asia fit mora, dum inter se bello discrimen imperij faciunt, ceterum statim uictoribus trahitum in Orientem fore. Videre se itaq; ait consurgentem in Italia fulmen Annibalis fuit. Tertium id fulmen Annibal fuit. Tertium id fulmen Annibal fuit. Flor.

Cernere se quam cruenta et sanguinaria inter se bella utriusque populi et uiribus copiarum, et ducum artibus gerant: quarabies solo finiri partis alterius interitu, sine ruina finitimarum non posset. Feros igitur animos uictorum minus quidem Macedonia, quam Graeciae timendos, quia et remotior, et in uindictam sui robustior sit: scire tamen se eos quietantis uiribus concurrant, non contentos hoc fine uictoriae fore: metuendumq; sibi quoq; certamen eorum, qui superiores extiterint. Hoc pretextu finito cum Aetolis bello, nihil aliud

quam Pœnorum Romanorumq; bella respiciens, singulorum uires perpendebat. Sed nec Romani, quibus Poeni & Armabal in cœrui cibis erant, soluti metu Macedonico uidebantur: nam terrebat eos & uetus Macedonum uirtus, & deuicti Orientis gloria, ex Philippus studio Alexandri æmulationis incensus, quem promptum ad bella, industriumq; cognoue-  
Apud Tre-  
rant. Igitur Philippus cum iterato prælio uictos à Poenis Ro-  
biam Conf-  
manos didicisset, aperte hostem se his professus, naues qui-  
Sempronio.  
bus in Italiam exercitum traiceret fabricare coepit. Lega-  
tum deinde ad Annibalem iungendæ societatis gratia cum  
\* perductus, epistolis mittit: qui comprehensus, & ad Senatum\* produ-  
ctus, in columnis dimissus est, non in honorem regis, sed ne du-  
bius adhuc, indubitate hostis redderetur. Postea uero cum  
Romanis nuntiatum esset, in Italiam Philippum copias tra-  
\* Valerium iecturum, \* Leuum Prætorem cum instructis nauibus ad  
prohibendum transitum mittunt. Qui cum in Greciam ue-  
nisset, promissis multis impulit Aetolos bellum aduersus Philippum suscipere. Philippus quoq; Aetolos in Romano-  
rum bella solicitat. Interea & Dardani Macedoniae fines ua-  
stare coeperunt: abduciq; x. millibus captiuorum, Philip-  
pum à Romano bello ad tuendum regnum reuocauerunt.

Rege Per-  
ganorū. Flo-  
societate, Greciam populatur. Quibus cladibus percuse ci-  
uitates, auxilium petentes, Philippum legationibus fatigant,  
necon & Illyriorum reges lateri eius herentes, aſſiduis  
precibus promissa exigebant. Super hæc uastati Macedo-  
nes, uitionem flagitabant. Quibus tot tantisque obſeffus rea-  
bus, cui rei primò occurreret, ambigebat: omnibus tamen  
propediem auxilia se missurum pollicetur, non quia facere  
posset, que promittebat, sed ut ſpe impletos, in societatis  
iure retineret. Prima tamen illi expeditio aduersus Darda-

nos fuit: qui absentiam eius aucupantes, maiore belli mole= Macedonie imminebant. Cum Romanis quoq; pacem facit, contentus interim bellum Macedonicum distulisse: Philopœ- meni Achæorū duci, quem Romanos, sociorūq; animos fo- licitare didicerat, infidias prætendit. Quibus ille cognitis, uitatisq; discedere ab eo Achæos autoritate sua coegerit.

## IVSTINI LI- BER XXX.

**P**HILIPPO in Macedonia magnis rebus intento, Pto-  
lemai in Aegypto diuersi mores erant. Nam regno  
parricidio obtento, & ad necem utriusq; parentis, cæde etiā  
fratris adiuncta, ueluti rebus feliciter gestis, luxuria & ſeſe tra-  
diderat, regisq; mores omnis sequuta regio erat. Itaque non  
amici tantum, præfictique, uerum etiam omnis exercitus  
depositis militia ſtudiis, otio ac desidia corrupti marcebant.  
Quibus rebus cognitis, Antiochus rex Syrie, ueteri interfe-  
regnorum odio stimulante, repentina bello multas urbes  
eius opprefcit, ipsamque Aegyptum aggreditur. Trepidat  
igitur Ptolemaeus, & per legationes quoq; uires paret,  
rogat morari Antiochum. Magno deinde in Grecia exerci-  
tu conducto, secundum prælium facit: ſpoliasq; re-  
gno Antiochum, ſi fortunam uirtute iuuifet. Contentus  
recuperatione urbium, quas amiserat, factaque pace, auide  
materiam quietis arripuit: reuolutusq; in luxuriam, occifa  
Eurydice uxore, eademq; ſorore ſua, Agathocle meretria-  
cis illecebris capitur. Atque ita omni magnitudine nominis,  
ac maiestatis oblitus, noctes in ſlupris, dies in conuiuiis con-  
ſumit. Adduntur INSTRUMENTA LVXVRIA, TYMPANA ET TRIPVDIA: nec iam pœnitator  
rex, ſed magister nequitiae, neruorum oblectamenta mo-  
dulatur

dulatur. Hec primò latentis regie tacita pestis, et occulta mala sucre. Deinde crescente licentia, iam nec parietibus regis domus contineri meretricis audacia potest: quam proterviorem, sociata cum Agathocle fratre ambitione pulchritudinis scotto, quotidiana regis stupra faciebat. Accedebat et mater Euanthe, quae geminae sobolis illecebribus decimatum regem tenebat. Itaque non contenta regi, iam etiam regum possident, iam in publico uisuntur, iam salutantur, iam comitantur, Agathocles regis lateri iunctus, ciuitatem regebat: tribunatus prefecturas, et ducatus mulieres ordinabant: nec quisquam in regno suo minu, quam ipse rex poterat, cum interim relicto quinquenni ex Eurydice forore filio, moritur: sed mors eius, dum pecuniam regiam mulieres rapiunt, et imperium inita cum perditissimis societate occupare conantur, diu occultata fuit: Re tamen cognita, concursu multitudinis Agathocles occiditur, et mulieres in ultionem Eurydices patibulis suffiguntur. Morte regis, supplicio meretricum uelut expiata regni infamia, legatos Alexandrini ad Romanos misserunt, orantes, ut tutelam pupilli susciperent, tuerenturque regnum Aegypti, quod iam Philippum et Antiochum, facta inter se pactione, diuissime dicebant. Grata legatio Romanis fuit, causam belli querentibus aduersus Philippum, qui insidiatus eis temporibus Punici belli fuerat. Huc accedebat, quod Poenis et Annibale superato, nullius magis arma metuebant, reputantibus quantum motum Pyrrhus parua manu Macedonum in Italia fecisset, quantasque res Macedones in Oriente gesissent. Mittuntur igitur legati, qui Antiocho et Philippo, ut a regno Aegypti absidente, nuntient. Mittitur et M. Lepidus in Aegyptum, qui tutorio nomine regnum pupilli administraret. Dum hec aguntur

aguntur, interim legati Attali regis Pergami, et Rhodiorum iniurias Philippi regis querentes, Romanum uenerunt: Quae res omnem cunctationem Macedonici belli senatu exemit. Statim praetextu ferendi auxilij sociis, bellum aduersus Philippum decernitur, legionesque cum consule in Macedoniam mittuntur. Nec multo post tempore, tota Grecia fiducia Romanorum aduersus Philippum, spe pristine libertatis erecta, bellum ei intulit: atque ita cum rex undique urgeretur, pacem petere compellitur. Deinde cum expositae conditiones pacis a Romanis essent, repetere sua Attalus, et Rhodij, et Achaei, et Aetoli coepere. Contrà Philippus adduci se posse, ut Romanis parat, concedebat. Ceterum indignum esse, Graecos a Philippo et Alexandro maioribus suis uictos, et sub iugum Macedonici imperij subactos, uelut uictores leges pacis sibi dicere, quibus prius sit ratio seruitutis reddenda, quam libertas uendicanda. Ad postremum tamen eo petente, inducia duorum mensium sunt date, ut pax quae in Macedonia non conueniebat, Rome a Senatu peteretur. Eodem anno inter insulas Theramenem et Therastam medio utriusque ripe et maris spatio, terremotus fuit. In quo cum admiratione nauigantium, repente ex profundo cum calidis aquis insula emersit. In Asia uero eodem die motus terrae Rhodium multasque alias ciuitates graui ruinarum mole concusit: quasdam solidas absorbut. Quo prodigio territis omnibus, uates cecinere, Orichis Romanorum imperium, uetus Graecorum ac Macedonum uoraturum. Interim Alii legunt a Senatu repudiata pace, Philippus in societatem belli Nabonidum tyrannum sollicitat. Atque ita cum in aciem exercitum instructis e diverso hostibus produxisset, hortari suos coepit, refrendo Persas, Bactros, Indosque, et omnem tarach. Asiam

Afam Orientis finem à Macedonibus perdomitam, tantoque  
fortius hoc bellum quam illa sustinendum, quanto sit libe-  
tas imperio carior. Sed & Flaminius Romanorum consul,  
relatione rerum recentissime gestarum, suos stimulabat in  
predium, ostendendo hinc Carthaginem cum Sicilia, inde  
Italianam & Hispaniam Romana uirtute perdomitas: nec  
Annibalem Alexandro Magno postponendum, quo  
Italia pulso, Africam ipsam tertiam partem mundi supera-  
uerint. Sed nec Macedonias ueteri fama, sed praesentibus  
\* estimādos: uiribus \* existimandos: quia non cum Alexandre Magno  
quem inuictum audierant, nec cum exercitu eius, qui totum  
Orientem deuicerat, bellum gerant: sed cum Philippo puero  
immature etatis, qui regni terminos aduersus finitimos  
\* alij, ita ut aegrè defendant: & cum his Macedonibus, qui non \*ita pri-  
pide fuerūt dem præde Dardanis fuerunt. Illos maiorum decora, Ro-  
manos se suorūmque militum commemorare. Non enim alio  
exercitu Annibalem & Poenos, & totum ferme Occidentē,  
sed his ipsis, quos in acie habebat militibus, subactos. His  
adhortationibus uirinque concitati milites, prælio concur-  
runt, alteri Orientis, alteri Occidentis imperio gloriantes,  
ferentesq; in bellum alij maiorum suorum antiquam & ob-  
foletam gloriam, alij uirentem recentibus experimentis vir-

\* Græciae tutis florem. Sed Macedonias Romana fortuna uicit. Fractus  
Aetolorum itaque bello Philippus, pace à Flaminio consule petita, nos-  
dux Thoas, men quidem regium retinuit: sed omnibus\* Thracie urbibus  
impulit An- uelut regni membris extra terminos antique possessionis  
tiochum. Flor. amissis, solam Macedoniam retinuit. Offensi tamen Aetoli,  
\* Ad Apollo quod non ex arbitrio eorum, Macedonia quoque adempta  
nā nocturno regi, & data sibi in præmium belli esset, legatos ad An-  
prælio. Flo- tiochum\* mittunt, qui eum adulacione magnitudinis, in Ro-  
rus. mana bella, spe societatis uniuersæ Græciae impellerent.

IVSTINI LI-  
BER XXX.

MORTVO Ptolemeo Philopatre rege Aegy-  
pti, contemptaque paruuli filij eius ætate, qui in  
spem etiam regni relictus, preda domesticis erat, Antio-  
chus rex Syria occupare Aegyptum statuit. Itaque Phœ-  
nicem, ceterasque Syriae quidem, sed iuris Aegypti ciuita-  
tes cum inuasisset, legatos ad eum senatus mittit, qui de-  
nuntiarent ei absinceret à regno pupilli, postremis patris  
precibus fidei sua traditi. Quibus spretis, interiecto tem-  
pore alia legatio superuenit, que omissa pupilli persona,  
ciuitates iure belli factas populi Romani in integrum re-  
stitui iubebat. Abnuenti, bellum denuntiatur: quod ille fa-  
cile suscepimus, infeliciter gesit. Eodem tempore & Na-  
bis tyrannus multas Græciae ciuitates occupauerat. Igitur  
senatus, ne eodem tempore duplice bello Romane uires  
detinerentur, scripsit Flaminio, si ei uideatur, sicut Ma-  
cedoniā à Philippo, ita Graciā à Nabide liberaret.  
Ob quam causam imperium ei prorogatum est. Terribile  
quippe Antiochi bellum Annibalis nomen faciebat, quem  
enuli eius occulti mandatis, cum Antiocho iniisse socie-  
tatem apud Romanos criminabantur: negantes eum aequo  
animo sub legibus uiuere assuetum, imperio, & immoder-  
ata licentia militare, semperque tedio quietis urbanæ no-  
uas belli causas circumspicere: que eis falsa nuntiata fuissent,  
apud timentes tamen pro ueris habebantur. Denique  
senatus metu percussus, ad speculandos astus Annibalis,  
legatum in Africam Seruilium mittit, eique tacitis manda-  
tis precipit, ut si posset, eum per enulos eius interfice-  
ret, metuq; inuisi nominis, tandem populum Romanum libe-  
raret.

raret. Sed res Annibalem non diu latuit, uirum ad prospiccienda cauendique pericula peritum: nec minus in secundis aduersa, quam in aduersis secunda cogitantem. Igitur cum tota die in oculis principum, legatique Romani in foro Carthaginensium obuersatus in supremum fuisse, appropinquante uespere, equum descendit, et rus urbanum, quod prope littus maris habebat, ignaris seruis, infissus que ad portam diuertentem opperiri, contendit. Habebat ibi naues cum remigibus occulto finu littoris absconditas. Erat etiam grandis pecunia in eo agro preparata, ut cum res exegisset, nec facultas fugam, nec inopia moraretur. Lecta igitur seruorum iuuentute, quorum copiam Italicorum captiuorum numerus augebat, nauem consecdit, cursuque ad Antiochum dirigit. Postera die ciuitatem principem suum, ac tum temporis consulem, in foro expectabat. Quem ut profectum nuntiatum est, non aliter quam si urbs capta esset, omnes trepidauere, exitiosaque sibi fuga eius ominati sunt. Legatus uero Romanus quasi bellum iam illatum Italie ab Annibale esset, tacitus Romanus reuertitur, trepidumque nuntium refert. Interim Flaminium in Graecia, iuncta cum quibusdam ciuitatis societate Nabidem tyrrannum duobus continuis preliis subegit: et grauiter fractum uelut exanguem in regno reliquit. Seu libertate Graecia restituta, reducis ab urbibus praesidiis cum Romanus exercitus in Italiam reportatus esset, multa ciuitates uacua rursus possessione sollicitatus, multis ciuitatibus repentina bello invasit. Quibus rebus exterriti Achei, uicinum malum etiam ad se serperet, bellum aduerit. Nabidem decernunt, ducentiq; prætorem suum Philopœnum, insignis industriae uirum, constituant: cuius in eo bello tanta uirtus emuluit, ut opinione omnium comparare

Flamini

Flaminio Romano imperatori. Eodem tempore Annibal cum ad Antiochum peruenisset, uelut deorum munus exceptus: tantisque eius aduentu ardor \* animis regis accessit, \* alij, animis ut non tam de bello, quam de premiis uictoriae cogitaret. accessit. Sed Annibal, cui nota Romana uirtus erat, negabat opprimi Romanos nisi in Italia posse. Ad hoc sibi centum naues, et decem millia peditum, et mille equites poscebat: promittens hac manu non minus bellum, quam gesserit, Italie restauraturum: et in Asiam regi sedenti, aut uictoriā de Romanis, aut aquas pacis conditiones relaturum: Quippe et Hispanis bello flagrantibus, ducem tantum deesse: et Italiam notiorem sibi nunc, quam pridem fuisse: sed nec Carthaginem quietoram, sociamque \* ei sine mora præbituram. \*sc Cū regi consilia placuissent, mittitur Carthaginem unus ex comitibus Annibalis, qui in bellum cupidos hortetur Annibalemque cum copiis affuturum nuntiet: nihil dicat partibus, nisi animos Carthaginensium deesse: Asiam et uires belli, et sumptum præbituram. Hec cum relata Carthaginem effent, nuntius ipse ab inimicis Annibalis comprehenditur: et perductus in senatum, cum interrogaretur, intelligit, q; ad quem missus esset, Punico ingenio respondit se ad uniuersum senatum missum: Nec enim hoc opus singulorum, ni erat. Plut. sed uniuersorum esse. Dum multis diebus deliberant, an eum in Annibal. Romam ad purgandam publicam conscientiam mittant, tacitus consensa naue ad Annibalem reuertitur: quo cognito, Carthaginenses statim Romanum legatum deferunt. Romani quoque ad Antiochum legatos misere, qui sub specie legationis, et regis apparatum speculerentur, et Annibalem aut Romanis mitigarent, aut assiduo colloquio suspectum iniuriumque regi facerent. Itaque legati cum Ephesō conuenissent ad Antiochum, mandata ei senatus tradunt.

Dum

Dum responsum expectant, omnibus diebus assidui cum Annibale fuerunt, dicentes, timide cum à patria receperisse, cum pacem Romani non tam cum republica, quācum co factam summa fide custodiant: nec bella eum Romanorum magis odio, quām patria amore gesisse, cui ab optimo quo que etiam spiritus ipse debeatur. Has enim publicas in populos, non priuatas inter duces bellandi causas esse, in dies gestas eius laudare, quorum sermone letus, sapientiusque cum legatis colloquitur, ignarus quod pro familiariitate Romana odium sibi apud Regem crearet. Quippe Antiochus tam aßiduo colloquio, reconciliatam cum Romanis gratiam existimans, nihil ad eum sicut solebat ferre, expertemq; totius consilij, ueluti hostem proditorum suum, odisse coepit. Quae res tantum apparatum belli, a fante imperatoria arte, corrupit. Senatus mandata fuerant contentus terminis Asiae esset, ne ipsis ingrediendi Asia necessitatem imponeret. Quibus spretis, non accipientia bellum statuisse, sed inferendum dicitur. Quum frequenter bello consilium habuisset, remoto Annibale, tandem evocari iussisse, non ut ex sententia eius aliquid agere, sed ne per omnia cum spretuisse uideretur: omnibusque permagatis, postremum interrogasse. Quo ille animaduerso, intelligere se professus est, non quia ageat consilio, sed ad superplendum numerum sententiarum se uocatum: tamen et a Romanorum, et amore regis, apud quem solum tutum si exilium relictum sūt, se uiam gerendi belli edisserturum. Viam deinde libertatis deprecatus est: nihil se aut consiliorum, aut cōceptorum probare ait: nec sedem belli Graecia sibi placere, cum Italia uberior materia sit: Quippe Romanos uinci non nisi armis suis posse: nec Italianam dilito, quām Italici uiribus subigi: Siquidem diuersum catenam

mortis

mortalibus esse illud et belli genus, et hominum. Aliis bellis plurimum momenti habere, priorem aliquam cepisse occasionem loci, temporisque, agros diripuisse, urbes alias expugnasse: cum Romano seu occupaueris prior alias, seu uiceris, tum etiam cum uicto et iacente luctandum est. Quamobrem si quis eos in Italia laceſſerit, suis eos opibus, suis uiribus, suis armis posse \*uincere, sicut ipſe se = \*uinci cōcerit. Sin uero quis illis Italia uelut fonte uirium cesserit: \*proinde falli, ac si quis annes non ab ipsis fontium pri mordiis deriuare, sed concretis iam aquarum molibus auertere uel exiccare uelit. Hoc et secreto se censuisse, ultróque ministerium consilij sui obtulisse: et nunc presentibus amicis ideo repetisse: ut scirent omnes rationem cum Romanis gerendi belli, eosque foris iniuitos, domi fragiles esse: Prius nanque eos urbe quam imperio, prius Italia quam prouincias exuī posse: Quippe et à Gallis captos, et à se prope deletos esse: neque se unquam uictum prius, quam terris eorum cesserit. Reuerso Carthaginem, statim cum loco fortunam belli mutatam. Huic sententia obtrectatores amicis regis erant: non utilitatē rei cogitantes, sed uerentes ne probato consilio eius, primum apud regem locum gratiae occuparet. At Antiocho non tam consilium, quām autor displacebat, ne gloria uictorie Annibalē, non sua esset. Omnia igitur uariis aſſentationum adulatio[n]ibus corrumpebantur: nihil consilio uel ratione agebatur. Rex ipse per byzem in luxuriam lapsus, nouis quotidie nuptiis deditus erat. Contrā Attilius Romanus consul, qui ad hoc bellum missus erat, copias, arma, ceteraque bello necessaria, summa industria parabat, ciuitates socias confirmabat, dubias illiciebat: nec aliis exitus belli, quām apparatus uiriſque partis fuit. Itaque prima belli congregacione, cum ceden-

o tes

res suos rex cerneret, non laborantibus auxilium tulit; sed fugientibus se ducem præbuit, castraque ditia uictoribus res liquit. Deinde cum in Asiam præda Romanis occupatis fugiendo peruenisset, pœnitere neglecti consilij coepit, reuocatique in amicitiam Annibale, omnia ex sententia eius age-

\* Menenium re uelle dicit. Interim nuntiatur ei Liuium\* Neuium Romanum ducem cum octoginta rostratis nauibus in bellum nauale, à senatu missum, aduentare: que res illi restituenda fortune spem dedit. Itaque priusquam socie ciuitates adversantes deficerent, decernere nauali prælio statuit, sperans dum in Grecia acceptam, noua posse uictoria aboleri. Annibali igitur tradita classe prælium committitur: sed in Asiani milites Romanis, neque naues eorum pares rostratis nauibus fuere: minor tamen clades ducis solertia fuit. Romanum nondum opinio uictorie uenerat, et idcirco Consilibus creandis suspensa ciuitas erat. Sed aduentu Annibalem ducem quis melior quam Africani frater eretur, cum uincere Poenos opus Scipionum sit? Creaturę

\* Lucius tur Consul\* Publius Scipio, eique datur legatus frater Africanius, ut intelligeret Antiochus, non maiorem fiduciam in Annibale uicto, quam Romanos in uictore Scipione habere. Traictientibus in Asiam Scipionibus exercitus iam utrobius profligatum bellum nuntiatum est, uictum Antiachum terrestri, Annibalem nauali bello inuenientem.

Primo igitur aduentu eorum, legatos pacem petentes Aegrotabat eos Antiochus mittit, peculiare donum Africano seruitu pater E- ipsius filium, quem rex paruo nauigio traictientem caperat. Sed Africanus priuata beneficia à rebus publicis congregata dixit, aliisque esse patris officia, alia patrie ius que non liberis tantum, uerum etiam uite ipsi preparatur: proinde gratum se munus accipere, priuatique im-

lio munificentie regis responsurum. Quod ad bellum pa- cemque pertineat, nihil neque gratiae dari, neque de iure pa- triæ \* decidi posse, respondit. Nam neque de redimento si \* decedē

lio unquam tractauit, nec senatum de eo agere permisit: sed ut dignum maiestate eius erat, armis se recepturum fa- lium dixerat. Post hæc leges pacis dicuntur, ut Asia Ro- Sunt & alia manis cederet, contentus Syria regno esset, naues uniuera- conditions apud Plutar- fias, captiios, et trans fugas traderet, sumptumque omnem nō paulò du belli Romanis restitueret. Que cum nuntiata Antiocho riores.

essent, nondum ita uictum se esse respondent, ut spoliari se regno pateretur, bellique ea irritamenta, non pacis bla- dimenta esse. Igitur dum ab utroque bellum pararetur, et ingressi Asiam Romani Ilion uenissent, mutua gratulatio Iliensium ac Romanorum fuit: Iliensisbus Aeneam, ceterosq; duces à se profectos, Romanis se ab his procreatos referenti- bus. Tantaque letitia omnium fuit, quanta esse post longum tempus inter parentes et liberos solet. Iuuabat Ilienses, ne- potes suos, Occidente et Africa domita. Asiam ut uitium re- gnum uendicare, optabilem Troie ruinam fuisse dicentes, ut tam feliciter renasceretur: Contrà Romanos, auitos lares, et incunabula maiorum, templaque ac deorum simulacra, in- expleibile desiderium uidendi tenebat. Profectis ab Ilio Romanis, Eu menes rex cum auxiliis Romanis occurrit: nec multo post prælium est cum Antiocho commissum. Cum in dexteriore cornu pulsâ legio Romana, maiore dedecore, quam periculo ad castra fugeret, M. Aemilius Tribunus militum ad tutelam castrorum relictus, armare \* alij, trigesima se milites suos, et extra uallum progrederetur, strictisque millibus reli- gladiis fugientibus minari, morituros dicens, nisi in pre- ciliis reuertantur, infestioraq; sua, quam hostium castra in- venturos. Attonita tanto periculo legio, comitantibus com-

militonibus, qui fugere eos prohibuerant, in praelium reuertitur, magnaque aditam, initium uitioriae fuit. Cesa hostium quinquaginta millia, capta XI. millia. Antiocho pacem pertenti, nihil ad superiores conditiones additum, Africano predicatae, NE QVE ROMANIS, SI VINCANTVR, ANIMOS MINVI: NE QVE SI VINCANT, SECUNDIS REBUS IN SOLESCERE. Capta igitur ciuitates inter socios diuisere, muneris Romani apud \*gloriam rem \*Asiam, quam possessiones \*uoluntarias iudicantes. \*Videtur le- Quippe uitioriae gloriam Romano nomini uendicandum, gendum, vio- opum luxuriam sociis relinquendam lentas, aut voluptarias.

## IVSTINI LIBER XXXII.

**A**ETOLI qui Antiochum in bella Romana impulerant, uicto eodem, soli aduersus Romanos et uiribus impares, et omni auxilio destituti, remanerant. Nec multo post uicti, libertatem, quam illibatam aduersa dominationem Atheniensium et Spartanorum, inter tol. Grecie ciuitates soli retinuerant, amiserunt. Quae conditio tanto illis amarior, quanto senior fuit, reputantibus tempora illa, quibus tantis Persarum opibus, domesticis uiribus restiterant: quibus Gallorum uiolentiam, Asia, illa lice que terribilem Delphico bello fregerant. Quae soliloquio recordatio maius desiderium libertatis augebat. De hac aguntur, medio tempore inter Messenios et Achaeis de principatu prime contentio, mox bellum ortum est. In eo nobilis Acheorum Philopoemenes imperator caput non quia pugnando uite parceret, sed dum suos in praelium renocat, in transitu fossa equo precipitatus, a multitudine

tudine hostium oppressus est. Quem iacentem Messenij seu metu uirtutis, uel uercundia dignitatis, interficere ausi non fuerunt. Itaque uelut in illo omne bellum confiscent, captiuum per uniuersam ciuitatem, in modum triumphi circumduxerunt, effuso obuiam populo, ac si uisus, non hostium imperator aduentaret: nec uictorem Achaei audius uidissent, quam uictum hostes uiderunt. Igitur eundem in theatrum duci iusserunt, ut omnes contuerentur; quem potuisse capi incredibile singulis uidebatur. Deinde in carcere deducto, uercundia magnitudinis eius, uenenum ei dederunt: quod ille latu ac si uicisset accepit, questio prius an \*Licitias prefectus Acheorum, quem secundum a se esse \*Lycortas scientia rei militaris sciebat, incolumis effugisset. Quem legit Plut. ut accepit euafisse, non in totum dicens consultum male Acheis, expirauit. Nec multo post, reparato bello, Messenij umcuntur, poenisque interficti Philopoemenis pependerunt. Inter ea in Syria rex Antiochus cum graui tributo fuerant occisi. Romanis premeretur, et uictus oneratusque esset, dendit Philopoemenis pecunie compulsus, seu auaritia solicitatus, qua pœmenis, sperabat se sub specie tributarie necessitatis excusatus ipse sibi vltro mortem sacrilegia commissurum, adhibito exercitu, nocte templum consciuere. \*Dindymei Louis aggreditur. Qua re prodita, concursu Plutarch. incolarum, cum omni militia interficitur. Roma cum mul= \*Dodonai te Grecie ciuitates questum de iniuriis Philippi regis Macedonum uenissent, et disceptatio in senatu inter Demetrium Philippi filium, quem pater ad satisfaciendum senatui miserat, et legatos ciuitatum esset: turba querelarum confusus adolescentis, repente obticuit. Tunc Senatus uercundia eius motus, qua priuatim etiam antea, cum obses Roma esset, carus omnibus fuerat, causam illi do- navit: atque ita modestia sua Demetrius ueniam patri, non

iure defensionis , sed patrocinio pudoris obtinuit , quod ipsi decreto senatus significatum est , ut appareret non tam absolutum Regem , quam donatum filio patrem . Quares Demetrio non gratiam legationis , sed odium oblationis comparauit . Nam apud fratrem Perseum emulatio illi inuidiam contraxit , et apud patrem nota abolutionis causa , offensa fuit , indignante Philippo , plus menti apud senatum personam filij , quam autoritatem patris , ac dignitatem regie maiestatis habuisse . Igitur Perseus perspecta patris aegritudine , quotidie absentem Demetrium apud eum criminari , et primò inuisum , potestiam suspectum reddere , nunc amicitiam Romanorum nunc proditionem ei patris obiectare . Ad postremum insidias sibi ab eo paratas consingit , ad cuius rei probationem immittit indices , testes subornat , et faciat \* admittit , quod obiicit , \* confirmat . Quibus rebus patre compenso ad parricidium , fursum omnem regiam facit . Op Demetrio , sublatoque amulo non negligentior tam Perseus in patrem , uerum etiam et contumacior erat heredem regni , sed regem se gerebat . His rebus offensum Philippus , impatientius in dies mortem Demetrij dolabat , tunc et insidiis se circumuentum suspicari , tota indicisque torquere : Atque ita cognita fraude , non maiuscere Persei , quam innoxia Demetrij morte cruciatur : peregrissetq; ultiōnem , nisi morte preuentus esset . Ne breui post tempore morbo ex aegritudine animi contrahecesis ; relicto magno belli apparatu aduersus Romanos , quo postea Perseus usus est . Nam et Gallos Scotos ad belli societatem perpulerat : fecissetq; Romanisque bellum , nisi decessisset . Nanque Galli bello aduersus Daphos infeliciter gesto , in quo maiorem uitum numinis , qui

bosim

hostium senserant , amissō Brenno duce , pars in Asiam , pars in Thraciam extorres fugerant . Inde per eadem uestigia quā uenerant , antiquam patriam repeitiuere . Ex his pars quedam in confluente Danubij et Sai confedit , Scora discoisque se appellari uoluit . Tectosagi autem cum in antia quam patriam Tolosam uenissent , comprehensique pestifera lue essent , non prius sanitatem recuperauere , quam aruspicum responsis moniti , aurum argentiūque bello sacrilegiisque queſitum , in Tolosensem lacum mergerent : Quod omne magno post tempore Cæpio Romanus consul abstulit . Fuere auri pondo centum decem millia , argenti pondo quinques decies centum millia . Quod sacrilegium causa excidi⁹ \* Cepioni , exercituique eius postea fuit . Romanos quoque Cymbrici belli tumultus , uelut ultor sacre pecunie , inseguitus est . Ex gente Tectosagorum non mediocris populus preda dulcedine Illyricum repetiuit , spoliatisque Istris , in Pannonia confedit . Istriorum gentem fama est originem à Colchis ducere , missis ab Aeeta rege ad Argonautas , raptoriēisque filie persequendos : qui ut à Ponto intrauerunt Istrum , alueo Sai fluminis penitus inuesti , uestigia Argonautarum inseguentes , naues suas humeris per iuga montium usque ad littus Adriatici maris translulerunt . Cognito quod Argonautae idem propter longitudinem nauis priores fecissent , quos ut adiectos Colchi non reperint , siue metu regis , siue tedio longe navigationis , iuxta Aquileiam confedere . Istrique ex uocabulo aminis , quod à mari conesserant , appellati . Daci quoque soboles Getarum sunt , qui cum Olore rege aduersus Baſarnas male pugnassent , ob ultiōnem segnitiae capturi somnum , capita loco pedum ponere iussi regis cogebantur , ministeriisque uxoribus , que ipsis antea

\*Seruillio.

decernunt: qui cum ad exercitum uenisset, non magnam  
ram pugna fecit. Fridie quam conseritur bellum, luna no-  
ste defecit: triste id ostentum Perseo omnibus præfige-  
tibus, finemque Macedonici regni portendi uaticinantibus.  
In ea pugna M. Cato, Catonis oratoris filius, dum inter con-  
fertiissimos hostes insigniter dimicat, equo delapsus, pede  
stre prælium aggreditur. Nam cadentem manipulus hostium  
cum horrido clamore, uelut iacentem obtruncaturus en-  
cuncteterat: at ille citius corpore collecto, magnas stragi  
edidit. Quum ad unum opprimendum undecunque hostes  
conuolarent, dum procerum quendam petit, gladius ei em-  
tu clapsus, in medianum cohortem hostium decidit: ad qua  
recuperandum umbone se protegens, inspectante utroque  
exercitu, inter mucrones se hostium immersit, recollectus  
gladio, multis vulneribus exceptis, ad socios cum clamor  
omnium reuertitur. Huus audaciam cæteri imitati, milia  
Asylo se tu- riam pepercere. Perseus rex fuga cum decem millibus tale-  
tans.

Euseb. xL. Samothraciam desertur: quem Cneus Octavius ad pri-  
mum sequendum missus à consule, cum duobus filiis, Alexander  
et Philippo, cepit, captiuumque ad consulem duxit. Mace-  
donia à Carano, qui primus in ea regnauit, usque ad Perseus  
triginta reges habuit. Quorum sub regno fuit quidem  
nisi non ingenti et uiginti tribus: sed rerum non nisi centum  
non aginta duobus annis potita. Ita cum in ditionem Romæ  
norum cœsisset, magistratibus per singulas ciuitates con-  
stituitis, libera facta est: legesque, quibus adhuc uititur, à Per-  
so accepit. Aetolorum uniuersarum urbium senatus, cum  
coniugibus et liberis, qui dubia fide fuerant, Romanum missum  
ibique ne in patria aliquid nouaret, diu detentus: egregiu-  
per multos annos legationibus ciuitatum senatu fatigato,  
patriam quisque suam remissus est.

IVSTINI LI-  
BER XXXIIII.

**P**oenis ac Macedonibus subactis, Aetolorumque  
uiribus principum captiuitate debilitatis, soli adhuc  
ex Græcia uniuersa Achæi nimis potentes tunc temporis  
Romanis uidebantur, non propter singularum ciuitatum  
nimias opes, sed propter conspirationem uniuersarum. Nan-  
que Achæi licet per ciuitates ueluti per membra diuisi sunt,  
unum tamen corpus et unum imperium habent, singula-  
rumque urbium pericula mutuis \* periculis propulsant. \* uiribus  
Querentibus igitur Romanis causas belli, tempestivè for-  
tuna querelas Spartanorum obtulit, quorum agros Achæi  
propter mutuum odium populabantur. Spartanis à senatu  
responsum est, legatos se ad inspiciendas res sociorum, et  
ad iniuriam demandandam in Græciam missuros: sed legatis oc-  
culite mandata data sunt, ut corpus Achæorum dissoluerent,  
singulisque urbes proprij iuris facerent, quo facilius ad ob-  
sequia cogerentur: et si que urbes contumaces essent, fran-  
gerentur. Igitur legati omnium ciuitatum principibus euox-  
atis Corinthum, decretum senatus recitant: quod consi-  
lij habeant, aperiunt. Expedire omnibus dicunt, ut singula-  
re ciuitates leges suas et iura sua habeant. Quod ubi o-  
mnibus innotuit, uelut in furorem uersi, uniuersum peres-  
critum populum trucidant: legatos quoque ipsos Romanos  
rum uiolassent, nisi auditio tumultu, trepidi fugissent. Hec legatos Rō.  
ubi Rome nuntiata sunt, statim senatus Mummio consuli  
bellum Achæicum decernit: qui exemplò exercitu depor-  
tato, et omnibus strenue prouisis, pugnandi copiam hostia-  
bus fecit. Sed Achæi, uelut nihil negotij Romano bello sua  
scipissent, ita apud eos neglecta omnia et soluta fuere.

Critolaus  
dubium an  
& manu, ora

tione cerre

violauit Flo.

Itaque prædam, non prælium cogitantes, et uehicula ad spolia hostium reportanda duxerunt: et coniuges liberosque Sub Isthmi suos ad spectacula certamina in montibus posuerunt. Sed fauibus pre prælio commisso, ante oculos suorum casi, lugubre his spes sum erat.

Casulum sui, et grauem luctus memoriam reliquerunt.

Coniuges quoque et liberi eorum de spectatoribus captivi

\*hosti facti, præda \*hostium fuere: Vrbs ipsa Corinthus diruitur, populus omnis sub corona ueniditur, ut hoc exemplo ceteris ciuitatibus metus in ouarum rerum imponeretur. Dum hec aguntur, rex Syriae Antiochus Ptolemeo maiori sororis sue filio, regi Aegypti, bellum infert, segni admodum, et quotidiana luxuria ita marcido, ut non solum regia maiestatis officia intermitteret, uerum etiam sensu homi-

\*segnitia nis nimia \* sagina careret. Pulsus igitur regno, ad fratrem Alexandriā minorem Ptolemeum Alexandriam confugit, participatur obsidebat tōq; cum eo regno, Romam legatos ad senatum mittunt: au- Antiochus. Cicer. in 8. xilia petunt, fidem societatis implorant. Mouère senatum preces fratrū. Mittitur igitur legatus P. Popilius ad An-

tiocbum, qui abstinere eum Aegypto, aut si iam inceſſet, excedere iuberet. Cum in Aegypto eum inuenisset, oscula lūmque ei rex obtulisset (nam coluerat inter ceteros P. Popilium Antiochus, cum Romæ obſes effet) tunc Popilius facere interim priuatam amicitiam iubet, cum mandata patrie intercedant, prolatoque Senatus decreto, et tradito, cum cunctari regem uideret, consultationemque ad amicos referre: ibi Popilius uirga, quam in manu gerebat, ampio circulo inclusum, ut amicos caperet, consulere iubet: nec prius inde exire, quam responsum senati daret, aut pacem, aut bellum cum Romanis habiturum. Adeoque haec asperitas animum regis fregit, ut patiturum se Senati respon- deret. Reuersus in regnum Antiochus, decedit relatio para-

uulo admodum filio: cui cum tutores dati à populo effent, patruus eius Demetrius, qui obſes Romæ erat, cognita morte Antiochi fratri, Senatum adiit, obſidemque se uiuo fratre uenisse: quo mortuo cuius obſes sit, se ignorare. Dimitti igitur se ad regnum petendum aequum esse, quod scuti iure gentium maiori fratri cesserit, ita nunc sibi, qui pupillum aetate antecedat, deberi. Cum se non dimitti ani- maduerteret, à senatu tacito iudicio tutius apud pupillum, quam apud eum regnum futurum arbitrante, specie uenan- di ab urbe profectus, Hostia, tacitus, cum fuge comitibus nauem concēdit. Delatus in Syriam secundo fauore om- nium excipitur regnumq; ei, occiso pupillo, à tutoribus tra- ditur. Eodem tempore ferme Prusias rex Bithynie, consiliū capit interficiendi Nicomedis filij, dum consulere studet mi- noribus filiis, quos ex nouerca eius suscepserat, et Rome ha- bebat. Sed res adolescenti ab his, qui facinus suscepserat, pro- ditur: hortatiq; sunt, ut crudelitate patris prouocatus, occu- pet insidias, et in autorem retorqueat scelus, nec difficultas persuasio fuit. Igitur cum accitus in patris regnum uenisset, statim rex appellatur. Prusias regno spoliatus a filio, priua- tusq; redditur, et à seruis deseritur: cum in latebris ageret, non minori scelere, quam filium occidi iusserat, à filio in- terficitur,

Hostiam Ty  
berinam in-  
telligit.

## IVSTINI LI-

DEMETRIVS occupato Syrie regno, nouis- tatis sue odium periculorum ratus, ampliare fines regni statuit; etiam opes augere finitimarum bellis. Itaque Ariarathi regi Cappadocie propter fastidias sororis nu- ptias

pilas infestus, fratrem eius Holofernem, per iniuriam regno pulsū, supplicem recepit: datumque sibi honestum bellī iatulum gratulatus, cum restituere in regnum statuit. Sed Holofernes ingrato animo imita cum Antiochenisibus pactione, offensus tunc à Demetrio, pellere ipsum regno, à quo restituebatur, consilium accepit. Quo cognito, Demetrius quidem uitæ eius, ne Ariarathes metu fraterni belli liberatur, pepercit: ipsum autem comprehensum, vincitum Seleuciæ custodiri iubet. Nec Antiochenes indicio territi, à defectione desisterunt. Itaque adiuuantibus et Ptolemeo rege Aegypti, et Attalo rege Asia, et Ariarathe rege Capadociae, bello à Demetrio lacebitis, subornant Prompalum quendam fortis extremæ iuuenem, qui Syrie uelut paternum regnum armis repeteret: et ne quid contumelia defaset, nomen ei Alexandri inditur, genitusq; ab Antiocho rege dicitur. Tantum odium Demetrij apud omnes erat, ut amulo eius non vires regie tantum, uerum etiam generis nobilitas consensu omnium tribueretur. Igitur Alexander admirabili uarietate rerum, pristinarum fordium oblitus, totius ferme Orientis uiribus succinctus, bellum Demetrio interficit, uictumque uita pariter ac regno spoliat: quamquam Demetrio nec animus in proculando bello desist. Nam et primo prelio hostem fugavit, et regibus bellum restituentibus, multa millia cecidit in acie. Ad postremum tamen inuicto animo inter consertissimos hostes fortissime, dimicans, cecidit. Initio belli Demetrius duos filios apud hospitem suum Gnidium, cum magno auri pondere demandauerat, ut à belli periculis eximerentur: et si ita fuisse tulisset, ultiōne paternæ scrarentur. Ex his maior Demetrius annos pubertatis egressus, audita Alexandri luxuria, quem in imperio opes, et diene felicitatis ornamenti,

uelut captiuum inter scortorum greges desidem in regia tenebant, auxiliantibus Cretensibus securum, ac nihil hostile metuentem, aggreditur. Antiochenes quoque ueterem patris offendam nouis meritis correcturi, se ei tradunt: sed et milites paterni fauore iuuenis accensi, prioris sacramenti religionem noui regis superbiae preferentes, signa ad Demetrium transferunt: atque ita Alexander non minori impetu fortuna desertus, quam elatus, primo prelio uictus interficitur: dedique poenas et Demetrio, quem occiderat, et Antiocho, cuius mentitus originem fuerat.

## IVSTINI LI-

**R**ECUPERATO paterno regno, Demetrius et ipse rerum successu corruptus uittis adolescentia in segnitiam labitur: tantumque contemptum apud omnes inertie, quantum odium ex superbia pater habuerat, contraxit. Itaque cum ab imperio eius passim ciuitates deficerent, ad abolendam segnitie maculam, bellum Parthis inferre statuit: cuius aduentum non inuiti Orientis populi uidere, et propter Arsacide regis Parthorum crudelitatem, et quod ueteri Macedonum imperio, noui populi affueti, superbiam indignè cerebant. Itaque cum et Persarum, et Elimeorum, Bactrianorumque auxiliis iuuaretur, multis preliis Parthos fudit. Ad postremum tamen pacis simulacione deceptus, capitul, traductisque per ora ciuitatum, populus qui descuerant, in ludibrium faoris ostenditur. Missus demde in Hyrcaniam, benignè et iuxta cultum pristine forture habetur. Dum hæc aguntur, interim in Syria Tripho, qui se tutorum Antiocho Demetrij priuigno substitui a populo laborauerat, occiso pupillo regnum Syria inuidit.

Quo

Iudæorum gris bellis infestauerint. Fuit nanque Iudeis origo Damascena, que Syrie nobilissima ciuitas est: unde et Syrii a regibus genus ex regina Semiramide fuit. Nomen urbi a Damasco rege inditum: in cuius honore, Syrii sepulcrum Athos uxor eius pro templo coluere, deamque exinde saeculissime religionis habent. Post Damascum Abraham, Moses, Israël, reges fuere. Sed Israëlem felix decem filiorum prouentus maioribus suis clariorem fecit. Itaque populum in decem regna diuissimum filii tradidit, omnisque ex nomine Iude, qui post diuisionem decesserat, Iudeos appellavit: consilique eius memoriam ab omnibus iussit. Eius portio omnibus accesserat, minimusque inter fratres aetate Joseph fuit: cui excellens ingenium ueriti fratres, clam interceptum per plus omnibus fratribus ueniderunt. A quibus deportatum fratribus diligetur a Iudeo Aegyptum, cum magicas ibi artes solerti ingenio perpare Israëli expisset, breui ipsi regi percarus fuit. Nam et prodigium sagacissimum erat: et somniorum primus intelligens

\* Pharoni tam condidit: nihilque diuini iuris humanique ei incognitum

Mido

videbatur: adeò, ut etiam sterilitatem agrorum ante multos annos prouiderit: per iussusque omnis Aegyptus fame, nisi monitu eius, rex editio seruari per multos annos fruges iussisset: tantaque experimenta eius fucrunt, ut non ab homine, sed a deo responsa dari uiderentur. Filius eius Moses fuit, quem etiam preter paternae scientiae hereditatem, forma pulchritudo commendabat. Sed quum scabiem Aegypti, et pruriginem paterentur, responso moniti, eum cum agris, ne pestis ad plures serperet, terminis Aegypti pellunt, Dux igitur exulum factus, sacra Aegyptiorum furto abstulerit: que repetentes armis Aegypti, domum redire tempestatibus compulsi sunt. Itaque Moses Damascena patria antiqua repetita, montem\* Syneum occupat, in quo septem dies \*Synam ieiunio per deserta Arabie, cum populo suo fatigatus, cum tandem uenisset, septimum diem more gentis, SABAT\* finisset BATVM appellatum, IN OMNE AEVV M Sabbatum IEIVNIO SACRAVIT: Quoniam ille dies famem vndereligio illis errorēisque finierat. Et quoniam metu contagionis pulsos se ab Aegypto meminerant, ne eadem causa inuisi apud incolas forent, cauerunt, ne cum peregrinis communicaarent: quod ex causa factum, paulatim in disciplinam religionēque conuertit. Post Mosen etiam eius filius Aruan, sacerdos sacris Aegyptiis, mox rex creatur: semperque bet historia exinde hic mos apud Iudeos fuit, ut eosdem et reges, et sacra. sacerdotes haberent: quorum iustitia religione permixta, incredibile quantum coaduere. Opes genti ex uelut galibus apobalsami creuere, quod in his tantum regionibus gignitur. Est nanque uallis, que continuis montibus, uelut muro quodam cincta, ad instar hortorum clauditur: spatium loci ducenta millia iugera, nomine Hierico dicitur. In ea uale sylva est et ubertate, et amoenitate insignis. Siquidem

P

palmeto

palmeto et opobalsamo distinguitur. Arbores opobalsam  
\* pineis mi<sup>hi</sup> formam similem<sup>\*</sup> piccis arboribus habent, nisi quid sunt  
humiles magis, et in uinearum morem excoluntur. Haec cera-  
to tempore anni balsamum sudant: sed non minor loci eius  
opacitatis, quam ubertatis admiratio est: Quippe cum to-  
to orbe regionis eius ardentissimus sol sit, ibi tepida dēris  
naturalis quadam ac perpetua opacitas inest. In ea regione  
lacus est, qui propter magnitudinem et aqua immobili-  
tatem, mortuum mare dicitur. Nam neque uenit mouetur,  
resistente turbibus bitumine, quo aqua omnis stagnatur:  
neque nauigationis patiens est, quoniam omnia uita caren-  
tia in profundum merguntur: nec materiam ullam susinet,  
\* illutatur. nisi que alumine \* illuminatur. Primus Xerxes rex Persarum  
Iudeos domuit: postea cum ipsis Persis in ditionem Ale-  
xandi Magni uenere, diuque in potestate Macedonici impe-  
rii fuisse. A Demetrio cum desciuisset, amicitia Romanorum  
petita, primi omnium ex Orientalibus libertatem reces-  
perunt; facile tunc Romanis de alieno largientibus. Per  
eadem tempora, quibus in Syria regni mutatio inter nouos  
reges alternabatur, in Asia rex Attalus florentissimum, et  
ab Eumene patruo acceptum regnum, eadibus amicorum  
et cognatorum suppliciis foedabat, nunc matrem anum,  
nunc Beronicem sponsam, maleficiis eorum necatas confus-  
gens. Post hanc sceleratam uiolentie rabiem, squalidam ua-  
stem sumit, barbam capillūmque in modum reorum sum-  
mittit: non in publicum prodire, non populo se ostendere,  
non domū latiora conuiua inire, aut aliquod signum fan-  
bominis habere, prorsus ut poenas pendere manibus inter-  
fectorum uideretur. Omessa deinde regni administratione,  
hortos fodiebat, gramina feminabat, et noxia innoxia  
permiscebatur, eaque omnia ueneni succo infecta, uelut pecu-  
liare

liare munus amicis mittebat. Ab hoc studio aerarie artis fa-  
brice se tradidit, ceterisq; fungendis, et are fundendo, pro-  
cudendoq; oblectatur. Matri deinde sepulcrum facere in-  
stituit: cui operi intentus, morbum ex solis ardore contraxit,  
et septima die decesit: huius testamento haeres populus Populus  
Rom. tunc instituitur. Sed erat ex Eumene Aristonicus, non Rom. haeres  
Attali. iusto matrimonio, sed ex pellice Ephesia citharistae cuiusdam  
filia genitus, qui post mortem Attali uelut paternum regnum Mindū, Sa-  
inuasit Asiam. Cum multa secunda prelia aduersa ciuitates, mum & Co-  
que metu Romanorum se tradere ei nolebat, fecisset, iustus= lophone in  
que rex iam uideretur, Asia Licinio Crasso consuli decerni= intelligit.  
tur: qui intentior Attalice prede, quam bello, quam extre= Flor.  
mo anni tempore inordinata acie praelium conferrisset, ui= Prætorem Li-  
etus poenas inconsulte auaritia sanguine dedit. In huius lo- cinum Flo.  
cum missus Perperna consul prima congresione Aristoni- appellat.  
cum superatum in potestatem suam rededit, Attalicasque ga-  
zas hereditarias populi Romani nauibus impositas, Roman  
deportauit. Quod agere ferens successor eius Marcus Aqui-  
lius consul ad eripiendum Aristonicum Perperna, perinde Anno 465  
ueluti sui potius triumphi munus esse deberet, festinata uelo Vrbis cond-  
itate contendit. Sed contentionem consulium mors Perpen- Plin. lib. i 3  
iae direxit. Sic Asia facta Romanorum, cum opibus suis uitia  
quoque Romanam transmisit.

## IVSTINI LI-

CAPTO Aristonico, Massilienses pro Phocensi-  
bus conditoribus suis, quorum urbem senatus, et  
omne nomen, quod et tunc, et ante Antiochi bello infesta  
contra populum Romanum arma tulerant, deleri iussérat,

legatos Romam misere deprecantes, ueniāmque his à sena-  
tu obtinuere. Post hęc regibus, qui aduersus Aristonicum  
auxilia tulerant, p̄m̄ia p̄f̄soluta: Mithridati Pontico  
Syria minor, filiis Ariarathis regis Cappadociae, qui ea-  
dem bello ceciderat, Lycaonia & Cilicia dātae, fideliorque  
populus Rom. in socij filios, quām mater in liberos fuit.  
Quippe hinc paruulo auctum regnum, inde uita adempta,  
Namq; Laodice ex numero sex filiorum, quos uirilis sexus  
ex Ariarathē rege suscep̄at, timens ne diuturna regni  
administratione adultis quibusdam potiretur, quinque para-  
rictidali numero necauit unum paruulum sceleri matris co-  
gnatorum custodia eripuit, qui post necem Laodices (nam  
propter crudelitatem eam populus extinxerat) solus regno  
potitus est. Mithridates quoque repentina morte interce-  
ptus, filium, qui et ipse Mithridates dictus est, reliquit. Cu-  
ius ea postea magnitudo fuit, ut non sūi tantum temporis, u-  
rum etiam superioris etatis omnes reges maiestate superae-  
vit, bellaque cum Romanis per XLVI. annos uaria victo-  
ria gesserit. Quem summū imperatores Sylla, Lucullus, ca-  
teriq; in summa, Cneus Pompeius ita uicerunt, ut maior cla-  
riorque resurgeret in restaurando p̄lēo, damnisq; suis ter-  
ribilior redderetur. Deniq; ad postremum non ui hostili jua-  
ctus, sed uoluntaria morte in aucto regno senex herede fa-  
lio deceſſit. Huius futuram magnitudinem etiam cœlestia  
ostenta prædixerant. Nam et quo genitus est anno, et eo  
quo regnare primū coepit, stella cometes per utruq; tem-  
pus septuaginta diebus ita luxit, ut cœlum omne conflagra-  
re uideretur. Nam et magnitudine sui quartam partem ce-  
li occupauerat, et fulgore sui solis nitorem uicerat: et cum  
oriretur occumberetique, quatuor spatiū horarum confusa-  
mebat. Puer tutorum infidias passus est, qui cum fero equo  
imposi-

impositum, equitare iacularique cogebant: qui conatus cum  
eos fecellissent, supra etatem regente equum Mithridate, ue-  
neno eum appetuere. Quod metuens, antidota saepius bi- In summam  
bit, et ita se aduersus infidias exquisitoribus remedii sta- beneficio an-  
gnauit, ut ne uolens quidem senex ueneno mori potuerit. tidotieuaſit,  
Timens deinde ne inimici quod ueneno non potuerant, cuius Plini  
ferro peragerent, uenandi studium finxit: quapropter qua- meminit li-  
tuor annos neque urbis, neq; ruris tecto uſus est: sed per sylo= 23.  
uas uagatus est, et diversis montium regionibus pernocta-  
bat, ignaris omnibus quibus effet locis: assuetus feras cursu  
aut \* fugere, aut persequi, cum quibusdam etiam uiribus co= \* fugare,  
gredi. Quibus rebus et infidias uitauit, et corpus ad om= Aperto etiā  
nem uirtutis patientiam duravit. Ad regni deinde admini- capite fuisse  
strationem cum accessisset, statim non de regendo, sed de au= perpetuo, Ci-  
gendo regno cogitauit. Itaque Scythas inuictos antea, qui quod valetu-  
Zopyrona, Alexandri Magi ducem, cum triginta millibus dinis pluri-  
armatorum deleuerant, qui Cyrum Persarum regem cum mum inter-  
ducentis millibus armatorum trucidauerant, qui Philippum erat.  
Macedonum regem fugauerant, ingenti felicitate perdo-  
muit. Auctus igitur uiribus Pontum quoque, ac deinceps  
Cappadociam occupauit. Asiam cum quibusdam amicis ta-  
citus à regno profectus, nemine sciente, periagatus est,  
omniūque urbium situs ac regiones cognouit. Inde Bithy-  
niam transcendit, et quasi iam dominus Asie, opportuna  
quæque uictorie sua \*metatus est. Post hęc in regnum, cum \*meditatus  
iam periisse crederetur, reuersus est, inuenito paruulo filio,  
quem per absentiam eius Laodice foror uxórum enixa fue-  
rat, sed inter gratulationem post longam peregrinationē ad-  
uentus sui, et filij geniti, ueneno periclitatus est. Siquidem  
Laodice foror cum periisse eum crederet, in concubitus  
amicorum projecta, quasi admissum facinus maiore sceler-

tegere posset, uenenum aduenienti parauit. Quod cum ex ancilla Mithridates cognouisset, facinus in autores uindicta cauit. Hyene deinde imminentia, non in coniuio, sed in campo: non in uacationibus, sed in exercitationibus: nec interfodales, sed inter aequales, aut equo, aut cursu, aut uiribus contendebat. Exercitum quoq; suum ad parem laboris patientiam quotidiana exercitatione durabat, atque ita iniustus ipse inexpugnabilem exercitum fecerat. Initia deinde cum Nicomedes societate, Paphlagoniam inuadit, uictamque cum socio diuidit. Quam cum teneri a regibus senatu nuntiatum esset, legatos ad utrumque misit, qui gentem restitui in pristinum statum iuberent. Mithridates cum se parem iam magnitudini Romanorum crederet, superbo responso, hereditarium patri suo regnum obuenisse, respondit: mirari que se, que ei controversia relata non fuerit, sibi referant. Nec territus minis, Galatiam quoque occupat. Nicomedes quoniam se tueri iure non potuerat, iusto regi reditum respondit. Atque ita filium suum mutato nomine, Philomenem Paphlagonum regum nomine appellat, et quasi stirpi regie reddidisset regnum, falso nomine tenet. Sic ludibrio habiti legati, Romam reuertuntur.

## I. V. S T I N I   L I

### B E R   XXXVIII.

MITHRIDATES parricida à nece uxoris auffiscatus, sororis alterius Laodices filios, cuius uirum Ariarathem regem Cappadocia per Gordium insidiis occiderat, tollendos statuit: nihil actum morte patris existimans, si adolescentes paternum regnum, cuius illa cupiditate flagrabat, occupassent. Igitur dum in his occup

occupationibus uersatur, interim Nicomedes rex Bithynie, uacuum morte regis Cappadociam inuadit. Quod cum nuntiatum Mithridati fuisset, per simulationem pietatis auxilia sorori ad pellendum Cappadocia Nicomedem mittit. Sed iam Laodice per passionem se Nicomedi in matrimonium tradiderat. Quod ægre ferens Mithridates, praesidia Nicomedis Cappadocia expellit, regnumque sororis filio restituit. egregium prorsus factum, nisi subsecuta fraus esset. Siquidem interiectis diebus, simulat se Gordium, quo ministro usus in Ariarathie interficiendo fuerat, restituere in patriam uelle, sperans, si obfisteret adolescens, causas belli futuras: aut si permetteret, per eundem filium tolli posse, per quem interficerat patrem. Quod ubi Ariarathes junior moliri cognouit, indignè ferens interfectorum patris per auunculum potissimum ab exilio reuocari, ingentem exercitum contrahit. Igitur cum in aciem eduxisset Mithridates peditum octoginta millia, equitum decem millia, currus falcatos D. C. nec Ariarathi auxiliantibus finitimus regibus, minores copiae essent, incertum bellum timens, consilia ad insidias transferri: sollicitatōque iuuene ad colloquium, cum ferrum occultatum inter fascias gereret, scrutatori ab Ariarathie regio more missō, curiosus inum uentrem pertrectanti, ait, caueret, ne aliud telum inueniret, quam quereret. Atque ita risu protectis insidiis, seuocatum ab amicis uelut in secretum sermonem, spectante utroque exercitu, interficit: regnum Cappadocie octo annorum filio imposito Ariarathis nomine, additōque ei rectore Gordio, tradit. Sed Cappadoces crudelitate ac libidine prefatorum uexati, à Mithridate deficiunt, fratremque regis, et ipsum Ariarathem nomine, ab Asia ubi educabantur, reuocant: cum quo

Mithridates prelium renouat, uictumque Cappadociae regno expellit. Nec multo post ex aegritudine adolescens collecta infirmitate, decedit. Post huius mortem Nicomedes timens, ne Mithridates accessione Cappadociae, etiam Bithyniam finitimatam inuaderet, subornat puerum eximie pulchritudinis, quasi Ariarathes tres, non duos filios genuisset, qui à Senatu Romano paternum regnum peteret. Vxorem quoque Laodicem Romanam mittit, ad testimonium trium ex Ariarathe susceptorum filiorum: quod ubi Mithridates cognouit, et ipse pari impudentia Gordium Romanum mittit, qui senatus affereret, puerum cui Cappadociae regnum tradiderat, ex eo Ariarathe genitum, qui bello Aristonici auxilia Romanis ferens, cecidisset. Sed senatus studia regum intelligens, aliena regni falsis nominibus dare noluit, et Mithridati Cappadociam, et Nicomedi ad solarium eius Paphlagoniam ademit: ac ne contumelia regum foret ademptum illis, quod aliis daretur, uterque populus libertate donatus est. Sed Cappadoces munus libertatis abnuentes, negant uiuere gentem sine rege posse. Atque ita rex illis à senatu Ariobarzanes constituitur. Erat eo tempore Tigranes rex Armeniae, obses à Parthis ante non multum tempus datus, olim ab iisdem in regnum paternum remissus. Hunc Mithridates ad societatem Romani belli, quod olim meditabatur, pellicere cupiebat. Nihil igitur de offensa Romanorum sentientem, per Gordium impellit, ut Ariobarzani segni admodum bellum inferat: et ne quis dolus subesse uideretur, filiam suam Cleopatram ei in matrimonium tradidit. Primo ergo aduentu Tigranis, Ariobarzanes sublati rebus suis, Romanum contendit: atque ita per Tigranem rursus Cappadocia iuris esse Mithridatis coepit. Eodem tempore mortuus Nico-

mede, etiam filius eius, et ipse Nicomedes, regno à Mithridate pellitur: qui cum supplice Romanum uenisset, decernitur in senatu, ut uterque in regnum suum restituatur: in quod tamen miseri Aquilius Manlius, et Malthinus legati. His cognitis Mithridates societatem cum Tigrane bellum aduersus Romanos gesturus, iungit, pactique inter se sunt, ut urbes agrique Mithridati, homines uero et quacunque auferre possent, Tigrani cederent. Post hac Mithridates intelligens quantum bellum fuscitaret, legatos ad Cymbros, alios ad Gallogrecos, et Sarmatas, Bastarnasque auxilium petitum mittit. Nam omnes has gentes, cum Romanum meditaretur bellum, uariis beneficiorum munibus iam ante illexerat. Ab Scythia quoque exercitum uenire iubet, omnemque Orientem aduersus Romanos armat. Non igitur magno labore Aquilium, et Malthinum Asia non exercitu instructos uicit: quibus simul cum Nicomedis pulsis, ingenti fauore ciuitatum excipitur: multum ibi auri argenteique, studio ueterum regum, magnumque belli apparatum inuenit: quibus instructus, debita ciuitatibus publica et priuata remittit, et uacionem quinquennio concedit. Tunc ad concionem milites uocat, eosque uaris exhortationibus ad Romana bella, siue Asiana incitat. Quam orationem dignam duxi, cuius exemplum breuitati huius operis insererem, quam obliquam Pompeius Trogus exposuit: quoniam in Luiu et Sallustio reprehendit, quod conciones directas pro sua oratione operi suo inferendo historie modum excesserint: Optandum sibi fuisse peius Trogus, ut de eo liceret consulere, bellumne sit cum Romanis, gus. In Luiu & Sallustio qd notariat Pom an Pax habenda: quin uero sit insistendum impugnabitibus, nec eos quidem dubitare, qui pro uictoria careant. Quippe aduersus latrones, si nequeant pro salute, pro

ultione tamen sua omnes ferrum stringere. Ceterum quia non id agitur, an licet quiescere, non tantum animo hostiliter, sed etiam praelio congressis consulere, qua ratione ac accepta bella sustineant: esse tamen sibi uictorie fiduciam, si illis anius: Romanosque uinci posse, cognitum non sit magis, quam ipsis militibus, qui ex in Bithynia Aquilum, & Malthimum in Cappadocia fuderint. At si quidem aliena magis exempla, quam sua experimenta moueant, audiret à Pyrrho rege Epiri, non amplius quam quinque milium Macedonum instructo, fusos tribus praeliis Romanos. Audire Annibalem sexdecim annos Italie uictorem immortum: & quin ipsam caperet urbem, non Romanorum illi uires obftissem, sed domesticæ emulationis atque inuidiæ diuim. Audire populos Transalpinæ Galliae Italiam ingref-  
fós, maximis eam, plurimisque urbis poſſidere: & latius aliquanto ſolum finium, quam in Asia que dicatur imbellis, eosdem Gallos occupasse: nec uictam ſolūm dici Romanam à Gallis, ſed etiam captam, ita ut unius illis montis tantum cacumen relinquaretur, nec bello hostem, ſed pretio remotum: Gallorum autem nomen, quod ſemper Romanis terruit, in partem uirium ſuarum ipſe habebat. Nam hos quae Aſiam incolunt, Gallos, ab illis qui Italiam occupauerant, ſedibus tantum distare: originem quidem ac uirtutem, geniſque pugne idem habere, tantoq[ue] his sagaciora effe ingenia quam illis, quanto longiori ac difficultiori ſpatio per Ilyricum Thraciamque prodierunt, penè operosius transiſſi finibus, quam ubi conſedēre poſſebis. Iam ipsam Italiam audire ſe nunquam, ut Roma condita ſit, ſatis illi pacatam, ſed aſſidue per omnes annos pro libertate alios, contraria quosdam etiam pro iure imperij, bellis continuis perfuerat: quod à multis ciuitatibus Italie deletos Romanos

rum exercitus ferro, à quibusdam nouo contumelie more ſub iugum miſſos: ac ne ueteribus immoretur exemplis, hoc ipſo tempore uniuerſam Italiam bello Marsicō confurrexit. Samnites intelligit, à ſunt sub iu- fe, non iam libertatem, ſed confortium imperij, ciuitatisque quib[us] Rom. poscentem: nec grauius uicino Italie bello, quam domesticis lib. 9. ab principum factionibus urbem premi, multoque periculofius acceſſiffe. italicō ciuile bellum: ſinu ex à Germania Cym= Vrb. cond. bros, immensam illam ferorum atque immittit populorum, Anno D C L more procelle illiuicem, inundatæ Italiam: quorum tunefi xii. ſinu singula bella sustinere Romani poſſent, uniuerſis tamen ciuilia bella, obruantur, ut ne uacatueros quidem bello ſuo putent. Vt enim & Mithridatum igitur occaſione, & rapienda incrementa uirium, ne ſi tica coepit illis occupatis quieuerint, mox aduersus uacuos, & quietos maius negotium habeant. Non enim queritur an capientur ſint arma, ſed utrum ſua potius occaſione, an illorum: Nam bellum equidem iam tunc ſecum ab illis geri coeptum, cum ſibi pupillo maiorem Phrygiam ademerint, quam patri ſuo premitum dati aduersus Aristonicum auxiliū confeſſerant, gentemque quam & proauo ſuo Mithridati Seleucus\*. Callimicus in dotem dediſſet. Quid cum Paplagonia \*Callimacē deceſſere iuferunt, non alterum illud genus bellī ſuiffes chus que non ui, non armis, ſed adoptione testamenti & regum domesticorum interitu, hereditaria patri ſuo obueniſſet, cum inter hanc decretorum amaritudinem parendo, non tamen eos mitigaret, quin acerbius ſe in dies gerant, non obtinuiſſe. Quod enim à ſe non praebitum illis obſequium non Phrygiam, Paplagoniamq[ue] dimiſſa, non Cappadocia filium eductum, quam iure gentiū uictor occupauerat? Rapta tamen ſibi effe uictoriā eius ab illis, quorū nihil est nisi bello queſitum, non regem Bithynię Chreſton, in quem Senatus arma decreuerat, à ſe in gratiam illorum occiſum

sum, tamen nihilominus imputari sibi, si qua Gordius ac Tigranes faciat: libertatem etiam in contumeliam sui aera natu ultro delatam Cappadocie, quam reliquis gentibus abstulerunt: deinde populos Cappadocum pro libertate oblata, Gordium regem orantem, ideo tanquam amicus suus esset, non obtinuisse. Nicomedem precepto illorum bellum sibi intulisse, quia insultus ierit Mithridates: ab ipsis uenatum obuiam, et nunc eam secum bellandi causam illis fare, quod non impuni se Nicomedi lacerandum saltatrix filio præbuerit: quippe non delicta regum illos, sed uires ac maiestatem insequi, neq; in se uno, sed in aliis quoque omnibus hac semper arte grassatos. Sic et auum suum Pharnacem per cognationum arbitria succedaneum regi Per gameno Eumeni datum: sic rursus Eumenem, cuius clasibus primum in Asiam fuisse transfecti, cuius exercitu magis quam suo, et magnum Antiochum, et Gallos in Asia, et mox in Macedonia regem Persen domuerant, et ipsum pro hoste habitum, eique interdictum Italia, et quod cum ipso deforme sibi putauerant, cum filio eius Aristonico bellum gesisse. Nullius apud eos maiora, quam Massinissa regis Numidarum haberi merita. Huic imputari uictum Annibalem, huic captum Syphacem, huic Carthaginem deletam, huic inter duos illos Africanos tertium senatorem urbis referri: tamen cum huius nepote bellum modo in Africa gestum adeo inexpiable, ut ne uictum quidem memoria patris donarent, quin carcerem ac triumphi spectaculū experiretur. Hanc illos regibus omnibus legem odiorū dixisse, scilicet quia ipsi tales reges habuerint, quorum etiam nominibus erubescant, aut pastores Aborigine, aut aruspices Sabinorum, aut exules Corinthiorum, aut seruos uernasq; Tuscorum: aut quod honoratissimum nomen fuit inter hos

hos superbos, atque, ut ipsi ferunt, conditores suos, lupæ aberibus alitos: sic omnem illum populum luporum animos habere, inexplorables sanguinis atque imperij, diuinitatimque audios ac ieiunos. Se autem seu nobilitate illis comparetur, clariorem illa colluvie conuenarum esse, qui parentes maiores suos à Cyro Darioque conditoribus Persici regni, maternos à magno Alexandro, ac Nicanore Seleuco conditoribus imperij Macedonici referat: seu populis eorum conferat suos, earum se gentium esse, que non modo Romano imperio sint pares, sed Macedonico quoque obliterint. Nullam subiectarum sibi gentium experientiam peregrina imperia, nullis unquam nisi domesticis rebus paruisse, Cappadociam uelint, an Paphlagoniam recensere, rursus Pontum an Bithyniam, itemque Armeniam maiorem minoremque: quarum gentium nullam neque Alexander ille, qui totam pacauit Asiam, nec quisque successorum eius, aut posteriorum attigisset. Scythiam duos\* un\* omnime quam ante serges non pacare, sed tantum intrare ausos Darium et Philippum: ægre inde fugam sibi expedisse, unde ipse magnam partem aduersus Romanos uirium habberet, multoque se timidius ac diffidentius bella Pontica ingressum, cum ipse rufus ac tyro esset. Scythie præter arma, uirtutemque animi, locorum quoque solitudinibus, uel frigoribus instrusæ, per que denuntiaretur ingens militie labor ac periculum. Inter quas difficultates ne spes quidem præmij foret, ex hoste uago, nec tantum pecuniae, sed etiam sedis inopis. Nunc se diuersam belli conditionem ingredi. Nam neque caelo Asia esse temperantius aliud, nec solo fertilius, nec urbium multititudine amoenius, magnimque temporis partem, non ut militiam, sed ut festum diem acturos, bello dubium facili magis an uberi, si modò aut

aut proximas regni Attalici opes, aut ueteres Lydie Ioniae que audierint, quas non expugnatum eant, sed possessorum, tantumque se expectet auida Asia, ut etiam uocibus uocet: adeo illis odium Romanorum incusit rapacitas Proconsulium, exactio publicanorum, calumniae litium. Sequaretur se modo fortiter, et colligant quid se duce posse efficiunt exercitus, quem sine cuiusquam militum auxilio, suam metu unius opera uiderint Cappadociam, eao rege cepisse, qui solus mortalium Pontum omnem Scythianque pacauit, quam nemo ante transire tutò, atque adire potuerit. Namque iustitia atque liberalitatis sue, ne ipsos milites, qui experientur, testes effugere: et illa indicia habere, quod solus regum omnium non paterna solum, uerum etiam externare magna hereditatibus propter munificentiam acquisita posse deat, Colchos, Paphlagoniam, Bosporum. Sic excitatis militibus, post annos uigintires sumptu regni in Romanatibus descendit. Tunc in Aegypto mortuo rege Ptolemeo, qui Cyrenis regnabat Ptolemeo per legatos regnum, et uxor Cleopatra regina soror ipsius defertur. Latusque tur hoc solo Ptolemeus, quod sine certamine fraternum regnum recepisset, in quod subornari à matre Cleopatra, et fauore principum, fratris filium cognouerat. Ceterum in festis omnibus, statim ubi Alexandriam ingressus est, fuitores pueri trucidari iussit. Ipsum quoque die nuptiarum, quibus matrem eius in matrimonium recipiebat, inter apparatus epularum, et solennia religionum, in complexa matris interficit: atque ita torum sororis, cæde filij eius cruenter ascendit. Post quod non mutior in populares, qui eum in regnum uocauerant, fuit. Siquidem peregrinis militibus licentia cædis data, omnia sanguine quotidie manibant, ipsamque sororem, filia eius virgine per nimis superata.

Et in matrimonium ascita, repudiat. Quibus rebus territis populus, in diuersa labitur, patriamque metu mortis, exul relinquit. Solus igitur in tanta urbe cum suis relictus Ptolemeus, cum regem se non hominum, sed uacuarum ædium uideret, edicto peregrinos solicitat. Quibus conuentibus, obuius legatis Romanorum Scipioni Africano, et Spurio Mumio, et L. Metello, qui ad inspicienda soeciorum regia ueniebant, procedit. Sed quam cruentus ciuibus omnibus, tam ridiculus Romanis fuit. Erat enim ex uultu deformis, et statura breuis, et sagina uentris non homini, sed bellue similis: Quam foeditatem nimia subtilitas, et perlucida uestis augebat, prorsus quasi astu inspicienda preberentur, que omni studio occultanda pudibundo uiro erant. Post discessum deinde legatorum, quorum Africanus dum aspicit urbem, spectaculo Alexandrinis fuit. Ptolemeus iam etiam populo peregrino inuisus, cum filio, quem ex forore suscepserat, et cum uxore matris pellice, metu infidarum tacitus in exilium proficietur, contractoque mercenario exercitu bellum sorori pariter ac patriæ infert. Accersitum maximum deinde à Cyrenis filium, ne eum Alexandrini contra se regem crearent, interficit. Tunc populus status et imagines eius detrabit. Quod factum studio sororis existimans, filium quem ex ea suscepserat, interficit, corpūisque in membra diuisum, et in cista impositum, matri die natali eius, inter epulas afferri curat. Quæ res non regine tantum, uerum etiam uiuenter ciuitati acerba, et luctuosa fuit: tantumque morem festiuissimo coniuicio intulit, ut regia omnis repetimo luctu incenderetur. Verso igitur studio principum ab epulis in exequias, membra lacerata populo ostendunt, et quid sperare de rege suo debeant, filij cæde demonstrant: Finito

Crudelitas  
Ptolemæi.

nito luctu orbitatis, Cleopatra cum urgeri se fraterno bello uideret, auxilium à Demetrio petit Syria rege, per legatos eius, cuius ipsius uarij et memorabiles casus fuerunt. Nanque Demetrius, ut supra dictum est, cum bellum Parthis intulisset, et multis congresionibus uictor fuisset, repente circumuentus insidiis, amissu exercitu capitur. Cui An-

\*Hyrcaniam \*Bithyniam, non cultum tantum regium praestitit, sed et filiam in matrimonium dedit, regnumque Syriae, quod per absentiam eius Trypho occupauerat, restituturum promittit. Post huius mortem desperato reditu, non ferens captiuitatem Demetrius, priuatam, et si opulentam, uitam per fatus, tacitus in regnum fugam meditatur. Hortator illi ac comes Calimander amicus erat, qui post captiuitatem eius à Syria per Arabie deserta, ducibus pecunia comparatus, Parthico habitu Babyloniam peruenecrat. Sed fugientem Phrabhartes, qui Arpacida successerat, equitum celeritate, per compendiosos tramites occupatum retrahit. Ut est dectus ad regem, Calimandro quidem non tantum uenia, uerum etiam premium fidei datum: Demetrium autem et graviter castigatum ad coniugem in Hyrcaniam remittit, &

\*custodiis arctioribus \* custodibus obseruari iubet. Interiecto dende tempore, cum fidem illi etiam suscepit liberi facerent, eodem amico comite repetita fuga est: sed pari infelicitate prope fines regni sui deprehenditur, ac denudo perductus ad rogum, ut invisus à conspectu summuetur. Tu: e quoque uxori et liberis donatus, in Hyrcaniam, poenalem ciuitatem sibi donatam remittitur, talisque aureis ad exprobrationem puerilis levitatis donatur. Sed hanc tam Parthorum nitem in Demetrium clementiam non misericordia getis, nec respectu cognationis faciebat, sed quod Syria regnum affectabant,

nisi

usuri Demetrio aduersus Antiochum fratrem, prout res, uel tempus, uel fortuna belli exigisset. His auditis, Antiochus occupandum bellum ratus, exercitum, quem multis fuitimorum bellis indurauerat, aduersus Parthos ducit. Sed luxuria non minor apparatus, quam militia fuit. Quippe

\*VIII. millia armatorum sequuta sunt trecenta lixarum: \*Fortè, o-  
ex quibus coquorum, pistorum, sceniorumque maior nu-  
merus fuit. Argenti certe aurique tantum, ut etiam gregarij  
lia armato-

ris, ccc. mil  
lia lixarum.

milites caligas auro frigerent, proculcarantque materiam, cuius amore populi ferro dimicant. Culinarum quoque argentea instrumenta fuere, prorsus quasi ad epulas, non ad bella pergerent. Aduenienti Antiocho multi Orientales re ges occurrerent, tradentes se, regnaque sua cum execratione superbie Parthice. Nec mora congesione fuit. Antiochus tribus preliis uictor Babyloniam cum occupasset, magnus haberi coepit. Itaque omnibus ad eum deficieutibus populis, nihil Parthis relictum preter patrios fines fuit. Tunc Phrabhartes Demetrium in Syriam ad occupandum regnum cum Parthico presidio mitit, ut eo pacto Antiochus ad sua tuenda à Parthia reuocaretur. Interim quoniam uiribus non poterat, insidiis Antiochum ubique tentabat. Propter multitudinem hominum omnem exercitum suum Antiochus per ciuitates in hyberna diuiserat: que res exitij causa fuit. Nam cum grauari se copiarum prebitione et iniuriis militum, ciuitates uiderent, ad Parthos deficiunt, et die statuta omnes apud se diuisum exercitum per insidiis, ne inuicem ferre auxilia possent, aggrediuntur. Que cum nuntiata Antiocho essent, auxilium proximis laturus, cum ea manu, que secum hyemabat, progrederit. In itinere obiuum regem Parthorum habuit, aduersus quem fortius, quam exercitus eius dimicauit. Ad postremum tamen cum

virtute hostes uincerent, metu suorum desertus, occidatur: cui Phrahatres exequias regio more fecit, filiumque Demetrij, quam secum Antiochus adduxerat, captus amore uirginis, uxorem duxit. Poenitere deinde dimisi Demetrij coepit: ad quem retrahendum cum turmas equitum festinanter mississet, Demetrium hoc ipsum metuentem iam in regno missi inuenierunt, frustraque omnia conati, ad regem suum reuersi sunt.

## IVSTINI LIBER XXXIX.

**A**NTIOCHO in Parthia cum exercitu deleto, frater eius Demetrius obsidione Parthorum liberatus, ac restitutus in regnum, cum omnis Syria in luctu propter amissum exercitum esset, quasi Parthica ipsius ac fratris bella, quibus alter captus, alter occisus erat, prospere gefissit: ita Aegypto bellum inferre statuit, regnum Aegypti Cleopatra socrum pretium auxilij aduersus fratrem suum pollicente. Sed dum aliena affectat, ut afflolet fieri, propria per defecionem Syriae amisit. Siquidem Antiocheni primi, duce Tryphone, execrantes superbiam regis, qua conuersione Parthica crudelitatis intollerabilis facta erat, mox Apamenij, ceterae quo ciuitates, exemplum sequente, per absentiam regis à Demetrio defecere: Ptolemaeus uero rex Aegypti, bello ab eodem petitus, cum cognouisset Cleopatram sororem suam opibus Aegypti nauibus impositis, ad filiam et Demetrium generum in Syriam profugisse, immunitit iuuenem quendam Aegyptium, Protarchi negotiatoris filium, qui regnum Syriae armis peteret. Et composta fabula, quasi per adoptionem Antiochi regis receptus in familiam

milliam regiam esset, nec Syriis quolibet regem aspernantibus, ne Demetrij parentetur superbiam, nomen iuueni Alexander imponitur, auxiliaque ab Aegypto ingentia militantur. Interea corpus Antiochi interficti à rege Parthorum in loculo argenteo in sepulturam in Syriam remisum peruenit: quod cum ingenti studio ciuitatum et regis Alexandri, ad firmandam fabulae fidem, excipitur que res illi magnum fauorem popularium conciliauit, omnibus non factas in eo, sed ueras lacrymas existimantibus. Demetrius autem uictus ab Alexandro, cum undique circumstantibus malis premeretur, ad postremum etiam ab uxore filisque deseritur. Relictus igitur cum paucis seruulis, cum Tyrum religione templi se defensurus petisset, nauis egrediens, prefecti iussu interficitur. Alter ex filiis Seleucus, quoniam sine matris autoritate diadema sumpsisset, ab eadem interficitur: Alter cui propter nasi magnitudinem, cognomen Grypho fuit, rex à matre hactenus constituitur, ut nomen regis penes filium, ius autem omnis imperij penes matrem esset. Sed Alexander occupato Syrie regno, tuam ex successu rerum, spernere iam etiam ipsum Ptolemaeum, à quo fuerat in regno ornatus, superba insolentia coepit. Itaque Ptolemaeus reconciliata sororis gratia, destruere Alexandri regnum, quod odio Demetrij uiribus suis acquisierat, summis operibus instituit. Mittit ergo in Graeciam Grypho auxilia, et filiam Gryphonam Grypho nupturam, ut populos in auxilium nepotis, non societate tantum belli, uerum etiam affinitate sua solicitaret. Nec res frustra fuit. Nam cum omnes Gryphum instruictum Aegyptiis uiribus uiderent, paulatim ab Alexandro deficere coepere. Fit deinde inter eos pellit, quo uictus Alexander, Antiochiam profugit: ibi inops pecunie,

cum stipendia militibus decesserat, in templo Iouis solidum ex auro uictoria signum tolli iubet, facieis iocis sacrilegium circumscribens: Nam uictoriā commodatam sibi à Ioue esse dicebat. Interiectis deinde diebus, cum ipsius Iouis aureum simulacrum infiniti ponderis tacite euelli iussisset, deprehensusque in sacrilegio, concursum multitudinis in fugam esset uersus, magna ui tempestatis oppressus ac desertsus à suis, à latronibus capitur, perductusque ad Gryphum, interficitur. Gryphus porro recuperato patrio regno, externisque periculis liberatus, insidiis matris appetitur. Quae cum cupiditate dominationis prodiit marito Demetrio, ex altero filio interfecto, huius quoque uictoria inferiorem dignitatem suam factam doleret, uenienti ab exercitatione ueneni poculum obtulit. Sed Gryphus predicitis ante iam insidiis, ueluti pietate cum matre certaret, bibere ipsam iubet; abneunti instat. Postremum prolatō indice eam arguit, solam defensionem sceleris supereffe affirmsans, si bibat, quod filio obtulit. Sic uicta regina scelere in se uerso, ueneno, quod alij parauerat, extinguitur. Partaigitur regni securitate, Gryphus octo annis quietem ex ipse \*præfuit, habuit, & regno suo \*præstabilit. Natus deinde illi est amarus regni, frater ipsius Cyricoenus, eadem matre genius, sed ex Antiocho patruo suscepitus: quem cum ueneno tolleare uoluisse, ut maturius cum eodem armis de regno consideret, excitauit. Inter has regni Syrie parricidiales discordias, moritur rex Aegypti Ptolemæus, regno Agypti uxori & alteri filio, quem illa legisset, relicto, uidelicet quasi quietior Aegypti status, quam Syrie regnum esset, quam mater altero ex filiis electo, alterum hostem esset habitura. Igitur cum prionior in minorem filium esset, à populo compellitur maiorem eligere: cui prius quam regnum daret,

uxorem

uxorem ademit, compulsumque repudiare carissimam sibi sororem Cleopatram, minorem sororem Seleucen ducere iubet, non materno inter filias iudicio; cum alteri maritum eriperet, alteri daret. Cleopatra uero non tam à uiro repudiata, quam à matre diuortio uiri dimissa Cyriceno in Syria nubit, eiq; ne nudum nomen uxorius afferret, exercitu Cypri sollicitatum, uelut dotalem, ad maritum deducit. Par igitur uiribus iam factus Cyricenus, prælium committit, ac uictus in fugam conuertitur, Antiochiamque uenit. Tunc Antiochiam Gryphus, in qua erat Cyriceni uxor Cleopatra, obsidere coepit: qua capta Gryphina uxor Gryphi nihil antiquius quam sororem Cleopatram requiri iusset, no ut captiuæ opem ferret, sed ne effugere captiuitatis mala posset, qua sui emulacione in hoc potissimum regnum inuaserit, hostique sororis nubendo hostem se eius efficerit. Tum peregrinos exercitus in certamina fratrum adductos, tum repudiatam à fratre & contra matris uoluntatem extra Aegyptum nuptam accusat. Contrà Gryphus orare, ne tam foedum facinus facere cogatur, à nullo unquam maiorum suorum inter tot domesticata, tot externa bella post \*ui= \*uictum ho-  
ctoriam in foeminas sauitum, quas sexus ipse & periculis stem bellorum, & sauitie uictorum eximat: in hac uero præter commune bellantium \* nefas, accedere necessitudinem san= \*fas, quinis: Quippe ipsius que tam cruentè sauiat, sororem equidem germanam esse, suam uero consobrinam: liberos rum deinde communium materteram. His tot necessitatibus sanguinis adicit superstitionem templi, quò abdita profudit, tantòq; religiosus colendos deos sibi, quò magis his propitiis ac fauentibus uiciisset: tum neq; occisa illa, se uirium quicquam Cyriceno dempturum, nec seruaturum reddit. Sed quanto Gryphus abnuit, tanto soror muliebri per-

\*emisisset:

timacia acceditur, rata non misericordiae hæc uerba, sed amoris esse. Itaque uocatis ipsa militibus, mittit qui sororem confoderent. Qui ui in templum intrauerunt, cum euelle-re eam non posset, manus amplexantes deæ simulacrum præciderunt. Tunc Cleopatra execratione parricidarum mandata violatis numinibus, in ultionem sui decidit. Nec multò post repetita prelij congreßione, uictor Cyricenus uxorem Gryphi Gryphinam, que paulò ante sororem in-terficerat, capit, eiūsque supplicio uxoris manibus paren-tauit. At in Aegypto Cleopatra cum grauaretur socio re-gni, filio Ptolemeo, populum in eum incitat, abductaque ei Seleuce uxore, eō indignius, quod ex Seleuce iam duos filios habebat, exultare cogit. Accersito minori filio Ale-xandro, & rege in locum fratri constituto: nec filium re-gno expulisse contenta, bello Cypri exulanter persequitur. unde pufo, interficit ducem exercitus sui, quod uiuum eum è manibus \*dimisisset: quamquam Ptolemaeus uerecundia materni belli, non uiribus minor ab insula recebisset. Ig-i-tur Alexander territus hac matris crudelitate, & ipse eam reliquit, PERICULO REGNO SECVRAM AC TVTAM VITAM ANTEPONENS. Cleo-patra uero timens ne maior filius Ptolemaeus ab Cyriceno ad recuperandim Aegyptum auxiliis iuuaretur, inge-nitia Grypho auxilia, & Seleucem uxorem nupturam hosti prioris mariti, mittit, Alexandrumque filium per legatos in regnum reuocat: cui cum occulitis insidiis exitiu machiaretur, occupata ab eodem interficitur, spiritumque non fato, sed parricidio dedit: Digna prorsus hac mortis infamia, que etiam matrem iboro expulit, & duas filias uiduas alterno fratrum matrimonio fecit: & filio alteri in exilium acto, bellum intulit; alteri erepto regno exitium per

per insidias machinata est. Sed nec Alexandro cædes tam nefanda inulta fuit. Nam ubi primum compertum est, per scelus filij matrem interficiam, concursu populi in exilium agitur, reuocatoque Ptolemaeo regnum redditur, qui neque cum matre bellum gerere uoluisset, nec à fratre armis re-petere, quod prior possedisset. Dum hæc aguntur, frater eius ex pellice suscepitus, cui pater Cyrenarum regnum te-stamento reliquerat, herede populo Romano instituto, de-cessit. Iam enim fortuna Romana porrigeret se ad Orienta-lia regna (non contenta Italie terminis) cœperat. Itaque & ea pars Libyæ prouincia facta est: postea Creta, Cili-ciaque piratico bello perdomite, in formam prouincie redi-guntur. Quo facto, & Syrie & Aegypti regna \* uicinitate Romana arcta: & que incrementa de finitimis bellis querere solebant, adempto uagandi arbitrio, uires suas in perniciem suam conueterunt: adeò, ut assiduis preliis consumpti, in contemptum finitimarum uenerint, præde q; Arabum, genti imbelli anteā fuerint. Quorum rex Hiero-timus, fiducia sexcentorum filiorum, quos ex pellicibus suscepérat, diuīs exercitibus nunc Aegyptum, nunc Sy-riam infestabat, magnumque nomen Arabum, uiribus fini-torum exanguibus, fecerat.

\*cum unitate

Sexcēti filij  
Hierotimi  
regis.

## IVSTINI LI-BER XL.

MVTVIS fratrum odiis, & mox filiorum ini-micitiis parentum succendentibus, cum inexpia-bili bello & reges, & regnum Syrie consumptum esset, ad externa populus auxilia concurrit, peregrinósque si-bi reges circumspicere coepit. Itaque cum pars Mithrida-

tum Ponticum, pars Ptolemaeum ab Aegypto arcessendam  
 \* accideritq; censeret, \* occurreritque quod Mithridates implicitus bello  
 Romano esset, Ptolemaeus quoque hostis Syrie semper suis-  
 set, omnes in Tigrane regem Armeniae consenserunt, in-  
 structum preter domesticas vires, Parthica societate et  
 Mithridatis affinitate. Igitur accitus in regnum Syrie, per  
 x viii. annos tranquillissimo regno potitus est, neque bele-  
 lo alium lacefere, neque lacefitus inferre alij bellum neces-  
 teremotus se habuit. Sed sicut ab hostibus tutu Syria fuit, ita terramo-  
 tu uastata est, quo centum septuaginta hominum millia, et  
 multae urbes perierunt. Quod prodigium mutationem  
 rerum portendere aruspices responderunt. Igitur Tigrane  
 à Lucullo uicto, rex Syrie Antiochus, Cyriceni filius, ab  
 eodem Lucullo appellatur. Sed quod Lucullus dederat,  
 postea ademit Pompeius, qui poscenti regnum respondit,  
 ne uolenti quidem Syrie, nedum recusanti daturum se re-  
 gem, qui xviii. annos, quibus Tigranes Syriam tenuit,

An. ab urb. in angulo Cilicia latuerit: uicto autem eodem Tigrane à Ro-  
 cond. b c c manis, alieni operis premia postulet. Igitur ut habenti re-  
 xix. Con-  
 sulibus Tul-  
 gnum non ademerit, ita quò cesserit Tigrani, non daturum,  
 lio Cicero-  
 quod tueri nesciat, ne rursus Syriam Indorum et Arabum  
 ne, & C. An-  
 latrociniis infestam reddat. Atque ita Syriam in prouincia  
 ton. Orosius.  
 formam redigit, paulatimque Oriens Romanorum, discor-  
 dia consanguineorum regum, factus est.

## IVSTINI LI- BER XL.

**P**ARTHI, penes quos, uelut diuisione orbis cum  
 Romanis facta, nunc Orientis imperium est, Scyba-  
 les. rum exiles fuerunt. Hoc etiam ipsorum uocabulo mani-  
 festatur:

festatur: Nam Scythico sermone Parthi exules dicuntur.  
 Hi et Assyriorum et Medorum temporibus, et inter  
 Orientales populos obscurissimi fuere. Postea quoque cum  
 imperium Orientis à Medis ad Persas translatum est, ueluti  
 uulgas sine nomine, preda uictorum fuere. Postremo Ma-  
 cedonibus triumphato Oriente scriuerunt, ut cuius mi-  
 rum uideatur, ad tantam eos felicitatem per uirtutem pro-  
 uectos, ut imperant gentibus, sub quarum imperio ueluti  
 seruile uulgas fuere. A Romanis quoque trinis bellis per  
 maximos duces florentissimis temporibus lacefitti, soli ex-  
 omnibus gentibus non solum pares, uerum etiam uictores  
 fuere. Quanquam plus glorie sit, inter Assyria et Me-  
 dica, Persicaque memorata olim regna, et opulentissimum  
 mille urbium Bactrianum imperium emergere potuisse,  
 quam longinqua bella uicisse. Præterea cum grauibus Scy-  
 thicis, et uicinalibus bellis q̄siduis uexati, uariisque peri-  
 culorum certaminibus urgerentur, iij domesticis seditionibus  
 Scythia pulsi, solitudines inter Hyrcaniam, et Dacas, et  
 Areos, et Spartanos, et Maianos furtim occupauerent fines.  
 Deinde non intercedentibus primo finitimis, postea etiam  
 prohibentibus, in tantum protulere, ut non immensa tan-  
 tum iam, ac profunda camporu, uerum etiam prærupta col-  
 lium, motuumque ardua occupauerint. Ex quo fit, ut Para-  
 thie pleraque finium aut astus, aut frigoris magnitudo  
 possideat, quippe cum montes nix, et campos astus in-  
 festet. Administratio gentis post defectionem Macedonici  
 imperij, sub regibus fuit. Proximus maiestati regum, po-  
 pulorum ordo est: ex hoc duces in bello, ex hoc rectores  
 in pace habentur. Sermo his inter Scythicum Medium=que medius, ex utroque mixtus: uestis olim sui moris: postea=quam accessere opes, ut Medis perlucida, ac fluida: ar=

morum patrius ac Scythius mos: exercitum non ut alięgentes liberorum, sed maiorem partem seruorum habent. Quorum uulgus, nulli manumittendi potestate permisſa, ac per hoc omnibus seruis nascentibus, in dies crescit. hos pari cura ac liberos sūos habent, et equitare et sagittare magna industria docent. Locupletissimus ut quisque es, ita plures in bello equites regis suo pr̄s̄bet. Denique Antonio bellum Paribis inferenti, cion quinquaginta millia equitum occurserent, soli \*cccccl. liberi fuere. Co- minus in acie pr̄eliari nesciunt, obſſasque expugnare urbes. Pugnant autem procurrentibus equis, aut terga dantibus: ſepe etiam fugam simulant, ut incautiores aduerciſi uulnera inſequentes habeant. Signum his in pr̄elio non tuba, ſed tympano datur, nec pugnare diu poſſuit. Ceterū intollerandi forent, ſi quantus his impetus eſt, uictu- ta et perseverantia eſſet. Plerunque in ipſo ardore certa- minis pr̄elia deſerunt, ac paulo poſt pugnam ex fugare re- petunt, et cum maxime uicisse te putes, tunc tibi diſcri- men ſubeundum ſit. Muuiuentum iſpis equisque, lorice plumata ſunt, quaे utrunque totuſ corpore tegunt. Auri ar- geniique nullus niſi in armis uifus. Vxores dulcedine varie libidinis ſinguli plures habent: nec illa delicta adulterii grauius uindicant. Quam ob rem foemini non coniuia tan- tum uirorum, uerum etiam confpectum interdicunt. Carne non niſi uenatiibus quaſita uescuntur. Equis omni tem- pore uectantur: illis bella, illis coniuia, illis publica ac priuata officia obeunt: ſuper illos ire, conſiſtere, merca- ri, colloqui. Hoc denique diſcrimen inter seruos liberōſque eſſe, quod ſerui pedibus, liberi non niſi equis incedunt. Sepultura uulgo aut axium, aut canum laniatus eſt: Nu- da demum oſſa terra obruiuntur. In ſuperſitionibus ad

curam

curam deorum precipua omnibus ueneratio eſt. Ingenia genti tumida, ſeditioſa, fraudulenta, procacia. Quippe uiolentiā uirilis, manuſtudinem mulieribus affigunt: ſemper aut in externos, aut in domesticos motus inquieti, na- turā taciti: ad faciendum, quād ad dicendum promptiores: proinde ſecunda, aduersaque ſilentio tegunt. Principi- bus metu, non pudore parent: In libidinem proiecti, in ci- bum parcifides dictis promiſis que nulla, niſi quatenus ex- pedit. Poſt mortem Alexandri Magi, cum inter ſuccelfo- res eius Orientis regna diuiderentur, nullo Macedonum dignante Parthorum imperium, Satagenori extero ſocio traditur. Hi poſta eadēctis Macedonibus, in bellum ciui- le cum ceteris superioris Afie populis Eumenem ſequuti ſunt, quo uiſio, ad Antigonum tranſiere. Poſt hunc à Nica- nore Seleuco, ac mox ab Antiocho et ſuccelforibus eius poſſeſſi: à cuius pronepte Seleuco primum defecere. Pri- mo Punico bello L. Manilio Pifone, Attilio Regulo con- ſulibus, huius defectionis impunitatem illis duorum fratrum regnum, Seleuci et Antiochi discordia dedit: qui dum ſibi inuicem criپere regnum uolunt, persequi defeclores omi- ſerunt. Eodem tempore etiam Theodotus mille urbium Ba- etrianorum praeſectus, defecit, regēmque ſe appellari iuſſit: quod exemplum ſequuti totius Orientis populi à Macedo- nibus defecere. Erat eo tempore Arsaces uir, ſicut incer- te originis, ita uirtutis experta. Hic ſolitus latrociniis et raptis uiuere, accepta opinione Seleucum à Gallis in Afia uictum, ſolutus regis meciu, cum predonum manu Parthos ingressus, praeſectum eorum Andragoram opprefſit, ſubla- tōque eo, imperium gentis inuafit. Non magno deinde poſt tempore, Hyrcaniorum quōque regnum occupauit, atq; ita duarum ciuitatum imperio praeſitus, grandem exercitum parat

parat, metu Seleuci et Theodoti Bactrianorum regis. Sed citò morte Theodoti, metu liberatur, cum filio eius, et ipso Theodoto foedus ac pacem fecit: nec multo post cum Seleuco rege ad defectores persequendos ueniente, congreßus, uictor fuit: quem diem Parthi exinde solennem, uelut initium libertatis, obseruant. Reuocato deinde Seleuco, nouis motibus in Asiam dato laxamento, regnum Parthicum format, militem legit, castella munit, ciuitates firmat, urbem quoque nomine\* Claram, in monte Thaborreno condit: Cuius loci ea conditio est, ut neque munitus quicquam esse, neque amoenius posset. Ita enim et praepteris rupibus undique cingitur, ut tutela loci nullis defensoribus egeat, et soli circumiacentis tanta ubertas est, ut propriis opibus explectatur. Iam fontium ac syluarum ea copia est, ut et aquarum abundantia erigetur, et uentionum voluptatibus exornetur. Sic Arsaces queſito ſimul, conſtitutoq; regno, non minus memorabilis Parthis, quam Persis Cyrus, Macedonibus Alexander, Romanis Romulus, matura ſenectute decedit. Cuius memoria hunc hono-

Arsaces, rem Parthi tribuerunt, ut omnes exinde reges suos Arſaces Partho- cis nomine nuncupent. Huius filius et successor regni, Arſaces et ipſe nomine, aduerſus Antiochum Seleuci filium, centum millibus peditum, et x. millibus equitum inſtructus, mira uirtute pugnauit: ad poſtremum in ſocietatem eius aſſumptus est. Tertius Parthi rex, Pampacius fuit, ſed et ipſe Arſaces dictus: nam (ſicut ſupra dictum eſt) omnes reges suos hoc nomine, ſicuti Romani Ceſares, Auguſtōſque, cognominauerunt. His actis in regno XII. annis deceſſit, relictis duobus filiis, Mithridate et Pharnace: quorum maior Pharnaces more gentis, heres regni, Mardos ualidam gentem bello domuit, nec multo poſt deceſſit.

deceſſit, multis filiis relictis: quibus praeteritis, fratri potifſimum Mithridati, insignis uirtutis uiro, reliquit imperium, plus regno quam patrio deberi nomini ratus, potiusque patriæ, quam liberis consulendum. Eodem ferme tempore, ſicuti in Parthis Mithridates, ita in Bactris Eucratides, magni uerque uiri regna inuenit. Sed Parthorum fortuna felicior, ad ſumnum hoc duce imperij fastigium eos perduxit. Bactriani autem per uaria bella iactati, non regnum tantum, uerum etiam libertatem amiferunt: ſiquidem Sogdianorum et Dranganitanorum, Indorumque bellis fatigati, ad poſtreum ab inuidioribus Parthis, uelut exangues, opprefsi sunt. Multa tamen Eucratides bella, magna uirtute gefit: quibus attritus, cum obſidionem Demetrij regis Indorum pateretur, cum ccc. \* militibus l. x. millia hostium aſi= \* millibus duis eruptionibus uicit. Quinto itaque mense liberatus, Indiam in potestatem redigit. Vnde cum ſe recipere, a filio Nulla fides quem ſocium regni fecerat, in itinere interficitur: qui no dis regni ſociis, simulato parricidio, uelut hostem, non patrem interficiſſet, omnisq; po et per ſanguinem eius currum egit, et corpus abuici inſe- tiens conſor pultum iuſſit. Dum haec apud Bactros geruntur, interim in= tis erit. Luter Parthos et Medos bellum oriuit: cum uarius utriusque canus. populi caſus fuifſet, ad poſtremum uictoria penes Parthos fuit. His uiribus auctus Mithridates, Mediae Bachafum in re= gno preponit, ipſe in Hyrcaniam proficiſcitur. Vnde reuerſus, bellum cum Elimeorum rege gefit: quo uicto hanc quo= que gentem regno adiecit, imperiumque Parthorum à monte Caucaso, multis populis in ditionem redactis, uſq; ad flu= men Euphratem protulit. Atque ita aduersa ualeſtudine ar= reptus, non minor Arſace proauo glorioſa ſenectute de= ceſſit.

# IVSTINI LI.

## BER XLII.

**P**OST necem Mithridatis, Parthorum regis, Phra  
hartes filius eius rex constituitur: qui cum inferre  
bellum, in ultionem tentati ab Antiocho Parthici regi  
Syrie statuisset, Scytharum motibus ad sua defendenda  
reuocatur. Nanque Scythae in auxilium Parthorum ad  
uersus Antiochum, Syrie regem, mercede solicitati, quum  
confecto iam bello supercruenissent, in calumnia tardius la-  
ti auxiliij mercede fraudarentur, dolentes tantum illis ille-  
ris frustra mensum, quum uel stipendium pro uexatione,  
uel alium hostem dari sibi poscerent, superbo responso  
offensi, fines Parthorum uastare coeperunt. Igitur Phra  
hartes cum aduersus Scythes proficseretur, ad tutelam  
regni reliquit Hymerum quendam, pueritiae sibi flore con-  
ciliatum, qui tyrannica crudelitate oblitus, et uita pre-  
terita, et uicarij officij, Babylonios, multasque alias cul-  
tates importune uexauit. Ipse autem Phrahartes exerci-  
tum Grecorum, quem bello Antiochi captum crudeliter  
superbeque tractauerat, in bellum secum ducit: immemo-  
prorsus, quod hostiles eorum animos nec captiuitatis mi-  
nuerat, et insuper iniuriarum indignitas exacerbauerat.  
Itaque cum inclinatam Parthorum aciem uidissent, arma  
ad hostes transtulerunt, et diu cupitam captiuitatis ul-  
tionem exercitus Parthici, et ipsius Phrahartis regi  
cruenta cede exequuntur. In huius locum Arhabanus,  
patruus eius, rex substituitur: Scytha autem contentus  
etoria, populata Parthia, in patriam reuertuntur. Sed  
Arhabanus bello Colchataris illato, in brachio vulnera-  
tus, statim decedit. Huic Mithridates filius succedit, cui

res geste Magnum cognomen dedere. Quippe claritatem  
parentum, emulatione uirtutis accensus, animi magnitu-  
dine supergreditur. Multa igitur bella cum finitimiis ma-  
gna uirtute gesit, multiisque populos Parthico regno  
addidit. Sed et cum Scybis prospere aliquoties dimicauit,  
ultorque iniuriae parentum fuit. ad postremum Artoadisti,  
Armeniorum regi, bellum intulit. Sed quoniam ad Armenie  
transitum facimus, origo eius paulo altius repetenda descriptio  
est. Neque enim silentio preteriri tantum regnum fas  
est, quum fines eius post Parthiam omnium regnorum ma-  
gnitudinem superent. Siquidem Armenia a Cappadoci*i*  
usque undecies centena millia ad mare Caspium patet, sed  
in latitudinem millia passuum septingenta porrigitur. Con-  
dita est autem ab Armenio, Iasonis Thessali comite: quem  
cum perditum propter insignem periculofamque regno  
suo uirtutem Pelias rex cuperet, denuntiata militia, in Vellus au-  
Colchos eum abire iubet, pellemeque arietis memorabilem reum.  
gentibus reportare, sperans interitum uiri, aut ex periculo  
tam longe nauigationis, aut ex bello tam profunde barba-  
rie. Igitur Iason diuulgata opinione tam gloriose expedi-  
tionis, cum ad eum certatim principes iuuentutis totius  
ferme orbis concurrent, exercitum fortissimorum ui-  
rorum, qui Argonauta cognominati sunt, comparauit. Argonauta*x*.  
Quem quum magnis rebus gestis incolumem reduxisset,  
rursus a Pelia filius Thessalia pulsus, magna ui cum in-  
genti multitudine, que ad famam uirtutis eius ex omni-  
bus gentibus quotidie confluebat, comite Medea uxore,  
quam repudiata miseracione exilio rursum receperat,  
et Medeo priuigno ab Aegeo rege Atheniensium, ge-  
nito, Colchos repetiuit, sacerumque etiam regno pul-  
sum restituit. Magna deinde bella cum finitimiis gesit,  
capt

captasque ciuitates partim regno socii, ab abolendam superioris militie iniuriam, qua et filiam eius Medeam adduxerat, et filium Aeeta Aegialum interfecera, adiunxit partim populis quos secum adduxerat, assignauit. Primum humanorum post Herculem et Liberum, qui reges Orientis fuisse traduntur, eam coeli plagam domuisse dicunt. Populis quibusdam Phrygium et Anisistratum aurigae Castoris et Pollucis duces assignauit: cum Albanis frudis percussit, qui Herculem ex Italia ab Albano monte, cum Geryone extincto, armenta eius per Italiam ducere, secuti dicuntur, quique memores Italicae originis, exercitum Cn. Pompeij bello Mithridatico fratres salutauere. Itaque Iasoni totus ferme Orie*n*s, ut conditori diuinos honorum templaque constituit, que Parmenion, dux Alexandri Magni, post multos annos dirui iussit, ne cuiusquam nomena Oriente uenerabilius quam Alexandri esset. Post mortem Medi vnde Iasonis, Medus amulus uirtutis eius, in honorem matris dicti. Medea, Medeam urbem condidit, regnumque ex nomine \*omne post suo Medorum constituit, sub cuius maiestate \* Orientis ea postea imperium fuit. Albanis uicine Amazones sunt. Loco nomine quarum reginam Thalestrem concubitum Alexandri post Elogenisse, multi autores prodidere. Armenius quoque et ipf sine. Tigris a ce<sup>t</sup> Theffalus, unus de numero ducum Iasonis, recollecta multe leritate incititudine, que amissu Iasoni rege passum uagabatur, Armeni pit vocari: niam condit, a cuius montibus Tigris fluuius modicis prita enim Me mō incrementis nascitur; interiecto deinde aliquanto spedi sagittam tio, sub terras mergitur, atque ita post xxv milium pf appellant. Plin. lib. 6. suum grande iam flumen in regione Sopone emergit, \* Hirodes a sic in paludes Euphratis recipitur. Igitur Mithridates re Plut. appell Parthorum, post bellum Armeniae, propter crudelitatem latur. a senatu Parthico regno pellitur. Frater eius \* Horode

cum regnum uacans occupasset, Babyloniam, quo Mithridates confugerat, diu obfjet, et fame coactos in ditionem oppidanos compellit. Mithridates autem fiducia cognitio- nis ultro se in potestatem Horodes tradit. Sed Horodes plus hostem, quam fratrem cogitans, in conspectu suo trucidari eum iussit: et post haec, bella cum Romanis gestit, Crassumque imperatorem cum filio, et omni exercitu Romano de- leuit. Huius filius Pacorus missus ad persequendas Romani belli reliquias, magnis rebus in Syria gestis, in Parthiam pa- tri suspectus reuocatur, quo absente, exercitus Parthorum relatus in Syria, a Caesio Questore Crassi cum omnibus ducibus trucidatur. His itaque gestis, non magno post tem- pore Romanis inter Cesarem Pompeiumque ciuale bellum oritur, in quo Parthi Pompeianarum partium fuere, et propter amicitiam cum Pompeio bello Mithridatico iun- clam, et propter Crassi necem, cuius filium in partibus Cesarii esse audierant, quem ultorem patris uictore Cesare futurum non dubitabant. Itaq; uictis partibus Pompeianis et Caesio et Bruto, auxilia aduersus Augustum et Antonium misere: et post bellum finem rursum Pacoro duce, cum Labieno imita societate, Syriam et Asiam uastauere: castraque Ven- tidij, qui post Caesium absente Pacoro exercitum Parthicum fuderat, magna mole aggrediuntur: sed ille simulato timore, diu se continuuit, et insultare Parthos aliquantisper passus est: Ad postremum in securos letosque partem legionum emisit, quarum impetu fusi Parthi, in diuersa abidere. Pacorus autem cum fugientibus suis abduxisse secum legiones Roma- nas putaret, castra Ventidij, ueluti sine defensoribus, aggre- ditur. Tunc Ventidius reliqua parte legionum emissa, uni- uersam Parthorum manum cum rege ipso Pacoro interfecit: nec ullo bello Parthi unquam malus uulnus accepert. Hec

cum nuntiata in Parthia essent, Horodes pater Pacori, qui paulo ante uscatam Syriam, occupatam Asiam, à Parthis audierat, uictoremque Pacorum Romanorum gloriabatur, repente filii morte, et exercitus elade auditus, ex dolore ad furorem uertitur. Multis diebus non alloqui quenquam, non cibum sumere, non uocem mittere, ita ut mutus factus uideretur. Post multos deinde dies, ubi dolor uocem laxauerat, nihil aliud quam Pacorum uocabat: Pacorus illi uideri, Pacorus audiri uidebatur: cum illo loqui, cum illo consistere: interdum quasi amissum flebiliter dolebat. Post longum deinde luctum, alia sollicitudo miserandum senem inuidit, quem ex numero xx. filiorum in locum Pacori regem constituat. Multæ pellices, ex quibus generata tam iuuentus erat, pro suis queque solliciti, animum sensi obsidebant. Sed fatum Parthie fecit, in qua iam quasi solenne est reges parricidas haberi, ut sceleratissimus omnium, et ipse Phrabartes nomine, Rex statueretur. Itaque statim quasi nollet mori naturaliter, patrem interfecit, fratres quoque xx. trucidat, sed nec in filiis cessant parricida. Nam cum infestos sibi optimates propter absidua scelera

\*nec esset uideret, \*nec esset qui nominatum rex posset creari, adulteri rex posset aduersus se, et Cæarem latum, bellum cum sedecim milibus dissimilis legionibus intulit: sed grauiter multis præliis uexatus, à Parthia refugit: qua uictoria insolentior Phrabartes redditus, cum multa crudeliter consuleret, in exilium à populo suo pellitur. Itaque cum magno tempore finimas ciuitates, et ad postremum Scythas, precibus fatigatus, Scytharum maximo auxilio in regnum restituitur. Hoc absente, regem Parthi Tyridatem quendam constituerant, qui auditio Scytharum aduentu, magna amicorum maiu

Cæs.

Cæarem, in Hispaniam bellum tunc temporis gerentem, profugit, ob fidem Cæsari minimum filium Phrabartis serens, quem negligentius custoditum rapuerat. Quo cognito Phrabartes legatos statim ad Cæsarem mittit, seruum suum Tyridatem, et filium remitti sibi postulat. Cæsar et legatione Phrabartis auditus, et Tyridatis postulatis cognitis (nam et ipse restitui in regnum desiderabat, iuris Romanorum futuram Partham affirmavis, si eius regnum minoris eorum fuisset) neque Tyridatem dediturum se Parthis dixit, neque aduersus Parthos Tyridati auxilia daturum: Ne tamen à Cæsare nihil per omnia obtentum uideretur, Phrabarti filium sine pretio remisit, et Tyridati quoad manere apud Romanos uellet, opulentum sumptum præberi iubet. Post hæc finito Hispano bello, cum in Syriam ad contionendum Orientis statum peruenisset, metum Phrabartis iniunxit, ne bellum Parthie uellet inferre. Itaque tota Parthia captiuui ex Caſtano, sive Antonij exercitu recollecti, signaque cum his militaria Augusto remissa. Sed et filii nepotesque Phrabartis obsides Augusto dati: plausque Cæsar magnitudine nominis sui fecit, quam armis alius imperator facere potuisset,

## IVSTINI LI LIBER XLIII.

PARTHICIS, Orientalibusque, ac totius prope modum orbis rebus expeditis, ad initia Romanae urbis Trogus, uelut post longam peregrinationem domum reuertitur: ingratu ciuius officium existimans, si cum omnium gentium res gestas illustrauerit, de sola tantum patria taceat. Breuiter igitur initia Romani imperij perstringit

stringit, ut nec modum propositi operis excedat, nec usque originem urbis, qua est caput totius orbis, silentio pretermittat. Itiae cultores primi Aborigines fuere: quorum rex Saturnus tanta iustitia fuisse dicitur, ut neque seruierit sub illo quisquam, neque quicquam priuatae rei habuerit: sed omnia communia et indiuisa omnibus fuerint, ueluti unum Ideo ærariū cunctis patrimonium esset. Ob cuius exempli memoriam Romæ volebant esse in templo Saturni.

cautum est, ut Saturnalibus exæquato omnium iure, possum in conviuis serui cum dominis recumbant. Itaq; Italiam regi nomine, Saturnia, appellata est: et mons quem inhabebat,

Saturnus: in quo nunc ueluti à Iove, pulso sedibus suis seturno, Capitolum est. Post huc tertio loco regnasse Faunum ferunt, sub quo Euander ab Arcadiæ urbe Pallanteo, in

Faunus in Arcadia tēpla Lyceus habet. liam cum mediocrī turba popularium uenit, cui Faunus et agros et montem, quem ille postea Palatinum appellauit, benignè assignauit. In huius radicibus templum Lycei

Ouid. quem Greci Pana, Romani Lupecum appellant, constituit ipsum dei simulacrum nudum caprina pelle amictum et quo habitu nunc Rome Lupercalibus decurritur. Faunus

Fatua. fuit uxor nomine Fatua, que aſſiduè diuino spiritu impletæ uelut per furorem futura præmonebat. Vnde adhuc quin spirari solent, fatuari dicuntur. Ex filia Fauni et Herculis, qui eodem tempore extincto Geryone, armenta uitiorum præmia per Italiam ducebant, stupro conceptus Latinus, procreatur. Quo tenente regnum Aeneas ab Ilio, Troia à Gre- cis expugnata, in Italiam uenit: statimq; prælio exceptus, in aciem exercitum eduxisset, et ad colloquium uocatus, tantam admirationem sui Latino præbuit, ut in societatem regni reciperetur: et Lauinia in matrimonium data, ei gener aſſiceretur. Post haec commune utriusq; bellum aduersus Turnum Rutilorum regem, propter fraudatas Lauiniæ

nuptias fuit, in quo et Turnus et Latinus interierunt. Igitur cum Aeneas iure victorie utroque populo potiretur, urbem ex nomine uxoris Lauiniæ condidit. Bellum deinde Lauinium. aduersus Mezentium, regem Hetruscorum, gesit: in quo cum ipse occidisset, in locum eius Ascanius filius succedit: qui Lauinio relicto, Longam Albam condidit, qua trecentis annis caput regni fuit. Post multos deinde urbis huius reges, ad postremum Numitor et Amulius regno potiti sunt. Sed Amulius cum etate potiore Numitorem oppresisset, filiam eius Rheam in perpetuam uirginitatem, ne quis uindex regni sexus uirilis ex genere Numitoris oriretur, \*demerit: addita iniuria specie honoris, ut non damnata, sed sacerdos electa uideretur. Igitur clausa in luce Marti sacro, duos pueros incertum stupro, an ex Marte conceptos, enixa est. Quo cognito, Amulius multiplicato metu prouentu duorum, pueros exponi iubet, et puellam uinculis onerat, ex quorum iniuria decepit. Sed Fortuna origini Romane propiciens, pueros lupæ alendos obtulit, que amissis catulis, distenta ubera exinanire cupiens, nutricem se infantibus præbuit. quum sapius ad parvulos ueluti ad catulos reuerteretur, rem Faustulus pastor animaduertit, subtrahitque feræ inter greges pecorum agresti uita nutriuit. Martios pueros suis, siue quod in loco Martis enixi sunt, siue quod à lupa, qua in tutela Martis est, nutriti, uelut manifestis argumentis creditum est. Nomina pueris, alteri Remo, alteri Romulo fuere. Adulti inter pastores de uirtute quotidiana certamina et uires et perniciatem auxere. Igitur cum latrones à rapina pecorum industrie frequenterque summouerent, Remus ab iisdem latronibus captus, et ueluti ipse esset, quod in aliis prohibebat, regi offeritur: crini datur, quasi greges Numitoris infestare solitus esset.

Quia deus, aut orculpæ honestior e-  
rat. Li.

Tunc à rege in ultionem Numitori traditur. Sed Numitor adolescentia iuuenis permotus, et in suspicionem expositi nepotis adductus, cum cum nunc lineamentorum filii similitudo, nunc etas expositionis temporibus congruus, anxium teneret, repente Faustulus cum Romulo superuerit, à quo origine cognita pucrorum facta conspiratione, adolescentes in ultionem materne necis, et Numitor in Româ quis vindictam crepti regni armantur. Occiso Amulio, regnum extuixerit, Numitor restituitur, et ibi urbs Romana ab adolescentibus vatienscribitur conditur. Tunc et senatus centum seniorum, qui patres diu autores. Vi- de Solinum. Eti sunt, constituitur: tunc et uicinis connubia pastorum dignitibus, uirgines Sabine rapiuntur, finitimusque populus armis subiectis, primum Italie, mox orbis imperium quatum. Per ea adhuc loporare reges HASTAS PRO DIA.

Sceptra. DEMATE HABEBANT, quas Greci omnes dixerunt. Nam et ab origine rerum pro diis immortalibus ueteres hastas coluere: ob cuius religionis memoriam, adhuc deorum simulacris hastae adduntur. Temporibus Tarquinii regis, ex Asia Phocenium iuuentus, ostio Tyberis inuictam amicitiam cum Romanis iunxit: inde in ultimos Gallie suu- nauibus profecta, Massiliam inter Ligures, et feras gentes Gallorum condidit, magnisque res, siue dum armis se aduersus Gallicam feritatem tuerint, siue dum ultra laces- sūt, a quibus fuerant ante lacesisti, gesserunt. Nanque Phocenii ex ignorantia ac macie terrae coacti, studiosius mare quam terras exercuerunt, pescando, mercando: plerunque etiam latrocino maris (quod illis temporibus gloria habebatur) uitam tolerabant. Itaque in ultimam Oceani oram procedere ausi, in sinum Galicum ostio Rhodani annis duuenere. Cuius loci amoenitate capiti, reuersi domum, reponentes que uiderant, plures sollicitauere. Duces clas- riu

rius et Peranus fuere. Itaque ad regem Segoregiorum, Seanum nomine, in cuius finibus urbem condere gestiebant, amicitiam petentes conueniunt. Forte eo die rex occupatus in apparatu nuptiarum Gyptis filie erat, quam more gentis electo inter epulas genero, nuptum tradere illi parabat. Itaque cum ad nuptias inuitati omnes \* processissent, \* procicebantur et Graeci hospites ad conuiuium. Introducta deinde uirgo, cum iuberetur à patre aquam porrigit ei quem uirum eligeret, tunc omnibus omnibus ad Grecos conuersa, aquam Perano porrigit: qui factus ex hospite gener, locum condende urbis à focero accepit. Condita igitur Massiliam est prope ostia Rhodani annis, in remoto sinu, ueluti in angulo maris. Sed Ligures incrementis urbis inuidentes, Grecos a suis bellis fatigabant. Qui pericula propulsando intantum eruiturunt, ut uictis hostibus in \* Capertinis \* captiuis agris multas colonias constituerent. Ab his igitur Galli et uix cultioris, deposita et mansuetata barbaria, et agrorum cultus, et urbes mœnibus cingere didicerunt. Tunc et legibus, non armis uiuere: tunc et uitem putare, tunc oliuam scire confuerunt. Adeoque magnus et hominibus et rebus impositus est nitor, ut non Grecia in Galliam emigrasse, sed Gallia in Greciam translata uidetur. Mortuo rege Senato, Segoregiorum, a quo locus acceptus condende urbis fuerat, cum regno filius eius successisset Commanus, affirmante regulo quodam, quandoque Massiliam exitio finitimus populis futuram, opprimendamque in ipso ortu, ne mox validior ipsum obrueret, subiectis et illam fabulam: Canem aliquando partu grauidam locum à pastore precario petuisse, in quo páret: quo obtento, iterato petuisse, ut sibi educare eodem loco catulos liceret: ad postremum adultis catulis, fultam doméstico præsidio,

proprietatem loci sibi uendicasse: Non aliter Massilienses  
Quandoque qui nunc inquiliini uideantur, quandoque dominos regionum  
pro aliquan futuros. His incitatus rex, infidias Massiliensibus extraxit.  
do.

\*scirpeis hospitij iure misit in urbem, plures\* scirpis latentes, frondibusque supertectos induci uchiculis iubet, et ipse cum exercitu in proximis montibus delitescit, ut quum nocte predictis aperta portae forent, tempestiuē ad infidias defenserent, urbēisque somno ac uino sepultam armati inuaderent. Sed has infidias mulier quedam regis cognata prodidit, que adulterari cum Greco adolescentē solita, in amplexu uenitnis miserata formam eius, infidias aperit, periculumque declinare iubet. Ille rem statim ad magistratus defert, atque ipsa patefactis infidis, Ligures comprehenduntur, latentesque de scirpis protrahuntur. Quibus omnibus interfectis, infidiam regi infidiae tenduntur. Cesa sunt cum ipso rege hostium

Inde etiam septem nullia. Exinde Massilienses festis diebus porta est, quod cū teleno nemini licuit intrare vrbē. Val. Max.lib.2.

instituta non temporum necessitate, sed recte faciendi consuetudine seruantur. Post hec illis magna cum Liguribus magna cum Gallis fuere bella quæ res et turbis gloriam axit, et uirtutem Græcorum multiplicata uictoria, celebrem inter fuitimos reddidit. Carthaginensem quoque exercitus, cum bellum captis piscatorum nauibus ornatum esset, sepe fuderunt, pacemque uictis dederunt: cum Hispanis amicitiam iuxerunt, cum Romanis propè ab initio condite urbis foedus summa fide custodierunt, auxilijs in omnibus bellis industrie socios iuuerant: que res et uirium fiduciam auxit, et pacem ab hostibus pre-

tit. Cum igitur Massilia fama rerum gestarum, et abundanta opum, et uirium gloria uirente floreret, repente finiti populi ad nomen Massiliensium delendum, ueluti ad commune extinguendum incendium concurrunt. Dux consensu omnium Caramandus regulus eligitur, qui cum magnō exercitu lectissimorum uirorum urbem hostium obsteret, per quietem specie toruæ mulieris, que se deam dicebat, exterrius, ultro pacem cum Massiliensibus fecit: petiōque ut intrare urbem, et deos eorum adorare liceret, cum in arcem Mimerue uenisset, conspecto in porticibus simulacro deæ, quam per quietem uiderat, repente exclamat, illam esse, que se nocte exterriusset: illam, que recedere ab obsidione iussisset. Gratulatisque Massiliensibus, quod animaduerteret eos ad curam deorum immortalium pertinere: torque aureo donata dea, in perpetuum amicitiam cum Massiliensibus iunxit. Parta pace, et securitate fundata, reuertentes à Delphis Massiliensium legati, quod missi munera Apollini tulerant, audiuerant urbem Romanam à Gallis captam incensamque. Quam rem nuntiatam domū publico funere Massilienses prosecuti sunt: aurumque et argentum publicum et priuatum contulerunt, ad exsplendum pondus Gallis, à quibus redemptam pacem cognouerant. Ob quod meritum et immunitas illis decreta, et locus spectaculorum in senatu datus, et foedus aequo iure percussum. In postremo libro, Trogus maiores suos à Volscis originem ducere. autum suum Trogum Pompeium Sertorianō bello ciuitatem Cn. Pompeio \*percepisse dicit: patrum Mithridatico bello turmas Anuli cura, equitum sub eodem Pompeio duxisse, patrem quoque sub qua hodie Caio Cesare militasse, epistolarumq; et legationum, simul penes Cácel et anuli curam habuisse.

# IVSTINI LI-

## BER XLIII.

**H**ISPANIA sicuti Europæ terminos claudit, ita & huius operis finis futura est. Hanc ueteres ab Ibero Greci, Plin. amine primum Iberiam, postea ab Hispaniam cogninauerunt. Hec inter Africam & Galliam posita, Oceanum frato, & Pyrenæis montibus clauditur. Sicut minor ultraque terra, ita ultraque fertilior. Nam neque ut Africa violento sole torretur, neque ut Gallia asiduis uentis fatigatur: sed media inter utraque, hinc temperato calore, inde felicibus & tempestiis imbrisbus, in omnia frugum genera fecunda est, adeò ut non ipsis tantum incolis, uerum etiam Italie, in \*suppetat. bique Romane cunctarum rerum abundantiam\* sufficiat. Hinc enim non frumenti tantum copia magna est, uerum etiam uini, mellis, oleique: nec ferri solum materia preputia est, sed & equorum pernices greges: nec summa tantum terre laudanda bona, uerum & absurorum metallorum felices diuitiae. Iam lini, spartique uis ingens, minij certe nulla feracior terra. In hac cursus annuum non torrentes, rapidique ut noceant, sed lencis, & uincis campisque irrigui, Quacunque aestuarisque Oceani affatim fiscosi. Plerique etiam diuitiis ambitur marini. Plin. lib. vltim. auro, quod in laudibus uehunt. Vno tantum Pyrenæi montis dorso adhaeret Gallie, reliquis partibus undique in oceanum mari cingitur. Forma terre propè quadrata, nisi quod arctantibus fiecti littoribus in Pyreneum cogit. Porro Pyrenæi montis spatium sexcenta millia passuum efficit. Salubritas coeli per omnem Hispaniam, aequalisque aeris spiritus, nulla paludum graui nebula inficitur. Huc accedunt marine aurae undique aduersus assidui flatus, quibus omnem proximam

provinciam penetrantibus, euentilato terrestri spiritu, percipia omnibus sanitas redditur. Corpora hominum ad inediā, laborē inque, animi ad mortem parati. Dura omnibus & stricta pars mononia, bellum quam otium malunt. Si extraeetus deest, domi hostem querunt. Sepe tormentis pro silentio rerum creditarum immortui: adeò illis fortior taciturnitas cura, quam uite celebratur. Eadem etiam bello Punico serui illius patientia, qui ultus dominum inter tormenta risu exultauit, serenaque latitia crudelitatem torquentium uicit. Velocitas genti pernix, inquietus animus, plurimi militares equi, & arma sanguine ipsorum cariora. Nullus, nisi festis diebus, epularum apparatus. Aqua calida lauri post secundum bellum Punicum à Romanis didicere. In tanta seculorum serie nullus illis dux magius, preter Viriatum fuit, qui annos decem Romanos uaria uictoria fatigauit (adeò feris propiora, quam hominibus ingenia sunt) quem ipsum non iudicio populi electum, sed ut cauendi scientem, declinans dorumque periculorum peritum, sequiti sunt. Cuius ea uirtus, continentiaque fuit, ut cum Consulares exercitus frequenter uicerit, tantis rebus gestis non armorum, non uerbi cultum, non denique uictum mutauerit: sed in eo habitu, quo primum bellare coepit, perseveruerit, ut qui uis gregarius miles ipso imperatore etiam opulentior uidetur. In Lusitania iuxta fluuium Tagum, equas uento concipere Flante Fauo multi autores prodiderunt: que fabula ex equarum facunditate, & gregum multitudine nata sunt, qui tanti in Galicia & Lusitaniam, ac tam pernices iufuntur, ut non immitius ipso uento concepti uideantur. Gallici autem Graecam sibi originem asserunt. Siquidem post finem Troiani bellii, Teucrum morte Aiaci fratri inuisum patri Telamoni, quem non reciperetur in regnum, Cyprum concessisse, atque Interfecto Hasdrubalem Val. Max.

atque ibi urbem nomine antique patriæ Salaminam condidisse: Inde accepta opinione paternæ mortis, patriam repetere.

\*Euryce tisse. Sed quum ab \* Eurydice Aiacis filio, accessu prohibetur, Hispaniae littoribus appulsum, loca, ubi nunc est Cartago noua, occupasse, inde Galliciam transisse, positumque

Circa Baeti= sedibus genti nomen dedisse. Gallicæ autem portio, Amphi-  
cam.

lochi dicuntur. Regio cum æris & plumbi uberrima, tum  
minio, quod etiam vicino flumini nomen dedit. Auro quo-  
que ditissima, adeò ut etiam aratro frequenter glebas aurea  
excindant. In huius gentis finibus sacer mons est, quem ferro  
uiolari nefas habetur. Sed si quando fulgere terra profissi  
est (que in his locis aſſidua res est) detectum aurum uelut  
Dei munus colligere permititur. Foemine res domes̄ticas,  
agrorūmque culturas administrant, ipsi armis & rapinis  
scruiunt: præcipua his quidcm ferri materia, sed aqua ipso  
ferro violentior. Quippe temperamento eius ferrum acrum  
redditur: nec ullum apud eos telum probatur, quod non aut  
Bilbili fluui, aut Chalybe tingatur. Vnde etiam Chalybes  
fluui buius finitimi appellati, ferróque cæteris præstare de-  
cuntur. Saltus uero Carthiforum, in quibus Titnas bellum  
aduersus Deos gesſiffe proditur, incoluere Curetes: quo-

Dissentit à rum rex uetustissimus Gargoris, mellis colligendi usum pri-  
mus inuenit. Huic cum ex filiæ stupro nepos prouenisset,  
pudore flagitiij uariis generibus extingui paruum uoluit:  
sed per omnes casus fortuna quadam seruatus, ad postremum  
ad regnum tot periculorum miseratione peruenit. Primum  
omnium cum eum exponi iussisset, & post dies ad corpus  
expositi requirendum mississet, inuentus est uario ferarum la-  
cte nutritius. Deinde relatum domum, tramite angusto, per  
quem armenta commeare consueuerant, prolixi iubet: crudi-  
olis prorsus qui proculari nepotem, quam simplici morte  
interfici

interfici maluit. Ibi quoq; cum iniuiolatus esset, nec alimen-  
tis egeret, canibus primo ieunis, & multorum dierum ab-  
ſtinentia cruciatis, mox etiam suibus obiuci iubet. Itaque cum  
non solum non nocerent, uerum etiam quarundam überibus  
aliceretur, ad ultimum in Oceanum obiuci iuſſit. Tum plane  
manifesto quodam numine inter furentes ætus, ac recipro-  
cantes undas, uelut naue, non fluctu uicheretur, leni fallo in  
littore exponitur: nec multo pōst, cerua affuit, que ubera  
paruulo offerret. Inde denique conuersatione nutricis exi-  
mia puero pernitas fuit: interq; ceruorum greges diu mon-  
tes, saltusq; haud inferior uelocitate peragravit. Ad postre-  
mum laqueo captus, regi datus dono est. Tunc ad lineamen-  
torum similitudinem, & ex notis corporis, que inustæ par-  
uulo fuerant, nepos agnitus. Admiratione deinde tot casuum  
periculorumque, ab eodem successor regni destinatur. No-  
men illi impositum Habidi: qui ut regnum accepit, tante ma-  
gnitudinis fuit, ut non fruſtra deorum maiestate periculis  
eruptus uideretur. Quippe barbarum populum legibus iuri-  
xit: & boues primò aratro domari, frumentaq; sulco scerere  
docuit, & ex agresti cibo melioribus uesci, odio eorum que  
ipse passus fuerat, homines coēgit. Huius casus fabulosi ui-  
derentur, nisi & Romanorum conditores lupa nutriti, &  
Cyrus rex Perſarum carne aliis proderetur. Ab hoc & mi-  
nisteria seruilia populo interdicta, & plebs in septem urbes  
diuīta. Mortuo Habide regnum per multa secula a successo-  
ribus eius retentum est. In alia parte Hispaniae, & que ex  
insulis constat, regnum penes Geryonem fuit. In hac pabu-  
li tanta letitia est, ut nisi abstinentia interpellata sagina fue-  
rit, pecora rumpantur. Inde denique armenta Geryonis,  
que illis temporibus sole opes habebantur, tante fame  
fuere, ut Herculem ex Asia præde magnitudine illexerint.

Vide lactis  
materni  
vim.

Porro

Geryon tri- Porro Geryonem ipsum non triplicis nature, ut fabulis pra-  
corpor, vnde ditur, fuisse ferunt, sed tres fratres ante concordia exitissi,  
\* regere ut uno animo omnes\* regi uideretur: nec bellum Herculi su-  
sponte intulisse: sed quum armenta sua rapi uidissent, amissi  
bello repetisse. Post regna deinde Hispanie, primi Carthagi-  
nienses imperium prouinciae occupauere. Nam cum Gadita-  
ni à Tyro, uide et Carthaginensium origo est, sacra Hen-  
culis per quietem iusfi in Hispaniam transtulissent, urbem  
ibi condidissent, inuidentibus incrementu noue urbis, fru-  
mis Hispanie populis, ac propterea Gaditanos bello laet-  
sentibus, auxilium consanguineis Carthaginenses miserunt.  
Ibi felici expeditione et Gaditanos ab iniuria uendicauerunt  
et maiorem partem prouinciae imperio suo adiecerunt.  
Postea quoq; bortantibus prime expeditionis auspiciis, Ha-  
nnilarem imperatorem cum magna manu ad occupandam  
prouinciam miserunt: qui magnis rebus gestis, dum fortunam  
inconsultius sequitur, in insidiis deductus, occiditur. In huic  
locum gener ipsius Hasdrubal mittitur, qui et ipse a seruo  
Hispani cuiusdam, ulciscente domini iniustam necem, interfa-  
ctus est. Maior utroque Annibal imperator Annilcaris filius  
succedit. Siquidem res gestas utriusq; supergressus, uniuersam  
Hispaniam domuit: inde Romanis illato bello, Italiam pa-  
anno sexdecim uariis cladi bus fatigauit: cum interea Roma-  
ni, misis in Hispaniam Scipionibus, primò Poenos prouincia  
expulerunt. Postea cum ipsis Hispanis grauiam bella gesserunt  
nec prius perdomite prouinciae iugum Hispanie accipen-  
potuerunt, quam Cæsar Augustus perdomito orbe, uictoria  
ad eos arma transtulit, populumque barbarum ac ferum, le-  
gibus ad cultiorem uite usum traductum, in formam pro-  
uincia rediget.

F I N I S.

DE

## VITAE ET MO-

RVM C. IVLII CÆSA-

RIS DICTATORIS PER-

petui Epitome ex Ioan.

Baptista Egna-  
tio Veneto.

A I V S Iulius Cæsar L. Cæsar is, et Aure-  
liae filius natus fuit Romæ C. Mario et L.  
Valerio Flacco Coss. ad 4. Idus Quintileis:  
qui mensis post eius mortem lege Antonia  
Iulius est ea causa dictus: educatus apud Au-  
reliam matrem C. Cottæ filiam, et Iuliam amitam C. Marij Egnatij Epi-  
coniugem: unde illi patricio amor plebeie factionis, et odii tome.  
Sylle. Primus hic perpetuam dictaturam inuasit. Debellata

enim intra decennium Gallia, tentata tunc primum Britan-  
nia, et Germanis in sylvas ac paludes suas compulsis, in Ita-  
liam descendit: eaque solita celeritate recepta, Hispaniisque  
pacatis, Pompeium Magnum Pharsalicu prelio fudit. Cum-  
que de omnibus hostibus triumphasset, tandem amicissimo-  
rum coniuratione tribus ac uiginti uulneribus confossum, pe-  
riit, atatis anno sexto et quinquagesimo. Dictatura uero  
initæ anno 111. Vir pacis bellique artibus et in primis cle-  
mentia longè clarissimus: si libertatis assertor, quam inuasor  
esse maluisset. Hæc Egnatius. Nihil in hoc Cæsare defuit, in eum illa-

Cæsaris in-  
teritus, vi-  
ginti tribus  
vulneribus  
tis.

quentia, vigor, constantia, militaris disciplina, omniumq; al-  
tissimarum artium studium, et, quod ad gratiam conciliandum  
plurimum ualeat, mira quedam liberalitas: quibus ille gradibus  
ex humili fortuna ad summum rerum humanarum peruenit  
fastigium.

DE

# DE VITA ET MORIBVS IMPERATO.

rum Romanorum, excerpta ex libris Sexti  
Aurelij Victoris, à Cesare Au-  
gusto usq; ad Theodosium  
Imperatorem

## D. CÆSAR OCTAVIA- NVS AVGVSTVS.



**A**NON Orbis conditæ DC CXXII, exactis uero regibus CCCCLXXI, mos Romæ repetitus, uni prorsus pare pro rege Imperatori, uel sanctiori nome Augusto appellato. Octavianus igitur pannii argentei Octavio Senatore genitus, maternum genus ab Aenea patrum, patre Iuliam familiam sortitus, adoptione uero C. Caesaris magadstipulatorem Cicero dicitur, deinde ob uictoriam Augusti dicit fuisse, cognominatus est. Iste in imperio positus, Tribunitianum quoru vter- testatem per se exercuit. Regionem Aegypti inundatione preca- que Nili accessu difficultem, iniuiamque paludibus, in prouinciam questu forman rededit. Quam ut annona urbis copiosam efficerit fecerit.

Ob id hor- cit. Huius tempore ex Aegypto urbi annua ducenties centrum popu- na millia frumenti inferebantur. Iste Cantabros & Aquili Roma ap- nos, Rhetos, Vindelicos, Dalmatas, numero prouinciarum pelant.

populi Romani coniunxit: Sucuos, Cattosque deleuit, & cambros in Galliam transstulit, Pannonios stipendiarii iecit, Getarum populos, Bastarnasque lacesitos bellum concordiam compulit. Huic Persæ obsides obtulerunt, cre- dique regis arbitrium permiserunt. Ad hæc Indi, Scythæ

Garamantes,

Garamantes, Aethiopes, legatos cum donis miserunt. Adeò denique turbas, bella, simultates execratus est, ut nisi iustis de causis nunquam genti cuiquam bellum indexerit. Iactantisque esse ingenij, & leuissimi dicebat ardore triumphandi, & ob lauream coronam, id est, folia infructuosa, in discrimen per incertos euentus certaminum, securitatem ciuium precipitare. Neque imperatori bono quicquam minus, quam te- meritatem congruere. Satis celeriter fieri, quicquid commode gereretur. Armâque, nisi maioris emolumenti causa, ne- quaquam mouenda esse, ne compendio tenui, iactura graui petita uictoria, similes fit hamo aureo pescantibus, cuius ab- rupti amissaque detrimentum nullo capture lucro pensari potest. Huius tempore trans Rhenum uastatus est Romanus exercitus, atque Tribuni & Proprætor cœsus. Quid intan- tum accidisse perdoluit, ut cerebri uulido incursi parietem pulsaret, ueste capillaque, ac reliquis lugentium indicis de- formis. Auunculi quoque inuentum uehementer arguebat, qui milites commilitones nouo blandoque more appellans, dum affectat carior fieri, autoritatem principis emolliuerat.

Denique erga ciues clementissime uersatus est. In amicos fi- dux extitit: quorum precipui erant ob taciturnitatem. Me- ecenas, ob patientiam laboris modestiamque Agrippa. Di- ligebat pretere Vergilium: rarus quidem ad accipiendas amicitias, ad retinendas constantissimus. Liberalibus stu- diis, presertim eloquentia in tantum incumbens, ut nullus ne in procinctu quidem laberetur dies, quin legeret, scri- beret, declamaret. Leges alias nouas, alias correctas protulit suo nomine. Auxit, ornauitq; Romanæ edificiis multis, isto gloriens dicto, VRBEM LATERITIAM RE- PERI, RELINQVO MARMOREAM. Fuit mitis, gratus, ciuilis animi & lepidi, corpore toto pulcher,

Quintili  
Vare, redde  
legiones.

s fed

sed oculis magis: quorum aciem clarissimorum syderum modo uibrans, libenter accipiebat cedi ab intendentibus tanquam solis radiis aspectu suo. A cuius facie dum quidam miles se auerteret, et interrogaretur ab eo, cur ita ficeret, respondit: Quia fulmen oculorum tuorum ferre non possum. Nec tamen uir tantus uitii caruit: fuit enim paleolum impatiens, leniter iracundus, occulte inuidus, palam factiosus. Porro autem dominandi supra quam astinui potest cupidissimus: studiosus alee lusor. Cumque esset illi ac uiri multi, aliquatenus uero somni abstinentis, seruicis tamen libidini usque ad probrum vulgaris fame. Nam inter duodecim catamitos, totidemque puellas accusare fuitus erat. Abiecta quoque uxore Scribonia, amore alieno coniugis possessus, Liuiam quasi marito concedente sibi coniuxit: cuius Liuiae iam erant filii Tiberius et Drusus. Cumque esset luxuria seruiens, erat tamen eiusdem uitio verissimus ulti: more hominum, qui in uiscendis multis quibus ipse uehementer indulgent, acres sunt. Nam et poëtam Ouidium, qui ex Naso, pro eo quod tres libellos amatorie artis conscripsit, exilio damnauit. Quodque est laeti animi, uel amici, oblectabatur omni genere fructuorum, præcipue ferarum incognita specie, et infinito numero. Annos septem et septuaginta ingressus, Nola morbo interiuit: quanquam discribant, dolo Liuiae extinsum, metuentis, ne quia priuignæ filium Agrippam, quem odio nouercali in insulam relegauerat, reduci competeret, eo sumnam rerum adepto, pœnas daret. Igitur mortuum, seu necatum, multis nouisque honoribus senatus censuit de corandum. Nam preter id quod ante patrem patria dixrat, templo tam Rome, quam per urbes celeberrimas i consecravit, cunctis uulgò iactantibus. Vtinam aut non

Ouidius  
relegatus in  
Tomum,

et acuitorum, præcipue ferarum incognita specie, et infinito numero. Annos septem et septuaginta ingressus, Nola morbo interiuit: quanquam discribant, dolo Liuiae extinsum, metuentis, ne quia priuignæ filium Agrippam, quem odio nouercali in insulam relegauerat, reduci competeret, eo sumnam rerum adepto, pœnas daret. Igitur mortuum, seu necatum, multis nouisque honoribus senatus censuit de corandum. Nam preter id quod ante patrem patria dixrat, templo tam Rome, quam per urbes celeberrimas i consecravit, cunctis uulgò iactantibus. Vtinam aut non

nascetur, aut non moreretur. Alterum enim pessimum incepti, exitus præclari alterum. Nam et in adipiscendo principatu, oppressor libertatis est habitus: et in gerendo ciues sic amauit, ut tridui frumento in horreis quandam uiso, statuisse ueneno mori, si e prouincis classes interea non uenirent: Quibus aduectis, felicitati eius salus patriæ est attributa. Imperauit annis quinquaginta, et vi. xii cum Antonio, xl. uero et quatuor solus. Qui certe nunquam aut reipublicæ ad se potentiam traxisset, aut tandem ea potiretur, nisi magnis nature et studiorum bonis abundasset,

## CLAVDIVS TIBERIVS.

Claudius Tiberius Liuie filius, Cæsar's Octavianus priuignus, imperauit annis uiginti quatuor. Iste qui Claudius Nero dicebatur, eleganter à iocularibus Caldius Biberius Mero, ob uinolentiam nominatus est. Satis prudens in armis, satisque fortunatus ante sumptum imperiū sub Augusto fuit, ut non immerito reipublicæ dominatus ei committeretur. Inerat ei scientia literarum eloquio clarior, sed ingenio pessimō, truci, auaro, infidojo, simulans ea se uelle, que nollet: His quasi infensus, quibus consultum cupiebat: his uero quos oderat, quasi benevolus apparens. Repentinis reuisionibus aut consilii melior quam meditatis. Denique delatum a patribus principatum, quod quidem astu perfecerat, sicut abuere, quid singuli dicarent, uel sentirent, atrociter explorans: que res bonos quosque pessimū dedit. Aestimantes enim ex animo eum longa oratione imperialis molestia magnitudinem declinare, cum sententias ad eius uoluntatem promunt, incessere exitia postrema. Iste Cappadocas in prouinciam remoto Archelaō regem eorum, redigit: Gætulorum latrocinia repressit

Nerones lin  
gua Sabina  
fortes appell.  
Tranq.

Marabodium Sueorum regem, callide circumuenit. Cum immanni furore infantes, noxios, suos pariter externosq; panniret, resolutis militiae artibus, Armenia per Parthos, Mæsia à Dacis, Pannonia à Sarmatis, Gallia à finitimis, gentibus direpta sunt. Iste post LXXVIII. annum ex mensis IIII. insidiis Caligula extinctus est.

## C. CAESAR CALIGULA.

**C**Aligula imperauit annos IIII. Iste filius fuit Germanici: & quia natus in exercitu fuerat, cognomenum calcamenti militaris, id est, Caligula, sortitus est. Ante principatum omnibus carus, acceptusque fuit: In principatu uero talis, ut non immerito uulgaretur, atrocicrem illo de minim non fuisse. Denique tres sorores suas stupro mactauit. Incedebat habitu deorum suorum, lumen ob incensum

Quamobrem de malis principiis scriba tur. è choro autem Bacchanalia Liberum se asserebat: de qua nescio an decuerit memorie prodi, nisi forte quia iudea principibus nosse omnia, ut improbi saltē fame metuuntur. In palatio matronas nobiles publice libidini jucicet. Primus diadema imposito, dominum se iusit appellari. In spatio trium nullum quod in sinu Puteolano moles iacet, duplice ordine naues contexens, arena & gestu, ad terrae speciem uiam solidatam, phalerat equi insignisque ærea corona, quasi triumphans indutus auro paludamento, curru biungi decurrat. Dehinc a militibus fossus, interiit.

## CLAVDIUS TIBERIVS.

\*Decimi Laudius Tiberius, \*Drusus, Tiberij, fratri filius, C. ligule patruus, imperauit annos quatuordecim. Ille cum senatus censuisset gentem Cesaram exterminari, de formâ latibra, latens, repertus à militibus, quia uocerat, et multissimus uidebatur imprudentibus. Imperio effectu

effectus est. Hic uentri, uno, libidini foedæ obediens, uecors & probè hebes, ignavus ac pauidus, libertorum, & coniugis imperii subiectus fuit. Huius tempore Scribonianus, Caecilius intra Dalmatas imperator creatus, continuò occiditur. Mauri prouinciis à Cesare pulsi, caesa Musalamorum manus est. A qua Claudia Rome introducta. Huius uxor Messalina, primo clam, mox passim quasi iure, adulteriis uectibus: ex quo factò plures metu abstinentes, extincti sunt. Dehinc atrocius accensa, nobiliores quasque nuptas & uirgines, scortorum modo secum proposuerat, coactaque mares ut adessent. Quid si quis talia horuerat, adfacto crimine, in ipsum, omnemque familiam sauebatur, ut magis uideretur sub imperatore uiro, quam imperatori nupta esse: ita liberti eius potestatem summam adepti, stupris, exilio, cede, proscriptionibus omnia foedabant. Ex quibus Felicem legionibus Iudeæ prefecit: Possidio enunchio post triumphum Britannicum, inter militarium fortissimos, arma insignia tanquam participi uictoria dono dedit: Polybum inter consules medium incedere fecit. Hos omnes anteibat Narcissus ab epistolis, dominum se gerens ipsius domini: Pallas pretoriis ornamenti sublimatus, adeò diues, ut causante eō inopiam fisci, lepidissime famoso elogio uulgoatum sit. Abunde ei pecuniam fore, si à duobus libertis in societatem recipere tur. Huius temporibus uisus est apud Aegyptum Phœnix, quam ferunt uolucrem anni. D. ex Arabia memoratos locos aduolare: atque in Aegeo mari repente insula emerit. Hic Agrippinam, Germanici fratri filiam, uxorem duxit, quæ filio imperium procurans, primò priuignos insidiis multiformibus, dehinc ipsum coniugem ueneno intenerunt. Vixit annis sexagintaquatuor, cuius funus, ut quoniam Moguntiadam in Tarquinio Prisco, diu occultatum, dum arte maleficū putant.

Posset hoc etiam hodie in reges dici.

\* Hoc falsum esse Plin. lib. 10. sribit.

bri corrupti custodes agrum simulauit, Nero priuigio imperij ura suscepit.

## DOMITIVS NERO.

**D**omitus Nero, Patre Domitio Aenobarbo genitus, Matre Agrippina, imperauit annis tredecim. In quinquennio tolerabilis uisus. Inde quidam prodidit Trajanum solitum dicere, procul distare cunctos principes Neronis quinquennio. Hic in urbe amphitheatrum & laetacra construxit. Pontum in ius prouincie Polemonis Reguli permisso rededit, à quo Polemoniacus pontus applicatus est: idemque Cottias Alpes, Cottio rege mortuo. Nonque dedecore reliquum uite egit, ut pudeat memoria huiusmodi quenquam. Eò progressus est, ut neque sine, neq; aliorum pudicitie parcens, ad extreum amictus nubatum virginum specie, palam conuocato senatu, dote dicti cunctis festa de more frequentibus, nuberet. Pelle testa serere, utriq; sexu genitalia uultu contrectabat: matrem eius stupro contaminauit, quāq; postmodum intererūt. Orationem ex Sabinam cogiomento Poppeam, in matrimonium duxit, viris earum trucidatis. Tunc Galba in Hispania praeceps, & C. Julius imperium corripiere. Vbi aduentare Naso Galbam didicit, Senatusq; sententia constitutum, ut monachorum collo in fuscam coniecto, uirgis ad necem cedere desertus undiq; noctis medio egressus urbem, sequentia Phaone Epaphrodito, Neophytoq; & spadone Sporo, quondam Nero exercitum formare in mulierem tentauit semet ictu gladij transfigit, adiuuante trepidantem manu impuro, de quo diximus, eunucio Sporo: quem sane priuillo reperto, à quo feriretur, exclamaret, Itane nec an cum habeo, nec uamicum: dedecoro se uixi, turpis perca. Periit anno etatis xxxii. Hunc Persse intauum dilexerunt.

ui legatos mittcent, orantes copiam construendi monimenta. Ceterum adeò cuncte prouincie, omnisque Roma interitu eius exultauit, ut plebs induita pileis manumissionum, Pileum sustinquam seu exempta domino, triumphare haret.

## SERGIVS GALBA.

**G**alba nobili Sulpitiorum genere progenitus, imperator menses septem, diesq; totidem. Iste in adolescentes infamis, ad uescendum intemperans fuit, trium amicorum consilio, id est, Junij, Cornelij, & Caelij, cuncta disponit: adeò ut inter Palatinas ades, partier & uulgò pedagogi dicerentur. Hic ante sumptuam dominationem, multas prouincias egregie administravit, militem securissime tractans, ita ut ingresso eo castra, uulgaretur statim, Disce militare miles. Galba est, non Getulicus. Cum LXXIII. etatis annum agearet, dum factione Othonis accusatas legiones, lorica testus: lenire contendret, ad lacum Curtium casus est.

## OTHO \* SALVIUS.

**S**alvius Otho splendidis ortus maioribus ex oppido Fecrentino, imperauit menses quatuor. Vita omni turpis, maxime adolescentia. Hic à Vitellio primum apud Placentiam, xcv. dies redebinc apud Bebriacum uictus, semet gladio transfixit, anno gnasse scribit Tranq. etatis xxviii. adeò amabilis militibus propriis, ut plebeique corpore eius uiso, suis manibus interierint.

## \*SYLVIVS

Tranq.

xxviii.

Tranq.

## AVLV S VITELLIVS.

**V**itellus ortus familia nobilis, patre Lucio Vitellio tertio cōsule, imperauit menses viii. Iste mēte crudelis, auarissime cū profusione fuit. Huius tempore, Vespasianus in Oriente principatus abripuit: à cuius militib⁹ certamine sub muriis urbis habitu, supatus, & palatio quo se abdiderat Vitellius, uisus est à tergo manibus productus, circūducitur ad spectaculum uulgi. Ac ne homo impudens, in extremis salie malorū que-

gesserat, rubore faciem demitteret, subiecto in mentu gladio, seminudus, multis ceno, fino, et ceteris turpioribus dictu purgamentis uultum eius incessentibus, per scalas Gemorias. Inde vno trahitur, ubi Sabinum Vespasiani fratrem necari permiserat, numerosis istibus confessus interiit. Vixit annis quinquaginta septem. Hi omnes quos paucis attigi, precipue Caesarum gens, adeo literis culti, atque eloquentia fuere, ut nunc cunctis uitiis, absque Augusto, nimis forent, profecto transiissent immoda flagitia.

## VESPASIANVS.

**V**espasianus imperauit annis decem. Huius intercata era bona illud singulare fuit, inimicitias obliuisci, adeo ut Vitellij hostis sui filiam locupletissime dotaram, splendidissimo coniungeret viro. Ferebat patienter amicorum motus, contumelias eorum, ut erat facetissimus, dictis iocularibus respondens. Nanque Licinium Mutilium, quo adiutore ad imperium peruererat, fiducia meritorum insolentem flectebat, exhibito aliquo utrique familiari, id unum dicens, Nostri me uitrum esse. Sed quid mirum in amicis, cum etiam caufidicorum obliqua dicta, et philosophorum contumaciam contemneret? Iste exanguem diu, fessumque terrarum orbem breui refecit. Nanque primum satellites tyrannidis, nisi qui ferre atrocius longe processerant flectere positi maluit, quam execruiatos delere, prudentissime ratus, nefaria ministeria a pluribus meiu curari. Præterea legibus equisimis monendo, quodq; uehementius est, uitæ specie uitiorum plura aboleuerat. Infirmus tamen, ut quidam præputant, aduersus pecuniam, cum satis constet, ararij inopia, et clade urbium, nouas cum, neque postea habitas uectigalium pensiones exquisuisse. Hic Romanum deformatum incendiis ueteribus, ac ruinis, permisso, si domini decesserint, uolen-

uolentibus edificandi copia, Capitolium, adem Pacl, Claudiq; monumenta reparauit: multaq; noua instituit per omnes terras, quæ ius Romanum est, renouatae urbes cultu egregio: uie operibus maximis munixa sunt. Tunc cauati montes per Flaminiam sunt prono transgressi, que uulgariter Pertusa petra uocatur. Mille gentes composite, cum ducentas æger rimæ reperisset, extincta sauvitia tyrranorum plerisque. Rex Parthorum Vologeses, metu solo in pace coactus est: Syria seu Palestina, necnon Cilicia, Tracheta, et Comagene, quæ hodie Augustophratesem nominamus, prouincias accessere: Iudei quoq; additi sunt. Hic mouentibus amicis, ut caueret à Metio Pomposiano, de quo sermo percrebuerat, regnatum, Consulem facit, alludens tali cauillo. Quandoq; memor Optimum erit tanti beneficij. Instituū uero uniforme, omni imperio te= hoc est ad null. Vigilare de nocte, publicisq; actibus absolutis caros abolendam inuidiam.

Vigilare de nocte, publicisq; actibus absolutis caros abolendam inuidiam.

Vigilare de nocte, publicisq; actibus absolutis caros abolendam inuidiam.

Plura dicere stuidum coegit imperatoris boni, quem ab Augusti morte post annos V. I. et L. Romana Respub. exanguis sauvitia tyrranorum, quasi fato quodam, ne penitus rueret, adsecuta est. Itaque annum agens uitæ absque uno septuagesimum, seris ioca, quibus delectabatur, admiscens, interiit. Quippe primò cum crimitu sydus apparuerat: Istud, inquit, ad regem Persarum pertinet, cui capillus effusior. Deinde uenitris in gluviæ fessus, et affurgens,stantem, ait, imperatorem excedere terris decet.

## TITVS.

**T**hus uocabulo patris etiam Vespasianus distus, mætre liberta Domicilla nomine genitus, imperauit annos

Delicia humani generis.

nos duos, & menses i. diēsque uiginti. Iste à puerō praeclaris studiis, probitatis, militia, literarum instantissime de-ditus, quō contendet, animi & corporis munribus ostendit. Hic ubi patria curam suscepit, incredibile est, quantum quos imitabatur anteierit, praecipue clementia, liberalitate, honorificentia, ac pecuniae contemptu: quæ eō amplius grata fuere, quod ex nonnullis à priuato adhuc priuatis asperior, luxuria que & auaritiae amans credebatur fore. Namque præfeturam prætorianam patre imperante ad-eptus, suspectum quemque & oppositum sibi immisit qui per theatra & castra inuidiosi iactantes ad portam posce-rent, quasi criminis coniuctos oppreßit. In quis Cæcinniam consularē adhibitum exē, uixdum tricliaio cōgressum, ob suspicionem stuprati Berenicis uxoris sue, iugulari iuf-fit. Iurgia autem sub patre uenundata, rapinarum cupidum: unde Neronem cuncti uocantes opinantesque, sumnam re-rum nactum, graviter acceperant. Sed hec in melius con-uersa, adeo ei immortalem gloriam contulcre, ut delicie atque amor humani generis appellaretur. Denique ut subiit pondus regium, Berenicen nuptias suas sperantem, regredi domum, & encruatorum greges abire præcepit: quo facto, quasi signum protulit mutate intemperantie. Dehinc cion donata, concessa uè a prioribus principibus firmare infe-quentes solerent: simul ut imperium cepit, italia posidentibus edicto sponte cauit, uel concepit. Quadam etiam die, recora-dans uesperi, nihil se cuiquam præstitisse, uenerando co-lesisti dicto. Amici aut, PER DIDIMVS DIEM: quid erat magnificæ liberalitatis. Clementiam uero usq; eo per-duxit, ut amplissimi ordinis duo, cum aduersus eum con-u-rassent, neque abnuere cogitatum scelus quirent, monuerit primo: post deductos in spectaculum se utrinque asidere iusserit:

iussit: petitoque ex industria miruillorum, quorum pu-gne uisebantur, gladio, quasi ad explorandam aciem, uni at-que alteri commisit: quibus perculis, & constantiam mi-rantibus diceret. Videatisne POTES TATES FATO Potestas fa-DARI, frustraque tentari facimus potiundi spe, uel amit= to datur. tendi metu? Fratrem quoque Domitianum parantem insi-diis, miliumque animos solicitantem, flens saepius obtestatus est, ne parricidio adsequi cuperet, quod & se uolente esset obuenturum ei, etiam haberet, cum sit particeps potestatis. Huius tempore mons Vesuuius in Campania ardere coepit, incendiūq; Rome sine nocturna requie per triduum fuit: lues quoque, quanta uix unquam antea fuit. Quibus tamen malis nonnullis uexatis, pecunia propria subuenit cunctis remediorum generibus: nunc ægrotantes per semetipsum reficiens, nunc consolans suorum mortibus afflitos. Vixit annos quadragesita unum, & in codicim, quo pater apud Sabi nos, agro, febre interiit. Huius mors credi uix potest, quan-tum luctus urbi, prouinciisq; intulerit, adeo ut eum delicias publicas, sicut diximus, apellantes, quasi perpetuo custode orbatum terrarum orbem defenserit.

## DOMITIANVS.

**D**omitianus & Domicille libertæ filius, germanus Titii, imperauit annis x v. Iste primò clementiam si-mulans, neque adeo iners, domi bellique tolerantior uides batur: idcircoque Cattos Germanosque deuicit, ius æquissi-mè dixit. Rome multa ædificia uel copta, uel à funda-mentis construxit: bibliothecas, incendio consumptas, pe-titis undique, præsertim Alexandria exemplis, reparauit. Sagittarum tam doctius fuit, ut inter patentes digitos exten-te manus, uiri procul positi spicula transuolarent. Dehinc atrox, sedibus, bonorum supplicia agere coepit, ac more Caligula

Caligula domum fere, deumq; dici coegerit, signisque ridicule remotis omnibus, muscarum agmina persequebatur: furens libidine, cuius foedum exercitium Graecorum lin-  
xlii. πάλης γα κλινοπάλην uocabat. Hinc percunctanti cuidam, quisquam in palatio esset, responsum est, Ne musca quidem. His eius sauitis, ac maxime iniuria uerborum, qua se scortum uocari dolebat, accensus Antonius, curans Germaniam superiorem, imperium corripuit. Quo per Normaniū Appium acie strato, Domitianus longe deterior in omne hominum genus, etiam in suos ferarum more grassabatur. Igitur metu crudelitatis, et conscientiae sue coniurauere plerique, impulsoribus Parthenio procurante cubiculum, et Stephano: et tum ob fraudem interceptae pecuniae, supplicium suspectante Clodiano, adscita etiam in consilio tyranni uxore Domitia, ob amorem Paridis histrionis a principe cruciatus formidante, Domitianum multis vulneribus confidunt, post annum v. et x l. uite. At Senatus gladiatoris more fuisse efferri, radendumq; nomen decreuit. Huius tempore seculares ludi celebrati sunt.

## COCEIVS NERVA.

**H**AECENUS ROMÆ, seu per Italiam orti imperium rexere, hinc aduenæ: unde compertum est, urbem Romanam extenorū uirtute creuisse. Quid enim Nerua prudenter aut moderatius? quid Traiano diuinus? quid praestans Adriano? Cocceius Nerua oppido Narrienſi genitus, imperauit menses x i i i. dies x. iste quum imperium suscepisset, mox rumore orto, uiuere atque affore Domitianum, perinde trepidauit, ut colore mutato, uerbis amissis, uix confisteret: sed a Parthenio confirmatus, recepta fiducia, ad soleme delnimentum conuersus est. Qui cum in curia a senatu gratanter exceptus esset, solus ex omnibus

Arrius

Arrius Antonius, vir acer, eique amicissimus, conditionem imperantium prudenter exprimens, amplexus eum, gratulari se ait Senatui et populo, prouinciisque, ipsi autem nequaquam: cui satius fuerat malos semper principes eludeare, quam tanti oneris uim sustineare, non molestius modo et periculis subici, sed fame etiam inimicorum pariter et amicorum, qui quum se mereri omnia presumunt, si quicquam non extorserunt, atrociores sunt ipsis quoque hostibus. Ita quicquid antea poenæ nomine tributis accesserat, indulxit: afflictas ciuitates releuauit: puellas, puerosque natos parentibus egestosis, sumptu publico per Italiæ opida ali iussit. Hic ne accessu maleuolorum terroretur, Iunij Mauritiū constantis uiri dicto ita admonetur. Qui conuicio familiaris adhibitus, cum Veientonem consulari honore suuictum quidem, apud Domitianum tamen multos occultis criminationibus persecutum, adesse uidisset, inter colloquia mentione Catuli facta, calumniatoris precipui, dicens Nerua, Quid nunc faceret, si Domitiano superuixisset? Nobiscum, inquit Mauritius, coenaret. Hic iurgiorum disceptator et scientissimus et frequens fuit. Calphurnium Pl. appellat. Mauricum

Craffum, prouisis ingentibus animos militum pertantem, detectum, confessumq; Tarentum cum uxore remouit, patribus lenitatem ciuis increpatibus. Cumq; interfactores Domitianis ad exitium poscerentur, tantu est consternatus, ut neq; uomitum, neq; impetum uentris ualuerit differre. Et tamen uehementer obstiit, dictitans equius esse mori, quam auctoratem imperij foedare, proditis potentiae sumede autoribus. Sed milites neglecto principe, requisitos Petronium uno istu, Parthenium uero, demptis prius genitalibus, et in os coniectis, iugulauere: redempto magnis sumptibus\* Cappa\* Aeliario, rivo, qui scelere tam truci insolentior, Neruan compulit re- ferre

ferre apud populum gratias militibus, quia pessimos, nefaros  
dosq; omnium mortalium peremissent. Hic Traianus in libe-

Opinor esse ri locum, inq; partē imperij adoptauit: cum quo tribus uixit  
M. Regulū, mensibus. Qui dum suggestente ira, nocte uoce quam maxi-  
quem Plin. Iunior bipe- ma contra quendam, Regulum nomine, inclamaret, sudore  
dum omniū corruptus est. Eo die quo interiit, solis defactio facta est.  
nequissimū

## V. I. PIVS. TRALANVS.

**V**LPius Traianus ex urbe Tuderina, Vlpius ab auo

dicitus: Traianus à Troio paterni generis autore, uel  
de nomine Traiani patris sic appellatus, imperauit annis

Agens annū uiginti. Iste talem sē reipublice praebeuit, qualem uix egregi;

xlii. Agrippina. exprimere ualuerunt summorum scriptorum miranda in-

genia. Hic imperium apud Agrippinam, nobilem Gallie  
coloniam, suscepit, habens diligentiam in re militari, in ci-  
uilibus lenitatem, in subleuandis ciuitatibus largitionem.

Cumque duo sint, que ab egregiis principibus expecten-

tur, SANCTITAS DOMI, IN ARMIS FOR-

TITVDO, VTRBIQVE PRUDENTIA, tan-

tus erat in eo maximarum rerum modus, ut quasi tempera-

mento quadam uirtutis micuisse uidetur, nisi quia cibo,

uinōque paululum deditas erat: liberalis in amicos, & tan-

quam uite conditione par societatibus perfrui. Hic ob ho-

\*Licinijs, norem \* Surā, studio cuius imperium abripuerat, lauaca  
condidit. De quo superuacaneum uidetur cuncta uelle no-  
minatim promere, cum satis sit excultum atque emendatum  
dixisse. Fuit enim patiens laboris, studiosus optimi cuiusque,  
ac bellicosi, magisque simpliciora ingenia, aut eruditissi-  
mos, quamvis ipse parce esset scientiae, moderatique elo-  
quens, diligebat. Iustitia uero, ac iuris humani diuinique  
tam repertor noui, quam inueterati custos. Que omnia  
eō maiora uisebantur, quoniam per multos atque atrocis

tyrannos

tyrannos perditos atq; prostrato statu Romano, in remedium  
tantorum malorum diuinitus credebatur opportunitē datus,  
usq; eo, ut adueniens imperium eius pleraq; mirifica denun-  
tiauerint: In queis precipuum cornicem ē fastigio Capitolij  
Atticis sermonibus effata, uuln̄os ēt̄. Huius exusti corpo-  
ris cinceres rclati Romam, humatiq; Traiani foro sub eius co-  
lumna, & imago superposita, sicuti triumphantes solent, in  
urbem inuenit a senatu p̄ceunie, & exercitu. Eo tempore  
multo pernicioſius, quam sub Nerua Tyberis inundauit, ma-  
gna clade edium, & terrēmotus grauis per prouincias mut-  
tas, atrōxq; pestilentia, famesq; & incendiā facta sunt. Qui Lex edifica-  
bus omnibus Traianus per exquisita remedia plurimum op̄i toria.  
tulatus est: statuens ne domorum altitudo l. x. sup̄ eraret pe-  
des: ob ruinas faciles, & sumptus, si quando talia contingē-  
rent, exitiosos. Vnde merito PATER PATRIAE dicitus  
est. Vixit annis LXIIII.

## AELIVS ADRIANVS.

**A**elius Adrianus stirpis Italice, Aelio Adriano Tra-  
iani principis consobrino Adrie orto genitus: quia  
id oppidum agri Piceni, etiam mari Adriatico nomen dedit.  
Imperauit annis duodecim. Hic Gr̄ecis literis impensus  
eruditus, & plerisque Gr̄eculus appellatus est. Atheniensium  
studia, moresque auxili, poētico non sermone tantum, sed &  
ceteris disciplinis canendi, psallendi, medendique scientia,  
musicis, geometria, pictor, filior, emulatōrque, ex aere uel  
marmore proximic Polycletos, & Euphranoras. Proinde \* effectus,  
omnino ad ista \* effectus, ut eleganter, nunquam, raro quic-  
quam humanæ res experte uideantur, memor suprà quam  
cuiquam credibile est, locos, negotia, milites, absentes quo-  
que nominibus recensere, rem immensi laboris. Quippe qui  
prouincias omnes pedibus circumierit, agmen comitantum  
est. Spartiar  
re scriptis, di-  
tauit, audi-  
uit, &cū ami-  
cifabulatus  
pr.euert

preuerens, cum oppida uniuersa restitueret, augeret ordinibus. Namq; ad specimen legionum militarium fabros, perpendicularores, architectos, geniusq; cunctum extruendorū moenium, seu decorandorum in cohortes centuriauerat. Varius, multiplex, multiformis ad uitia atque virtutes, quasi arbiter genitus, impetum mentis quodam artificio regens: ingenium inuidum, triste, laclivum, et ad ostentationem sui insolens callide tegebatur. Continentiam, facilitatem, et clementiam simulans, contraq; disimilans ardore glorie quo flagraba acerrimus ad lacescendum pariter, et respondentum seruit, ioco, maledictis: referre carmen carmini, dictum dicto: prorsus ut meditatum crederes aduersus omnia. Huius uxor Sabina, dum propè seruilibus iniuriis afficitur, ad mortem uoluntariam compulsa: quæ palam iactabat, quam immane ingenium pertulisset, et elaborasse, ne ex eo humani generis pernicies grauidaretur. Hic morbo subtercutaneo, quem diu placide pertulerat, uictus dolore, ardens, impatiensq; plures ésenatus extinxit. A regibus multis pace occultis munericibus impetrata, iactabat palam, plus se otio adeptus, quam ammis ceteros. Officia sanæ publica et palatina, necnon militie, in eam formam statuit, que paucis per Constantinum immutatis hodie perseverant. Vixit annos \*LXXII. dehinc miserabilis exitu consumptus est, cruciatu membrorum ferè omnium confectus, in tantum, ut se se interficiendum ministrorum fidissimis precans offerret: ac ne in semetipsum, se uiret, custodia carissimorum seruaretur.

## ANTONINVS PIVS.

T. Aurelius Fulvius Boionius Antoninus Pius cognominatus est, imperauit annis XXIII. Iste ab Adriano in filium adoptatus, cuius gener fuerat, tanta bonitatis in principatu fuit, ut haud dubie sine exemplo uixerit

uixerit: quanuis eum Numen contulerit atas sua, cum orbem terre nullo bello per annos XXIII. autoritate sola rexe rit: adeò trementibus eum atque amantibus cunctis regibus, nationibusque et populis, ut parentem, seu patronum magis, quam dominum imperatorem uere putarent, omnésque uno ore in coelestium morem propitium optantes, de con trouersis inter se iudicem poscerent. Quin etiam Indi, Bætri, Hyrcani legatos misere, iustitia tanti imperatoris comperta, quam ornabat uultu sereno et pulchro, procerus membra, decenter ualidus. Priusquam salutadus prodiret, degustans panis aliquantulum, ne frigescente circu precordia per ieiuniū panis sanguine, uiribus exesis interciperetur, eoque quam publicorū laboribus minime sufficeret: quæ incredibili diligentia ad speciem optimu patris familiās exequebatur, appetititia gloriae carēs et ostentatione: adeò mansuetus, ut instantibus patribus, ad eos qui contra eum coniurauerant persequendos, comprehenserit questionem: prefatus, necesse non esse sceleris in semetipsum cupidos pertinacius indagari, ne si plures reperirentur, quantis odio esset, intellige-putauit vīnū ciuem serua retrur. Igitur cum esset annorum LXXII. apud Lorios uilla propria, millibus passuum XII. ab urbe, febri paucorum dierum post tres atque uiginti annos imperij consumdere. plus est: ob cuius honorem templa, sacerdotes, atque infinita alia decreta sunt. Usque èo autem mitis fuit, ut cum ob inopie frumentarie suspicionem lapidibus à plebe Romana perstringeretur, maluerit ratione exposita placare, quam ulisci seditionem.

## M. A N T O N I N V S.

Marcus autem Antoninus imperauit annis XVIII. iste uirtutum omnium, coelestisq; ingenij extitit, erumque publicis quasi defensor obiectus est. Etenim nisi

t ad illa

ad illa tempora natus esset, profecto quasi uno lapsu ruisser omnia status Romani. Quippe ab armis quies nuncquam erat: perque omnem Orientem, Illyricum, Italianam, Galliamq; bella feruebant, terra motus non sine interitu ciuitatum, inundationes fluminum, lues crebre, locustarum species agri infestae: prorsus ut prope nihil, quo summis angoribus atteri mortales solent, dici, seu cogitari queat, quod non illo imperante fecerit. Credo diuinitus attributum, ut dum mundi lex, seu natura aliunde quid hominibus incognitum gignit, rectorum consiliis tanquam medicinae remediis levatur. Is propinquum suum Lucium Annium Verum, ad imperij partem novo benevolentiae genere adscivit. Qui Verus inter Altinum atque Concordiam iter faciens, iulu sanguinis, quem morbum Greci à πάνθει uocant, undecimo imperij anno extinctus est: carminum, maxime tragicorum, studiosus, ingenij asperi atque lascivi.

## M. ANTONINVS.

**Cognomen-**  
**to Philoso-**  
**phus dictus.**

**P**ost cuius obitum M. Antoninus remp. solus tenuit, à principio uite tranquillissimus, adeò ut ab infans uultum nec ex gaudio, nec ex moerore mutauerit: philosophie studens, literarumq; Graecarum peritissimus. Hic persimil uiris clarioribus, ut conuiua eodem cultu, quo ipse, et ministris similibus exhiberent. Hic cion arario exhausto, largitiones quas militibus impenderet, non haberet, neque indicere prouincialibus, aut senatui aliquid uellet instrumentorum regij cultus, facta in foro Traiani sectione, distraxit uasa aurea, pocula crystallina et murribina uxori ac suam sericam et auream uestem, multa ornamenta gemmarum: ac per duos continuos menses uenitio habita est, mulierumq; auri redactum. Post uictoriam tam captoribus pretia restituit, qui reddere comparata uolu-

E P I T O M E. 291  
runt. Molestus nulli fuit, qui maluit semel empta retinere. Huius tempore Caesius tyrannidem arripiens, extictus est. Ipse anno uite L IX. apud Bendobonam morbo consumptus est. De eius nuntio Romam peruecto, confusa luctu publica urbe, Senatus in curia ueste terra induitus, lacrymans conuenit: et quod de Romulo ægre creditum est, omnes pari sensu presumperunt; Marcum celo receptum esse: ob cuius hcnorem templi, columnæ, multaq; alia decreta sunt.

## C O M M O D U S.

**A** Vrelius Commodus M. Antonini filius, Antoninus et ipse dictus, imperauit annis X IIII. Hic qualis fuiturus esset, in ipso primordio ostendit. Nam cum in supraditis moneretur a parente, attritos iam Barbaros, ne permitteret uires recipere, respondit, Ab incoli, quanuis paulatim, negotia perfici posse, a mortuo nihil. Seuior omnibus libidine atque avaritia, crudelitate, nulli fidus: magisque in eos atrox, quos amplissimis honoribus, donisque ingentibus extulerat. In tantum depravatus, ut gladiatori rum, parricidii, armis sepiissime in amphitheatro dimicauerit. Huic Martia generis libertati, forma tamen, meretriciisque artibus pollicens, quam animum eius penitus diuinixisset, egresso è balneo, ueneni poculum obtulit. Ad extremum ab immenso ualidissimo palestrita, compressis fauicibus expirauit, anno uite tricesimo secundoque.

## H E L V I U S P E R T I N A X.

**H** Eluius Pertinax imperauit dies L XX X V. Iste constans imperauit, repugnansque suscipiens, tale cognomentum sortitus est. Origine gentis sordida, praefaturam urbi agens, imperator effectus, scelere Iuliani multis uulneribus obtruncatur, annos natus V II. atq; L X. Huius causa tota urbe circumueretur est. Hoc exitu obiit uir ad hunc

Sexagenaria maior ad imperium accepit.

mane conuersationis exemplum per laboris genera uniuersa  
Fortune sa absumpitus, proiectus eo, ut FORTVNÆ uocaretur  
pila.

PILA. Nam libertino genitus patre apud Ligures, in agro  
squalido Loli Gentiani, cuius in prefectura quoque clien-  
tem se esse libentissime fatebatur. Fuit doctor literarum,  
que à grammaticis traduntur, blandus magis, quam benefi-  
ciosus.

Nunquam iniuria accepta ad ulciscendum ductus: amabat  
simplicitatem: communem se effatu, conuiuio, incessu pre-  
bebat. Huic mortuo Diuī nomen decretum est: ob cuius lau-  
dem ingeminatis ad usque defectum ad plaustris clamatum  
est: PERTINACE IMPERANTE SECVRI  
VIXIMVS, NEMINE M TIMVIMVS,  
PATRI PIO, PATRI SENATVS, PATRI  
OMNIVM BONORVM.

## DIDIVS IULIANVS

**D**idius Julianus ortu Mediolanensis, imperavit mensi-  
bus VII. vir nobilis, iure peritissimus, factiosus, prae-  
ceps, regni audius. Hoc tempore Niger Pescenninus apud  
Antiochiam, in Pannonia Sabaria Septimius Seuerus creau-  
tur Augusti: ab hoc Seuero Julianus in abditas palatijs bal-  
neas ductus, extenta damnatorum modo ceruice, decollatur,  
capitique eius in Rostris ponitur.

## SEPTIMIVS SEVERVS.

\* Priscenniū Herorum filij noxa.

**S**eptimiū Seuerus imperavit annis XVIII. Hic \* Pe-  
scennium intererūt, hominem omnium turpitudinum  
Sub eo etiam Albinus, qui in Gallia se Cesarem fecerat,  
apud Lugdunum occiditur. Hic Seuerus filios suos successo-  
res suos reliquit, Basianum et Getam. Hic in Britannia val-  
lum per XXXII. passuum nullia à mari ad mare deduxit.  
Fuit bellicosissimus omnium qui ante eum fuerunt. Acer-  
ingento,

ingenio, ad omnia que intendisset in finem perseverans. Be-  
nevolentia quo inclinasset mirabiliter ac perpetua: ad queren-  
dum diligens, ad largiendum liber: ad amicos, inimicosque  
pariter uehemens. Quippe qui Lateranum Chilonem, Ami-  
linum Bassum, ceterosque alios ditaret: ædibus quoque me-  
moratu dignis, quarum præcipias uidemus. Paritorum que  
dicuntur ac Laterani. Hic nulli in dominatu suo permisit  
honores uenundari: Latinis literis sufficienter instructus,  
Punica eloquentia promptior: quippe genitus apud Leptim  
provincie Africae. Is dum membrorum omnium, maxime  
pedum dolorem pati nequiret, ueneni uice, quod ei ne-  
gabatur, cibum grauis ac plurimæ carnis auidus inuastit:  
quem cum conficeret non posset, cruditatem passus, expira-  
uit. Vixit annos LXX.

## ANTONINVS CARACALLA.

**A**VRELius Antoninus Bassianus Caracalla, Seueri fi-  
lius, Lugduni genitus, imperavit solus annis V. Hic  
Bassianus ex avi materni nomine dictus est. At cum ē Gal-  
lia uestem plurimam deuexisset, talaresque caracallas feci-  
set, coëgitsetque plebem ad se salutandum induitam talibus in-  
troire, de nomine huiusc uestis Caracalla cognominatus  
est. Hic fratrem suum Getam peremuit. Ob quam causam fu-  
rore penas dedit Dirarum insectatione, quæ non imme-  
riò. **VLTRICES** uocantur: à quo post furore conua-  
luit. Hic corpore Alexandri Macedonis conspecto, Magnum ces.  
atque Alexandrum se iusit appellari, aduentantium falla-  
ciis eo perductus, uti truci fronte, et ad leuum humerum  
conuersa ceruice, quod in ore Alexandri notauerat, ince-  
dens, fidem uultus simulimi persuadcret sibi. Fuit impatiens \*Iuliam  
libidinis, quippe qui nouercam suam \*duxit uxorem. Cum \* ad uestigem  
Carris iter faceret, apud Edessam secedens\* ad officia natura= leuandam

Alij 43.an. lia, à milite, qui quasi ad custodiā sequebatur, interfictus est.  
vixisse scri. Vixit annis serè triginta. Corpus eius Romam relatum est.  
bunt.

O P I L I V S   M A C R I N U S ,   E T  
D I A D V M E N V S .

**M**acrinus cum Diadumenō filio ab exercitu imperatores creati, imperauerunt menses **X I I I**. ab eodem exercitu obruncantur, pro eo, quia Macrinus militarem luxuriam, stipendiāque profusa perfruere comp̄rimeret.

A V R E L I V S   H E L I O G A B A L V S .

Vati<sup>o</sup>, quodd vario semi- ne natus. **A**urelius Antoninus Varius, idē Heliogabalus dictus, Caracalle ex Semea consobrina occulte stuprata filius, imperauit biennio & mensibus **V I I I**. Huius matris Se-

\*Iouis meæ annus Bassianus nomine fuerat, \*Solis sacerdos. Is cum Romanis ingenti militum & senatus expectatione uenisset, probris se omnibus contaminauit. Cupiditatē stupri, quā adsequi naturae defectu nondū poterat, in se conuertens, mulierib<sup>i</sup> nomine Bassianam se pro Bassiano iusserset appellari. Vestalem uirginem quā si matrimonio iungens suo, abscissisque genitalibus, matris se Magne sacravit. Hic Macellū, qui post Alexander est dictus, consobrīnum suum Cesarem fecit. Ipse

Per pontem tumultu militari interfictus est. Huius corpus per urbis vias more canini cadaueris à milite tractum est, militari cauillo appellantium, IN DOMITAE ET RABIDA LIBIDINIS CATVLAM. Nouissime cum angustum foramen cloacæ corpus minimè reciperet, usq; ad Tiberim deducetum, adiecto pondere, ne unquam emerget, in fluvium proiectum est. Vixit annis **X VI**. atque ex rebus quae acciderant, Tiberinus Tractitiusque appellatus est.

S E V E R V S   A L E X A N D E R .

**S**euerus Alexander imperauit annis **X I I I**. Hic bonis rebus publicæ fuit erumnosus. Sub hac imperante Taurinus

Augu-

Augustus effectus est. Ob timorem ipse se Euphrati fluui obiecit. Tunc etiam Maximinus regnum arripuit, pluribus de exercitu corruptis. Alexander uero cū deserit semet à sti- patoribus uidisset, matrē sibi causam fuisse mortis exclamās, accurrenti percussori, obuoluo capite, cervices suas ualide compressas prabuit, anno uita \*X X V I. Huius mater Mam̄ \*X X I X mea cō filium coegerat, ut illa ipsa quanuis permodica, si mense prandiōq; supereressent, conuiuio reponerentur.

I V L I V S   M A X I M I N U S .

**I**vlius Maximinus Thrax ē militaribus, imperauit annis **I I I**. Is dum persecutur pecuniosos, infantes pariter, noxiōsq; apud Aquileiam seditione militum disceptus est, unde cum filio, conlamaribus cunctis militari ioco, EX PES- SIMO GENERE NE CATVLVM HABEN- dū M. Huius imperio duo Gordiani pater & filius primcipiatum arripientes, unus post iūniū interiere. Pari etiam teare Pupiantus & Balbinus regnū inuidentes, perēpti sunt.

G O R D I A N U S .

**G**ordianus ncp̄os Gordiani ex filia, ortus Roma clarissimo patre, imperauit annis **V I**. Apud Ctesiphōtem, à Philippo pref. præto. accēsis in seditionē militib<sup>o</sup>, occiditur, anno uita **XX**. Corpus eius prope fines Romani, Persicq; im Alij **XXII**. peri positiū nomē loco dedit, SEPVLCRM GORDIANI.

P H I L I P P V S .

**M**arcus Iulius Philippus imperauit annis **V**. Verona ab exercitu interfictus est, medio capite supra ordinē dentium preciso. Filius autem eius Gallus Iulius Saturinus, quem Potentiae sociauerat, Romæ occiditur, agens uite annos **VII**. adeo seueri & tristis animi, ut iam tum à quinquenni etate, nullo prorsus cuiusquam commento ad ri- dendū solui potuerit: patremq; ludis secularibus petulatius

Milesimo cachinnantem, quanquam adhuc tener, uultu notauerit aueranno ab vi-  
be condita. Is Philipus humilimo ortus loco fuit, patre nobilissimo  
latronum ductore.

## DECIVS.

Affecti martyrio Fabianus & Cornelius ponti D<sup>x x</sup> Ecies e Pannonia Bubalia natus, imperauit menses artibus cunctis, uirtutibusque instructus, placidus, & communis domi, in armis promptissimus. In solo barbarico intocatus turbas gurgite paludis summersus est: ita ut, nec cedauerit eius potuerit inueniri. Filius uero eius bello extinctus est. Vixit annis quinquaginta. Huius temporibus, Valens Lucinianus imperator effectus.

## VIRIVS GALLVS.

\*Volesiano Et mensibus V<sup>i</sup>rius Gallus cum \* Volusione filio imperauerunt annis II. Horum temporibus Hostilianus Perpenna à octo. Senatus imperator creatus, nec multò post pestilentia consumptus est. Sub his etiam Aemilianus in Moesia imperator effectus est: cōtra quem ambo profecti, apud Interamnam ab exercitu suo ceduntur, anno etatis pater V II. circiter ex L. creati in insula Menyngē, que nunc Girba dicitur: Aemilianus uero mente IIII. dominatus, apud Spoletum sue Pontem, quem ab eius cede Sanguinarium accepisse nomen ferunt, inter Oriculum, Narniamq; & Spoletum, & urbē Romanā regione media possum. Fuit autem genere Maurus, pugnax, nec tamen preceps. Vixit annis IIII. minus L.

## LICINIVS VALERIANVS.

L<sup>i</sup>cinius Valerianus cognomento Colobius, imperauit annis X V. parentibus oris splendidissimus, stolidus tamen & multum iners, neque ad usum aliquem publicum officio, consilio, seu gestis accommodatus. Hic filium suum Galienum Augustum fecit, Galienique filium Cor-

nelium Valerianum Cæfarem. His imperantibus, Religianus in Moesia, Cassius Labienus Posthumus in Gallia, Galieni filio interfecto, imperatores effecti sunt. Pari modo Aelianus apud Moguntiam, cum in Aegypto Aemilianus, apud Mæcedonias Valens, Mediolani Aurelius dominatum inuasere. Valerianus uero in Mesopotamia bellum gerens, à Sapore, Perd<sup>er</sup> sarum rege superatus, mox etiam captus est: apud Parthos ignobili seruitute confenuit. Nam quandiu uixit, res eiusdem prouinciae, incuruato eo, pedem ceruicibus eius imponens, equum ascendere solitus erat.

## GALIENVS.

G<sup>a</sup>lienius quidem in locum Cornelij filii sui, Salonianum L X X. an. majorum filium subrogauit, amori diuerso pellicum ior mortuus deditus. Saloniene coniugis & concubine, quam per pactio est. nem cōcessa parte superioris Pannonie, à patre Marcomannorum rege, matrimonij specie suscepserat; Pipam nomine. Nonissime aduersus Aureolum profectus est. Quem cum apud Pontem, qui ex eius nomine Aureoli appellatur, obtentum, detrusumq; Mediolanum obsedit; eiusdem Aureoli commento à suis interiit. Regnauit annis X V. cum patre VII. & solus VIII. uixit annis L.

## CLAVDIVS.

Claudius imperauit annis II. Hunc pleriq; putant Gor Nec integris. diano satum, dum \* alij Licensa muliere matura insti \* ab tueretur ad uxorem. Hinc Claudius Galieni morientis sententia imperator designatus, ad quem Ticimi possum per Gallonium Basilium indumenta regia direxerat: extinctoq; \* aciem à suis Aureolo, receptis regionibus, aduersum \* autem Ale= Primus Gor manorum haud procul à lacu Benaci dimicans, tantam mulierum aritudinem fidii, ut ægre pars dimidiata sit erfuerit. His diebus ma impetu Victorinus regnum cepit. Claudius uero, cū ex fatalibus lit.

libris, quos inspici preceperat, cognouisset, sententiae in se natu dicende, primi morte remedium desiderari, Pomponio Bassu, qui tunc erat, se offerente, ipse uitam suam, haud passus responsa frustrari, dono reipub. dedit, pr. fatus neminem tan ti ordinis, primas habere ipsum Imperatorem. Eares sic erat cunctis grata, ut non Diui uocabulum modò, sed ex auro statuam prope ipsum Iouis simulacrum, atque in curia im aginem auream proceres sacrauerint.

## QVINTILIVS.

**xvii.** dies. **H**ic succedit frater eius Quintilius. Is paucis diebus imperium tenens, interemptus est.

## AVRELIANVS.

**A**vrelianus genitus patre mediocri: et, ut quidā ferunt, Aurelij clarissimi Senatoris colono, inter Daciam et Macedoniam: imperauit annis v. Iste haud dissimilis fuit Magno Alexandro, seu Cesari Dictatori. Nam Romanam urbē triennio ab inuasoribus receptauit, cum Alexander annis xiiii. per uictorias ingentes ad Indiam peruenierit, et C. Cesar decennio subiecerit Gallos, aduersum ciuics quadriennio congressus. Iste in Italia tribus præliis uictor fuit, apud Placentiam, iuxta amnem Metaturum, ac fanum Fortune, postremo Ticinensis in campis. Huius tempore apud Dalmatas Septimius imperator effectus, mox à suis obtruncatur. Hoc tempore in urbe Roma moneterij rebellarunt, quos Aurelianuſ uictor ultima crudelitate compescuit. Iste pri mus apud Romanos diadema capiti innexuit: gemmisq; et aurata omni ueste, quod adhuc ferè incognitum Romanis moribus videbatur, usus est. Hic nuris ualidioribus et laxio ribus urbem sepsit. Porcine carnis usus populo instituit. Hic Tetricum, qui imperator ab exercitu in Gallis effectus fuit, corrector Lucaniae prouexit, affergens hominē eleganti oco,

ico, Sublimius habendū regere aliquam Italie partem, quam trā Alpes regnare. Novissime fraude serui sui, qui ad quosdam militares uiros amicos ipsius, nomina pertulit adnotata, falsò manum eius imitatus, tanquā Aurelianuſ ipsos pararet occidere, ab iisdem interfactus est in itinere medio, quod inter Constantinopolim et Heracleam est. Fuit seuis et san= Manu= Muguarius, et trux omni tēpore, etiā filij sororis intersector. capork. Hoc tempore vii. mensibus inter regni species evenit.

## TACITVS.

**T**acitus post hunc suscepit imperium, uir egregie mo= Caput impe= ratus, qui ducentesimo imperij die apud Tarsum febri rat, non pe= moritur.

## FLORIANVS.

**H**ic succedit Floriatus. Sed cum magna pars exercitus Taciti fra= equitantium Probum militiæ peritum legisset, Floriatus dierum l. x. quasi per ludum imperio usus, incisis à se= metipso uenis, effuso sanguine consumptus est.

## PROBVS.

**P**robustus genitus patre agresti, hortorum studioſo, Dal= Ob præcla= matio sanguine, imperauit annis v. i. Iste Saturninum in rissimā vo= Oriente, Proculum, et Bonosum Agrippinæ imperatores cem occidi= effectos oppresbit. \* Vineas Gallos et Pannonios habere tur: nos fore opus militi= permisit. Opere militari \* Almum montem apud Syrmium bus, cum ho= stes decesserit. Hic Syrmio in turri ferrata occiditur.

## CARVS.

**C**arus Narbone natus, imperauit annis ii. Iste confi= psc. legit. apud Ctesiphonta iuctu fulminis interiit. Numerianus quoq; Cresiphontē filius eius, cum oculorum dolore correptus in lepticula ue= heretur, impulsore Apro, qui fecerit eius erat, per insidias Vopisc. occitus

occisus est. Cum dolo occultaretur ipsius mors, quo usq; Aper inuadere posset imperium, factore cadaueris, scelus est proditum. Hinc Sabinus Julianum inuadens imperium, à Carino in campis Veronensis occiditur. Hic Carinus omnibus se sceleribus inquinauit, plurimos innoxios factis criminibus occidit: matrimonia nobilium corruptit: condiscipulis quoq; qui taxauerunt cum in auditorio uerbi fatigatione, pernicioſus fuit. Ad extreum trucidatur eius præcipue Tribuni dextra, cuius diccbatur coniugem polluiſſe.

## DIOCLETIANVS.

**D**ioclitanus Dalmata, Amilini senatoris libertinus, matre pariter atq; oppido nomine Dioclea, quorum uocabulis, donec imperium sumeret, Diocles appellatus. Vbi orbis Romani potentiam cepit, Graium nomen in Romanū morem conuerit. Imperavit annis XXV. Is Maximianum Augustum effecit, Constantium & Galerium Maximianum cognomento Armentarium, Casares creauit, tradens Constantio Theodoram Herculij Maximiani priuignam abiecta uxore priori. Hoc tempore Carausio in Galliis, Achilleus apud Aegyptū, Julianus in Italia imperatores effetti, diuerto exitu perierte. E quibus Julianus acto per costas pugione, in ignem abiecit se. Diocletianus uero apud Nicomediam sponte imperiales fasces relinquens, in propriis agris consenuit. Qui dum ab Hercilio atq; Galerio ad recipientum imperium rogaretur, tanquam pestem aliquam detestans, in holera hunc modum respondit: Utinam Salone possetis uijere \* oleata nostris manibus instituta, profecto nunquam istud tentant.

Alij LXX dum iudicaretis. Vixit annis LXVIII. ex queis communi V III. ann. habitu prope novem egit. Noste consumptus est, ut satis pauciſſe scrib. tuit, per formidinem uoluntariam. Quippe cum à Constantino atq; Licinio uocatus ad festa nuptiarum, per senectam,

quo

## E P I T O M E.

## 301

quo minus interesse ualaret, excusauisset, rescriptis minaciis acceptis, quibus increpabatur Maxentio fauisse, ac Maximo fauere, suspectans necem dedecorosam, uenenu dicitur hauiſſe. His diebus Conſtatius Conſtatini pater, atq; Armatus, Caſares Augusti appellantur. Creatis Caſaribus Seuerō per Italiam, Maximini Galerij fororis filio per Orientem, eodemq; ētēre Conſtantinus Caſar efficitur. Maxentius imperator in uilla VI. nullibus ab urbe diſcreta itinere Lautiano: dehinc Licinius Augustus efficitur, pariq; modo Aleſander, apud Caſtabaginem Imperator fit: ſimiliq; modo Valens Imperator creatur, quorum exiūs iſte fuit: Seuerus ab Hercilio Maximiano Roma intra tabernas extinguitur, fūnusq; eius Galieni ſepulcro infertur: quod ab urbe ab ei per Appiam nullibus IX.

## GALERIVS MAXIMIANVS,

**G**alerius Maximianus consumptis genitalibus defecit. Maximianus Herculeius à Conſtantino apud Maſilia obfuiſſus, deinde captius, poenas mortis genere: poſtremo fratris laqueo ceruicibus. Alexander à Conſtantini exercitu iugulatur. Maxentius dum aduersus Conſtantinum congregatur paulo ſuperius à ponte Milvio, in pontem nauigiis compositum, ab latere ingredi ſequiſſus, lapsu equi in profundum mors. demersus est, uoratumq; limo pondere thoracis corpus uix repertum. Maximianus apud Tarſum morte ſimpli periiit Valeus à Licinio morte mulctatur. Fuerunt autem morum huiusmodi. Aurelius Maximianus, cognomento Herculeius, feru natura, ardēns libidine, confiliis ſtolidus, ortu agresti in Pannoniq;. Nam etiam nunc haud longe Syrmio eminet locus palatio ibidem conſtructo, ubi parentes exercebat opera mercenaria. Aetate interiit ſexagenarius, annorum XX. imperator. Genuit ex Eutropia Syra muliere Maxentium,

et

**E**Faustem coniugē Constantini: cuius patri Constantio tra-  
diderat Theodoram priuignam. Sed Maxentium suppositū  
ferunt arte muliebri, tenere mariti animum laborantis au-  
\* nunquam spacio gratissimi cepti à puer. Is Maximianus carius \* nula  
illi li unquam fuit, nec patri aut socero quidem Galerio.

## GALERIVS ARMENTARIVS.

**G**alerius autem fuit, licet inculta agrestiq; iustitia, sa-  
cra laudabilis, pulcher corpore, eximius et felix bel-  
lator, ortus parentibus agrariis, pastor armentorum, unde ei  
cognomen Armentarius fuit. Ortus Dacia Ripensis, ibiq; se-  
pultus est: quem locum Romulium etiam uocabulo Ros-  
mule matris appellarat. Is insolenter affirmare ausus est, ma-  
trem more Olympiadis Alexandri Magni creatricis, com-  
pressam draconem semet concepisse.

## GALERIVS MAXIMINVS.

\* **D**aya **G**alerius Maximinus sorore Armentarij progenitus, ue-  
drionio, debinc per Orientem Augustus triennio fuit: ortu  
quidem atque instituto pastorali, uerum sapientissimi cuius-  
Eboraci que, ac literatorum cultori ingenio quieto, uini audior. Quo  
deceperit. ebrius, quedam corrupta mente aspera iubebat: qui cum pi-  
geret factum, differri que pracepisset, in tempus sobrium ac  
matutinum statuit.

## ALEXANDER.

**A**lexander fuit Phryx origine, ingenio timidus, infe-  
rior aduersus laborem uitio senecte etatis. His omni-  
bus absumpsis, imperij iura penes Constantinum et Lic-  
nium deuenere.

## CONSTANTINVS.

**C**onstantinus Constantij imperatoris et Helena fi-  
lius, imperauit annis triginta. Hic dum iuuenulus  
à Gal

à Galerio in Urbe Roma religionis specie obfes tenera-  
tur, fugam arripiens, atque ad frustringos insequentes  
publica iumenta quaque iter egerat, interfecit: et ad pa-  
trem in Britanniam peruenit, et fortè hisdem diebus ibi-  
dem Constantium parentem fatu ultima perurgebant. Quo  
mortuo, cunctis qui aderant admittentibus, sed pricipue  
Eroco Alemannorum rege auxiliū gratia Constantium  
comitato, imperium capit. Hic sororem suam Constan-  
tium Licinio Mediolanum accito coniungit, filiumque suum  
Crispum nomine ex Mineruina concubina suscepimus:  
idem Constantium, iisdem diebus natum, oppido Are-  
latensi, Liciniūmque Liciniij filium, mensum feri uiginti,  
Caſares efficit. Verum eniuero UT IMPERIA  
DIFFICILE CONCORDIAM CVSTOS  
DIVNT, diſidium inter Licinium Constantiumque  
exoritur, primūque apud Cibalas iuxta paludem, Hiul-  
cam nomine, Constantino nocte castra Liciniij irrumpen-  
te, Licinius fugam petuit, Byzantiumque fuga uoluci per-  
uenit: ibi Martinianum officiorum magistrum Caſa-  
rem creat. Dehinc Constantinus acie potior, apud Bi-  
thyniam adegit Licinium, pacta salute indumentum re-  
gium offerre per uxorem: inde Theſſalonicanum missum,  
paſto post eum Martinianumque iugulari iubet. Hic Li-  
cinius annum dominationis feri post X I I I I. uite pro-  
xime L X. occiditur, auaritie cupidine omnium peſi-  
mus, neque alienus à luxu ūenereo, aſper admodum, haud  
mediocriter impatiens: infestus literis, quas per insci-  
tiam immodicam, uirus ac pestem publicam nominabat,  
principue forem industriam. Agraribus plane ac ru-  
ſificantibus, quid ab eo genere ortus altusque erat, fatis uti-  
lis, ac militie custos, ad ueterum instituta ſeueriſſimus

SPADONVM ET AVLICORVM OMNIVM  
VEHEMENS DOMITOR, TINEAS SORI-

Tineas & so-  
cies, auli-  
cosvocabat.  
ces que  
palatii appellans. At Con-  
stantinus obtento totius Romani imperij mira bellorum fe-  
licitate regimine, Fausta coniuge, ut putant, suggestore, Cri-  
ppum filium necari iubet. Dehinc uxorem suam Faustum in  
balneas ardentes coniectam intererit: cum eum mater He-  
lena ardore nimio nepotis increparet. Fuit uero ultra quam

Herba pa-  
rietaria.

HERBAM  
PARIETARIAM ob titulos multos adibus inscriptos,  
appellare solitus erat. Hic pontem in Danubio construxit:  
habitum regium gemmis, et caput exornans perpetuo dia-  
demate. Commodissimus tamen rebus multis fuit: calumniis  
sedare, legibus securissimis nutrire artes bonas, precipue  
studia literarum: legere ipse, scribere, meditari, audire lega-  
tiones, et querimonias prouinciarum. Cumq; liberis filioq;  
fratris Delmatij Caesaribus confirmatis, III. et LX. an-  
nis uixisset, ex quibus dimidios, ita ut XIII. solus impera-  
ret, morbo consumptus est, irrisor potius quam blandus.  
Vnde prouerbio vulgari, Tracala, decem annos prestanti-  
simus, duodecim sequentibus latro, decem nouissimis pupil-  
lus ob profusiones immodicas nominatus. Corpus sepultum  
in Byzantio, Constantinopoli dicta: quo mortuo, Delma-  
ni Nicomediae militum ui necatur. Ita ad tres orbis Romani dominatio re-  
obiuit. Euro= dacta est, Constantino, et Constantio, ac Constante, filius  
pius. Constantini. Hi singuli has partes regendas habuerunt. Con-  
stantinus iunior cuncta trans Alpes: Constantius a freto Pro-  
pontidis, Asiam atque Orientem: Constans Illyricum, Ita-  
lianum, et Africam, Dalmatiam, Thraciam, Macedoniam  
que, et Achiam.

\*ANNI

## \*ANNIBALIANVS, CONSTANS,

ET CONSTANTIVS.

\*Constanti-  
tus

**A**nnibalianus Delmatij Caesaris consanguineus, Ar-  
meniam nationesque circum socias. Interim ob Italiae  
Africæ que ius dissentire statim Constantius et Constans coe-  
perunt. Constantius latrocinijs specie, dum incutus, foedique  
tenulentus in aliena irruit, obtruncatus est, proiectusque in  
fluum, cui nomen Alfa est, non longe ab Aquileia. Con-  
stantius uero uenandi cupidine, dum per sylvas, saltusque erra-  
ret, confipravere aliquanti milites in eius necem, auctoribus  
Chrestio et Marcellino, simûlque Magnenito: qui ubi pa-  
trandi negotij dics placuit. Marcellinus natalem filij simu-  
laus, plerosq; ad coenam rogat. Itaq; in multam noctem con-  
uiuio celebrato, Magnenius quasi ad uenitris secreta sece-  
dens, habitum uenerabilem capit. Eare cognita, Constans  
fugere conatus, apud Halenam oppidū Peireneō proximum,  
a Gaisone cum lectissimis misso, interficitur anno XIIII.  
Auguste dominationis: nam Caesar triennio fuerat, cui se-  
ptimo uicissimq;. Hic fuit debilis pedibus, manibusq; articu-  
lorum dolore. Fortunatus cœli temperie, fructuum prouen-  
tu, nulla à Barbaris formidime: que profecto maiora fuerint,  
si prouinciarum rectores non pretio, sed iudicio prouexis-  
set. Huius morte cognita, Vetrano magister militum, impes \* Murfium.  
rium in Pannonia apud Muriam corripuit: quem Constan-  
tius non post multos dies regno exuit, grande uero etati non X L. regna-  
vit modo, sed etiam uoluptuarium otium concedens. Fuit uit autem  
autem prope ad stultitiam simplicissimus.

X IIIII.

## CONSTANTIVS.

**C**onstantius Gallum fratrem patrelem, Caesarē pro-  
nuntiat, sororem Constantinam illi coniungens: Ma-  
gnenius

u gnenius

gnentius quoque Decenium consanguineum suum trans Alpes Cesarem creauit. His diebus Rome Nepotianus Eutrophi.e Constantini sororis filius, hortantibus perditis, Augusti nomen rapit: quem octavo die uicesimoque Magnentius opprescit. Hoc tempore Constantius cum Magnentio apud Mursiam dimicans uicit: in quo bello penè nunquam amplius Romane consumpte sunt uires, totiusque imperij fortunae pessundate. Deinceps cum se Magnentius in Italiam recepisset, apud Thicanum plures fudit, incavius, et, ut in uictoria solet, audacius persequentes. Nec multò post apud Lugdunum coagulatus, gladio occulte prouiso, ictum pulsi parietis iuuans, trasfocco latere, ut erat usque corporis, uulnere naribusq; et ore crux effundens, mense imperij XLI. etatis uero L. expirauit: ortus parentibus, qui Galliam inhabitan: legendi studio promptus, sermonis acer, animu tumidi, et immodecite timidus: artifex tamen ad occultandam audacia specie formidinem. Eius morte audita, Decentius laqueo fascia ad collum posito, uitam finiuit. Hoc tempore Gallus Caesar Constantio occiditur. Imperauit annis IIII.

## S I L V A N V S.

**S**iluanus imperator effectus, die imperij uigesimo octavo periremitur. Fuit ingenio blandissimus, quanquam barbaro patre genitus: tamen institutione Romana sat satus, et patiens.

## C O N S T A N T I V S.

**C**onstantius Claudium Julianum, fratrem Galli, honore Caesaris adsumit, annis natum ferè tres atque uiginti. Iste in campis Argentoracensis apud Gallias cum paucis militibus infinitas hostium copias delevit. Stabant acerui montium similes, fluebat crux fluminum modo, et plus

plus rex nobilis Nodomarius, fusi omnes optimates, reditus limes Romane possessionis: ac postmodum cum Alemaniis dimicans, potentissimum eorum regem Badomarium cepit. Hic à militibus Gallicanis Augustus pronuntiatur. Hic Constantius urgere legationibus, in statum nomenque pristinum reuerti.

## I V L I A N V S.

**I**vlianus mandatis mollioribus, refert se sub nomine Celsi imperij multò officiosius pariturum. Hinc Constantius magis magisque ardens dolore: atque, ut erat talium impatiens, in radicibus Tauri montis apud Mopsorenem fabri acerrima, quam indignatio nimia uigiliis augebat, metterüt, anno eui IIII. et XL. imperij IX. atque XX. uerum Augustus IIII. X. q;. octo solus, cum fratribus atque Magnentio X VI. X V. Cesar. Felix bellis ciuilibus, externis lacrymabilis, mirus artifex in sagittis: à cibo uinique et somno multum intemperans, patiens laboris, facundie cupidus: quam cum adsequi tarditate ingenij non posset, aliis inuidebat. Spadonum aulicorumque amori deditus, et uxorum: quibus contentus, nulla libidine transuersa, aut iniusta polluebatur. Sed ex coniugibus, quas plurimas sortitus est, precipue Eusebius dilexit: decoram quidem uerum per Amantias, et Gorgonias, et alia importuna ministeria uexantem famam uiri, contra quam foeminae uxores quidem modestioribus mos est, quarum sepe precepta maritos lessint. Iuuant Nang:, ut cæteras omittam, Pompeia Plotina incredibile dictu est quanto auxerit gloriam Traiani, cuius procuratores cum prouincias calumniis agitarent, adeò ut unus ex iis diceretur locupletum quenque ita conuenire, Que habes ad mensam? Unde habes? tertium, Pone que habes? illa coniugem corripuit: atque increpans quod laudis sue effet

efset incuriosus, talem reddidit, ut postea exactiones impro-  
Fiscum lie- bans et detestas, FISCUM LIENEM VOCARET,  
nem dixit quod eo crescente artus reliqui tabescant. Igitur Julianus re-  
Traianus. dacta ad unum se orbis Romani curatione, glorie nimis cu-  
pidus in Persas proficiscitur. Illic a transfuga quodam in  
insidias deductus, cum eum hinc inde Parthi urgerent, e ca-  
stris iam positis, arrepto tantum clypeo procurrit. Cumque  
incorsufo ardore nititur ordines ad prælium componere,  
ab uno ex hostibus, et quidem surgente, conto percuitur:  
relatusq; in tabernaculum, rursus que ad hortandos suos es-  
gressus, paulatim sanguine vacuatus, circa noctis fere mediu-  
deficit: præfatus, consulto se se de imperio nihil mandare, ne,  
uti solet, in multitudine discrepantibus studiis amicorum, ex  
inuidia rei pre discordia exercitus periculum pararet. Fue-  
rat in eo literarum ac negotiorum ingens scientia: eo iuu-  
auerat philosophos et Grecorum sapientissimos usi prome-  
ptior corporis, quam ualidus quidem, sed breuis fuit. Hec  
manuebat quarundam rerum neglectus modus. Cupido lau-  
dis immodica, cultus numinum superstitiosus, audex plus  
quam imperatorem decet: Cui salus propria, cum semper  
ad securitatem omnium, tum maxime in bello conseruanda  
Scripsit hic est. Ita illum cupido glorie flagrantior peruicerat, ut neque  
in Christia- terremotu, neque plerisque presagius, quibus uertebatur pe-  
nios.  
adductus sit finem posere ardori, ac ne noctu  
quidem uisus ingens globus celo labante diem belli cautum  
prestiterit.

## IOVINIANVS.

**I**ouinianus genitus patre Verroniano, insula agri Sin-  
gidonensis, prouincie Pannonie: imperauit menses  
An. M. CIX. v i i i . Cuius patri cum liberos crebros amitteret, pre-  
ab Vrb. cod. ceptum somnio est, eum qui iam instanti uxoris partu eden-  
dus

dus foret, diceret Iouinianum. Hic fuit insignis corpore, le-  
tus ingenio, literarum studiosus. Hic dum a Perside hyeme  
aspera mediæq; Constantinopolim accelerans, cruditate sto-  
machi, tectorio noui operis grauatus esset, repente interiit  
annos gerens proxime x l.

## VALENTINIANVS.

**V**alentinianus imperauit annis x i i . minus diebus c.

Huius pater Gratianus mediocri stirpe ortus, apud  
Cibalas Funarius appellatus est, eò quodd uenalitum funem  
portanti, quinque milites nequirent extorquere: eo merito  
adscitus in militiam, usq; ad praefecture prætoriane poten-  
tiam confecdit. Ob cuius apud milites commendationem,  
Valentiniano imperium resistenti aggeritur. Hic Valentem  
confanguincum suum sibi socium in imperio adscivit, ac  
demum Gratianum filium, ne cum plene puberem, hortæ-  
tu socrus et uxor Augustum creauit. Hic Valentinianus Constantino  
fuit uultu decens, solers ingenio, animo grauis, sermone poli-  
cultiſimus. Quanquam enim ad loquendum parcus, seue-  
rus, uchemens, infestus tamen uitios, maximq; auaricie: cu-  
ius punitor ipse fuit acer: et in his que memoraturus sum,  
Adriano proximus: Genera uetusſimorum meminiſſe, no-  
ua arma meditari, fingere terra seu limo simulacra, pru-  
denter uti locis, temporibus, sermonibus, atq; ut breuiter=  
concludam, \* semper criminibus, queis seſe quaſi fidifimis \* si infidis bo-  
prudentiſimisq; dederat, careret: aut probatis eruditissime minibus, ita  
monitoribus uti licuisset, perfectus haud dubie princeps legit Eutro-  
enituisseſt. Huius tempore firmus apud Mauritaniam re-  
pius.  
gnum inuadens extinguitur. Valentinianus apud Bergen-  
tioneim legationi Quadrorum respondens, anno xii v. et  
l. impetu sanguinis uoce amissa, sensu integer expirauit.  
Quod quidem intemperantia cibi ac saturitate, qua artus  
diffude

diffuderat, accidisse plures detulere. Itaque eo mortuo, Valentianus adhuc quadriennis, autore Equitio ac Merobau de propinquo, ubi cum matre fuerat allatus, creatus est imperator.

## VALENS.

**V**alens unia cum Valentianu germano suo, de quo diximus, regnauit annos x. menses v. Hic Valens cum Gotthis lacrymabili bello commisso, sagittis saucius in casam deportatur uilissimam: ubi superuenientibus Gotthis igniq; supposto, incendio concrematus est. in quo probanda hec fuere. Fuit possessoribus consultor bonus, mutare iudicia, uerus, in amicos fidus, trasci sine noxa ac periculo cuiusdam, sanc ualde timidus. Huius temporibus Procopius tyrannus cadens extinguitur.

## GRATIANVS.

An. ab urbe  
M. CXXXII.

**G**ratianus genitus Syrmij, imperauit cum patre Valentiano annis VIII. diebus LXXXV. cum patro & fratre III. cum eodem fratre ac Theodosio III. & cum his omnibus accidente Arcadio menses VI. Hic apud Argentarium oppidum Galliae, XX. Alemannorum milia in bello extinxit. Hic cum animaduertisset Thraciam Daciānque tanquam genitales terras possidentibus Gotthis Triballisque, atque omni pernicie atrocioribus Hunnis & Alanis, extremum periculum instare nomini Romano, accitum ab Hispania Theodosium, cunctis fauentibus, agenti annum à tricesimo tertium, imperium committit. Fuit autem Gratianus literis haud mediocriter institutus, carmen facere, ornate loqui, explicare controversias rhetorum more. Nihil aliud die noctiūque agere, quam spiculis meditari, summa que uoluptatis, diuinæq; artis credere, ferire perite sibi destinata: cibique, uini, ac libidinis uictor. Cunctisque

fuisset

fuisset plenus bonis, si ad cognoscendam reip. gerende scientiam animum intendisset: à qua propè alienus, non modo uoluntate, sed etiam exercitio fuit. Nam dum exercitum negligenter, & paucos ex Alanis, quos ingēti auro ad se transtulerat, anteferret ueteri ac Romano militi, adeoque Barbarorum comitatu, & propè amicitia capitur, ut nonnunquam eodem habitu iter faceret, odia contra se militum excitauit. Hoc tempore cum Maximus apud Britanniam tyrannidem arripiisset, & in Galliam trasmisisset, ab infensis Gratiano legionibus exceptus, Gratianum fugauit, nec mora extinxit: qui uixit annis XXVIII.

## THEODOSIVS.

Floruit hoc tempore diuinus Hieronymus, & Martinus.

**T**heodosius genitus patre Honorio, matre Theremanta, genere Hispanus, originem à Traiano principe trahens, à Gratiano Augusto apud Syrmium imperator effectus, regnauit annis XXVII. Huic seruit nomen somnio parentes monitos sacrarisse, ut Latine intelligimus, à deo datum. De hoc etiam oraculo in Asia diuulgatum est, cum Valenti successorum, cuius nomen ē θ, & ε, o, atq; à Græcis literis initiaretur. Qua cognitione principij deceptus Theodosius, cum sibi imperiū presumcret, scelestæ cupidinis supplicia percepit. Fuit autem Theodosius propagator reipub. atq; defensor eximius. Nam Hunos & Gotthos, qui eam sub Valente desfatigasse, diuersis præliis uicit: cum Persis quoq; peitus pacem pepigit. Maximum autem tyramnum, qui Gratianum interfecerat, & sibi Gallias uindicabat, apud Aquileiam extinxit: Victorem quoq; eius filiū, intra infantie annos à Maximo patre Augustū factum, necauit. Eugenium quoq; tyramnum, atq; Arbogastū superauit, deletis corū decem milibus pugnatorum. Hic etenim Eugenius confusus uiribus

Arbogastis, postquam apud Viennam Valentinianum extinxerat, regnum eius, sed mox simul cum vita imperium perdidit. Fuit autem Theodosius moribus & corpore Trajanus similis, quantum scripta veterum, & pictura edocent: sic eminentis status, membra eadem, par cœsaries, os absque eo quod illi aliquantum uellendo steriles gene, neque tam ingentes oculi erant, nescio an & tanta gratia, tantisque flos in facie, seu tanta dignitas in incessu. Mens uero prorsus similis, adeo ut nihil dici queat, quod non ex libris in istum uideatur transferri. Clemens animus, misericors, communis, solo habitu differre se ceteris putans: in omnes homines honorificus, uerum effusus in bonos: simplicia ingenia aequa diligere, erudita mirari, sed innoxia: largiri magno animo magna: amare ciues uel priuato contubernio cognitos, eosque honoribus, pecunia, beneficiis ceteris munera-ri, praesertim quorum erga se uelut patrem aspero casu officia probauerat. Illa tamen quibus Trajanus aspersus est, violentiam scilicet & cupidinem triumphandi, usque eodetestatus est, ut bella non mouerit: sed inuenerit, prohibue-ritque lege ministeria lasciuia, psaltrijsque commissationibus adhiberi: tantum pudori tribuens & continentie, ut confor-brinarum nuptias uertuerit tanquam reorum. Literis, si nimium perfectos contempletur, mediocriter doctus, sagax plane, multumque diligens ad noscenda morum gestaré quibus non desinebat execrari veterum facta superba, crudelia, libertati infesta que legerat, ac Cinnam, Marium, Syllamque atque uniuersos dominantium, precipue tamen perfidos & ingratos, irasci sane rebus indignis, sed fleti cito, unde modica dilatatione emolliebatur. Aliquando severa precepta ha-Precepta ex buit de Liuio, uel quod Augustus à philosophie doctore de Liuio. dicerat: qui cum uidisset eum facile commoueri, ne asperum aliqu

aliquid statueret, monuit, ut ubi irasci coepisset, quatuor atque uiginti Græcas litteras memoria recenseret, ut illa concitatio, qua momenti est, mente aliò traducta, parui temporis interiectu languesceret. Melior haud dubie, quod est clara uirtutis post auctam annis potentiam regalem, multoq; maximè post ciuilem uictorianam. Nam & annone curam sollicitius attendere, & auri argenteique graue pondus sublati atq; expensi à tyranno, multis è suo restituere, cum benigni principes, & quidem uix fundos solerū nudos, ac deformata predia concedere. Iam illa minutiora, & ut dicitur, intra au-  
lam: que quidem quia occulta sunt, magis naturæ hominū cu-  
rioſe oculos aureſq; ad se trahunt. Patruum colere tanquam genitorem, fratrii mortui, sororisq; liberos habere pro suis, cognatos affiuisque parentis animo complecti: elegans le-tumque coniuvium dare, non tamen sumptuosum, miscere colloquia personis, studia dignitatibus, sermone cum gra-uitate iucundo, blandus pater, concors maritus. Exerceba-  
tur neque ad illecebras, neque ad laſitudinem: ambulationib;  
bus magnis, cum esset otium, reficiebat animum. Ad ue-scendi continentiam ualeitudinem regebat. Sicque in pace Floruit di-  
rebus humanis annum agens quinquagesimum, apud Ambro-sius.

Mediolanum exceſit: utranque rempublicam  
utriq; id est, Arcadio & Honorio quietam relinques. Corpus eius eodem anno Constantinopolim translatum, atq;  
sepultum est.

Hactenus Sex. Aurelius Victor.

IN RELIQVO  
RVM IMPERATORVM  
vitam & mores Epitome.

ARCADIVS.



ACADIVS Constantinopoli , Honorius Rome , diuīo imperio , post patris Theodosij mortem imperant. Hosce enim iuens adhuc pater imperij confortes fecerat : et moriens , quoniam nondum per etatem imperij maturi esse uidebatur , testamento imperij administratores sanxit , qui liberos rum etatem adultam supplentes regni curata gererent. Rufium Arcadio adiungit , Honorio Stiliconem , Gildonem uero Africæ praeesse uoluit. Rufinus primus ueterum fidem et cadij tutor sacrosanctum fidei commissi ius uiolans , clam misericordiam munebus , Alarico Gotthorum regi contra Arcadium arma sumere suadet , ut sibi Orientis isthac uia pararet imperiu. Re perspecta à militibus austor tam scelerati consilijs Rufinus occiditur. Cadianus Rufini sceleris imitator , auxilio Gotthorum fretus , bellum ciuile mouet : nauali prelio inter Helleponitum et Chersonesum uictus , dum fugit obtruncatur. Caput eius pilo suffixum Constantinopolim deportatur. Arcadius cum regnasset annis paulò minus tredecim , uitam cum morte cummutat , relicto filio Theodosio , quem , dum iuuenit , Eudoxia Arete , Cesarem fecerat. Hic socordis ingenij princeps , nec cadij vxor .

Chrysostomus in exiliu mittitur. Chrysostomus in exiliu mittitur. quidquid omnino paterna , autem que uirtutis referens , Eudoxia uxori addictus , cum dia multa in robe fecit , tum Chrysostomum antistitem Constantinop. sanctitatis et eruditioris egregiae uirum , uxori plus aequo inscruiens , in exiliu misit.

Holl

HONORIVS.

Honorius Theodosij filius , patri rebus gerendis dissimilis , Romæ eodem anno , quo Arcadius Constantinopoli imperat. Gildo Africæ regnum adeptus , Mascerelis \* fratrī \* Macezilis filios necat. Is in Italianam fugiens , acceptis ab Honorio quinq; Gildo fratrum millibus , fraternas copias delet , ipsiusque Gildonis tris filios necat. in fuga comprehensi , milites quibus mandatum erat , uelo glam perfregere , Honorius Stiliconi perniciose tutori (quod Strangulatur. uocatis clam ab eo Vandalis in Galliam , rerum summam uoluisset ad Eucherium filium transferre , simul et aduersus Alaricum apud Rauennam infeliciter pugnasse sua causa comperisset ) successorem pariter et interfectorum misit. Itaque Romæ in foro Pacis una cum Eucherio filio , et aliis coniurations consciis trucidatur. Maximum , Iouium et Sebastianum de successione in Gallia tumultuantes per Heraclium prefectum est medio sustulit. Postremo Costantinum , qui Gratiano tyrauno succedit , barbarum hominem Britaniam occupantem , apud Arelatensem urbem opera et studio Constantij Comitis superauit. Huic , quoniam eum uirum et domi et militiae fidum expertus fuerat , Placidiam sororem olim Ataulpho Gotthorum regi nuptam matrimonio iunxit : ex qua Valentianus iunior (qui post Theodosium iu niorem , Arcadij filium , imperauit ) natus est. Decessit Rome cum annos duos supra triginta imperasset. Hoc tempore Talmud Iudeorum a duobus Rabbinis (Platina autore) componitur , et Franci trajecto Rheno magnam Gallia partem dæorum. occupant. Iudei cum Christianis Alexandriae confligunt.

THEODOSIVS.

Theodosius iunior , Arcadij filius cum in Oriente imperaret , audita Honorij patrii morte , Valentiniano , Constantij et Placide filio , imperij insignia donat : et cum ma

tre

tre Romanum mittit. Aduetus in urbem satis opportunus fuit. Nam Ioannem, factione Caſtini imperatorem facium & Africam ſibi uendicantem, nouus princeps oppreſſit. Genſericus Vandolorum rex accerſitus à Boniſacio, qui de Afri- ca tenenda deſperauerat, poſt multorum cedem Carthaginem occupat. Ad Aquilonem Bleda & Atila fratres, Hunnorum reges Illyricum & Thraciam, Thermopylas uſque deprædantur. Omnia hec Theodosius maxima gloria tutus eſt. Constantinopoli morbo abſumptus eſt, cum imperia-

Venetiae in ſet annos duos & trīginta. Hoc principe Venetiae felicitate aquis ædiſi- auſpiciis in aquis ædificari cœpere. Nestorius cum ſua he- cantur. refi, que ab autore Nestorea poſtea dicta eſt, cum Pelagia Nestoria hę anis, synodo Ephesina dannatur. refi ſama- tur.

## VALENTINIANVS.

**V**alentianus iunior, tertius huius nominis imperator mito Occidentis imperio, pacem illico cum Gen- erico Vandolorum rege, certis ſpatiis Africa inter ſe diuifa- erga bonos & viros for- Non multò poſt Atilam Hunnorū regem ex Pannonia Ro- ram properātem Aētij patritij duſtu (quem poſtea ob affi- etate dominationis ſuſpicionem occidi iuſſit) in campis Ca- launicis nobili clade repreſſit. Burgundionum regem affi- xit. Magnam temporis partem Rauenne uixit, quam ma- nibus reſtituit, eiuſque preſuli Ioanni uſum pallij conceſſit. Optimus ac clementissimus princeps tandem à Maximo, cuius po- tentiſſimo potiunde eius uxor gratia, ut ait Procopius, oce- D. Auguſti. ciditur imperij anno trigesimo. Hoc tempore Genſericus Hipponem obſedit: mense IIII. obſidionis D. Auguſtus D. Hieronymi diſcipulus in illa ipſa urbe, cuius erat epifcopus obiit annos natus LXXV. nec urbis ſue ruinam uidit.

MAR

## MARTIANVS.

**M**Artianus in Oriente Theodosio iuniori, cuius foro- rem duxerat in matrimonium, ſucceſſit: quo tempore Valentinianus Italiae imperabat. Hic quanquam ſenex & hu- milis genere eſſet: excellebat tamen rebus geſtis & arte mi- litari. Prima ſtipendia in Lydia fecit. Orientis imperium per nouem fore annos dilapſum, reparauit. Cum Vandali & Parthi foedus percufſit, Atila nunas compescuit, pacem quo ad eius fieri potuit, coluit: illud ſepe uſurpans, DVM IN Martiani di- pace eſſe poſſumvſ, ARMA NON INDIVAMVſ. Is Tatianuſ Iuliuſq; fratres, qui olim ſu- peruolantis aquilę eius caput auſpiciū retexerant, uiaticoq; iuerat, ſtatiuſ ut Cæſar dictus eſt, hunc Coſtantinopoli, illiū Illyricoprefectus. Hoc principe Chalcedonensis<sup>1</sup> III. ſynodus Chalcedo- nenſis ſyno- celebrata eſt aduersus Diſcorū & Eutychem Leonis Rom. dus. pontificis iuſſu. Pulcheria Arcadij filia in eligendo Cæſare Pulcheria princeps ei fauit, diademāque capiti eius imposuit. Vixit in Arcadij Cæſario annos ſex cum pace & probitatis opinione.

LEO I.

**L**eo primus ē gente Græcanica ſuffragiis ac factione Aſparis patritij poſt Martianum Imperator ſalutatur: Aſpar enim ita cum Leone conuenerat, ut factus Imperator Ardaburium eius filium adoptaret: quod Leo praefuit. Po- pulus, ubi hec nouit, Ardaburium uniuersum cum patre interemitt. Nonnulli à Leone, uelut inſidiarum in ſe autores, interfe- ctoſ dicunt. Suppetias Anthemio Imperatori Ro. ad expel- lendoſ Vandilos tulit. Baſilicum patritium aduersus Gen- ſericum miſit, qui eum propulſauit, cum iterum in Italiam irrumperet tentaret. Cum Ostrogothis (qui Illyrium uaſta- bant) eiuſque Pannoniā, acceptis obſidibus, incolendam con- ceſſit. Poſtremo Leonem ſororis ſue ac Zenonis, qui poſtea regi

regnauit, filium successorem reliquit. Pacis hic studijs princeps semper illud in ore promptum habebat, QVEM Leonis, pa- AD MODVM SOL CVNCTIS, QVAE ILLA- cis studiosi, STRAT, NON NIHIL IMPERTIT CALORIS dictum cele SIC PRINCEPS DEBET EOS SVA DIGNA- RI MISERICORDIA, QVOS CONTVETVR. Tenuit imperium annos sedecim. Byzantium hoc Imperium magna ex parte conflagravit, & Italia perpetuo in mo- fuit.

## LEO II.

**L**eo Secundus qui & iunior puer ab aeo relictus, cum paucos menses imperasset, Zenoni patri, aut saltem uitrico manibus suis diadema imposuit, patremque suo loc deinceps imperare uoluit.

## ZENO.

**Z**eno Isauricus natione, genere obscurus, facie defor- Basilicus re- mis Constantinopoli post Leonem iuniorem impe- legatur. Basilicus in- rat, non ut Augustus, sed ut tyrannus. Basilicum Patrium imperium inuadere conantem unà cum filio in Cappadociam relegat. Theodoricum Ostragothorum regem magno- pere dilexit: eique statuam dicauit, ac Italianam aduersus Odoacrum misit. Consilium prius à se factum. Odoacre in Italia regis nomen sibi uendicantem prælio uicit Theodorus. Pulsus Zeno à Basilio factione Ariadnae uxoris, in Isauriam concessit, nec multò post reuersus Basiliicum Lemnium legatum unà cum filio fame mori coegit. Sunt qui abduc- tium inclusum ab uxore sepulcro tradant, frustraque refi- piscentem & opem quiritantem obiisse: cum imperasset annos XIII. uel ut quidam uolunt, XVII. Hoc principe me-

Constanti- ximam passa est res literaria iacturam: nam incendium adi- nopolis in- graue fuit, ut præter maximam Constantinopolitane urbi

partem

partem igne absumptam, centum & uiginti millia librorum cendio flambus, sunt inter que Homeri poëma intēsino draconis grans rei li- cxx. pedum aureis literis descriptum. Nicena synodus pri- terarię iā- turam ma- ximam ad- fert.

## FLA. VALERIVS ANASTASIVS.

**F**la. Valerius Anastasius d'hop. à discoloribus oculorum pupillis, quarum dextra nigricans: sinistra cerulea, fuit à Græcis cognominatus, magno Principum consensu post Zenonem ex humili loco ad imperij fastigium evectus, donatiuum militibus dedit. Legatos Iudicorum cum munere bus uenientes, placidissime audiuit. Clodoueus Francorum re- gi munere, patritiatus, & Consulatus titulum & insignia decreuit: quod Gotthos in Gallia superasset, Burdegalāmq; superat. oppidum recepisset. A mari ad Sclymbriam longum murum duxit, ne incursones Maxistorum, Bulgarorum & Scytha- rum officerent. Plures per orbem tyrannos supplicio extre- mo affecit. Athenodori caput Isauricus miles ueruto affixum ante portas Tharsi tulit, quod ibi aruit. Longinus tanquam fera dilaniatus est. Vitalianus Thrax in Oriente sedi- tionem mouens pecunia placatus est Hunni excursiones ali- quot fecere: Geta Macedoniam, Epirum, Thessaliā diri- puerunt, quibus pro captiuis redimendis cum aurum missis- set Anastasius, nec sufficeret hostium uotis, Barbari illi co- ram captiuis trucidarunt. Anastasius inter bonos principes referri potuit, qui pacem emerit, nisi Eutychiana hæresi, Ariadnae uxoris suaſu, adhæſisset. unde sibi graue odium con- flauit. Post octogesimum & Octauum uitæ annum, Imperij Vltionis exē- uigesimi septimi fulmine ictus, perit, grauiter ulciscente nu- mine pietatem toties ab impuro principe lesam, quanquam Marcellinus senio longo confectum subita morte corruisse tradit.

## IVSTINVS THRAX.

**I**ustinus Thrax, utroque parente ignobilis, à teneris annis suum custos, deinde boum, post lignarij cuiusdam minister, natus annos sedecim militare cœpit, promptus manu et dextera hostem ferire gregarius miles factus. Hinc per omnes dignitatum honores ascendens ad prætorij præfecturam eum etius consul designatus est. Mortuo Anastasio, ad cum Eunuchis quidam diues, superioris Augusti libertus uenit, ma-

Iustinus Imitatorem uim dans ei pecuniarum, ut militum suffragij Theocritianus Imperator designaretur. Verum Iustinus, commodis sui non immemor, Imperium ea pecunia sibi ipsi emit.

A mantianum et Theocritianum insidias sibi molientes in medio sustulit. Anno imperij nono, Cal. April, Iustinianum sororis sue filium adoptauit, confortem imperij fecit: quarto post mensē decepit. Imperauit annis nouem. Mensibus duobus. Orthodoxus fuisse traditur, Arrianos siquidem expulit. Germanum præfulem Capuanum missum ab Ormisda Pont. Ro. pro orthodoxis restituendis. Ab Anastasio pulsis, humauerit exceptit et exaudiit. Chalcedonensem consilium publico

Dyrrachiu& Corinth⁹ ciuitates restitutæ.

## IVSTINIANVS.

**I**ustinius Iustini ex sorore filius, cum annum quartum et quadragesimum ageret, imperare coepit, quod per annos undequadragesima administrans, ueterem Romani imperii gloriam mirum in modum ampliavit. Maximus certe princeps nisi auraritie et delirij Eutychiani reus fuisset: et Belisario duci clarissimo, cuius opera res multo præclarissima confecerat, ex leui admodum suspicione, citra culpam occisus effodi iusisset, et profugasset. Tam graui oppressus fortuna Belisarius à prætereuntibus uictum querere coadiu-

Belisarius  
dux clariss.  
stipé à præ-  
tereuntibus  
querere coa-  
ctus.

est. Serici usus ē Persis ad Græcos hoc tempore trāsfit, iam= Serici usus pridem desitus. Iustinianus tandem affectus morbo, Iustinum à Persis ad ex filia nepotem Cæsarem fecit, nec multo post ingrauescens sit. Sophia tempropio lib. x vi. Vbiique à pietate alienum promulgasset, plum. Sophia templum ingens Iustiniani iussu Constantinopoli Fames gradificatur. Hoc tempore fames ingens adeò in Italia invasit, ut membra humana cederent indigenæ. Syluerius Papa, Papa relega Theodora uxoris Iustiniani fraude, falsis testibus conuictus tur. à Belisario in exilium mittitur, ubi etiam obiit.

## IVSTINVS MINOR.

**I**ustinus minor Iustiniani ex filia nepos, Iustini amulus, ac perinde ut filius in regia semper enutritus faciliter admodum ingenio et ad promerendam ex liberalitate hominum gratiam nato, à Iustiniano Imperator declaratus est. Cum Persis fœdus pepigit, tributo, quod Romani annuum his penderent, sublati. Longobardi Germanica gens Narses fuisse, quem Imperator falso delatum proscripterat, in Italiam irrumpit, Dux prescri quam ab Albuino rege ad Desiderium CCCIII. annis in principatus diuisam tenuere. Scriptis enim Sophia Iustini, uxor ad Narsetem, ut ad pensa muliebria rediret: eunuchus enim erat. Narses, Responderat utique Sophiae Narses, se tam texturum telam, quam ipsa discutere et diuellere nequiret. Iustinus ex liberali auarissimus eus est: simul et fidei Christiane contemptor maximus, et Pelagiane heres eos næ contemperat acerrimus. Longinum cum novo exarchatus magistratus in Narsetis, quem revocauerat, locum misit. Exarchatus sedes quondam fuit Rauennæ, qui magistratus coepit anno mundi IIII. M.D. XXXIII. à Christo nato D. LXXI. ab hoc Iustino minore primum excogitatus, ut Imperat. quod immoda uicarius in Italia foret, eaque fuit autoritate, ut

Pontifex Romæ creatus, ab eo confirmaretur. Durauit annis Armeni hic magistratus CLXIIII. Iustinus graui pedum dolore obiit anno imperij undecimo. Hoc principe Armenij fidem Christianam amplectuntur. Monotheletæ cum sua heresi tarum hære emergu. it. Contra hos synodus Constantinop. CL. episcopis celebratur, in qua Græcis sacerdotibus uxores permis- sis. Latinis nequaquam.

## TIBERIVS:

**T**iberius secundus, contrariis Iustino moribus, ex ab eodem adoptatus, peculium ab eo coactum longa au- ritia, Sophia tradente, simul et omnes Narsetis ducis clariss. thesauros in Italiæ puto, monstrante quodam fene repertos, egentibus dedit. In Oriente Persas saepe profligatos intra suos fines compulit, recepta Mesopotamia. Persarum capti- uos omnes honeste uestitos in patriam remisit. Longobardos rupto cum Imperatore foedere, urbem Rom. graui obsidione prementes multitudine decidentium imbrum à incibus re- pulit. Secuta est imbris longa siccitas, et inde caritate amone laboratum est. Tiberij felicitas multi nominis fuisse, si res in Occidente ut in Oriente successisset. Mauricium genitio adoptauite, que imperium administrandum tradidit, presen- tibus Ioanne Patriarcha (qui coronam imposuit) et Senatu. Vixit cum summa pietatis et liberalitatis opinione. Im- rauit annos septem.

## MAVRICIVS:

**M**Auricius genere Cappadox. successor Tiberij socius præfuit imperio annos uiginti. Rebus gerendis in initio felix fuit. Armenos et Persas per legatos fudit; mox sua Scythes repulit, in Italia Longobardos repressit. Deinde auspiciis Theodosij filij sui et Germani socii uictos Hunnos Pannoniisque exutos ad solitudines fugauit. Constanti-

nopolitanū Patriarcham ðnovuevindò, id est uniuersalis ecclæsiae præfulum uocitzui. Ex humili notario ob diligentiam à Iustino præfectus uigilum factus, mox Tiberij gener, po- strem Augustus, multis uictoriis illustris, Rem. feliciter ad- stus. Mauritius ex notario Augustus fa-

**I**VSTVS ES DOMINE, ET RECTA IVDICIA Patientia & fortitudinis exemplum. Angeli & Gotthi ad fi-

**P**HOCAS. Hocas Scythici limitis præfectus ab exercitu scelerato, dem conuer- tuntur.

**P**ocuus dux erat, Imperator lectus est. qui penè Mauricij oblitus, nec tanta cede edoctus, auarissime tributa exigenda mandauit, tenacius priore aurum seruans, secreto cum suis auxiliis, Persico more omnia disponens. et hi legatos audi- erant, iudicia exercebant, magistratus dabant: quo in eo, qui imperat, miseri et deterius nihil est. Grati illi erant, qui inexplebili rapacitate populos uexabant. Sipendia militibus debita parcissimè exoluebat. Hic Rom. Pontificem prima- ium omnium declarauit, solicitatus à Bonifacio tertio. Hu- ius desidia et ignavia Romanorum uires adeò fractæ et de- bilitatæ erant per luxum et libidinem, ut imperium Rom.

solo nomine constaret. eoque uentum est, ut aut nomen im- perij deleretur, aut Phocas occumberet. Erat acceptus Impe- ratori Priscus Patritius gener Heracleone. Huius filius He-

raclius proprietor Africam administrabat. hi tres de Imperatore occidendo coniurationem ineunt. Heracleon se, quia magister militie erat, in Thracia uelut defensurus regionem et propulsaturus Barbaros, exercitum cogit. Heraclius Constantinopolim ex Africa uenit, ne pater defectionis suspicione faceret. Conqueriunt statuto tempore: si de industria Vltionis exē tumultus: dum milites Praetoriani accurrunt, cōiurati Primus. cipem impurissimum obtruncant, imperij anno XIIII.

## HERACLIUS.

**H**eraclius, Heracleonae Africe proprietor, occiso Phoca, à militibus Cesar declaratus, acclamante populo Augustus consulatur. Hic uno eodemque die et diademate Sergio Patriarcha accepit, Fabiam Eudoxiam duxit uxor, simul et sacratissime corona et nuptiarum pompa celebrata est, et Hierosolymam, Syriam et Aegyptum restituit imperio, et Persis uictis et Cosdroa eorum rege à proprio proprio filio interempto, quod fratri natu minori regnum tradidisset. lignum salutiferæ crucis reduxit, illudque primum Constantinopolim, deinde Romanam transtulit. Duravit autem bellum Heraclij aduersus Persus annos sex continuos. Post hæc Heraclius cura Reip. aliis tradita, otio et quieti se se traxit. Iudeos etiam inuitos, ad Baptismum compulit, Malhefatos studiis operam dedit, aruspiciis et prestigiis demonum fidem adhibuit et in Menolitarum heresim prolapsus, Martinam fratris filiam in matrimonium ducit, data lege, ut omnibus idem licet. Imperauit annis XXI. Ferunt hydroponi occubuisse. Alij scribunt nouo cladis genere, testuum folliculo sursum uerso, simul cum virili membro, et semper tentu adeo ut quoties meiceret, nisi tabula umbilico admota prohibe bente, uultum lotio sparsisset. existimant ob illicitas nupium id accidisse.

Cosdroa Per  
serum rex à  
proprio filio  
occiditur.

Nouo morbi  
genere obit  
Heracl.

MERA

## HERACLIUS IVNIOR.

**H**eraclius, qui et Constantinus iunior dictus est, Heraclij filius uere pietatis cultor patri succedens dolis nouercae Martine, que filio imperium aſtruebat, quarto regni mense ueneno necatur.

## HERACLEONAS.

**H**eracleonas Heraclij filius cum matre biennio in Oriente imperauit post sublatum Constantinum. Senatus populisque Constantinopolitanus cognito scelere in matrem et filium consurgens, hunc naribus abſcissis, ne decolor aut gratia ad commiserationem populos flecteret, illam lingua, ne oratione, quam multum ualebat, commoueret, in exiliū relegarunt, una cum Patriarcha, à quo adiuti erant in perpetrando scelere.

## CONSTANS.

**C**onstans, qui et Constantinus III. pulsis Heracleona et Martina à Senatu, sine militibus, quod raro accidit, Imperator declaratur. Hic autem impietatis haeres et Monothelitarum dogma sectatus, Martinum I. Pont. per Olym pium exarchum comprehendere iubis, et in exilio mori coegerit: quod Paulum Patriarcham in synodo presulatu deiecerit, ac Cyri Alexandrini, Sergij et Pyrrhi condemnationem probauerit. A Saracenis uictus aſfugit. Posthac ab iisdem impietratis inducis, ut Italiam à Longobardorum tyrannide liberaret, filio Constantino domi relicto, Tarentum classe appulit. indeque Luccia capta ac diruta, Beneuentum obſer det. Obsidione relicta Capuam uersus contendit, ubi obuium rū, antiqui operis, signo cumue Roma proficiscitur. Cui Vitalianus pontifex obma fuit ex-

Martinus  
Papa in exi-  
lio obit.

Quidquid  
ornamento-  
rum, antiqui-  
operis, signo  
cumue Ro-  
ma fuit ex-  
pilat. Con-  
chi pretiosius, ex ueterum monumentis expilat, ablatis in-  
lans.

X 2 ter

ter cetera Panthei regulis aeneis. Post dics duodecim in Siciliam abiit: ubi cum auare, et crudeliter exigerei tributum, a suis necatur, cum in principatu uixisset annos x x vii.

## CONSTANTINVS.

**C**onstantinus IIII. Constantis natu maximus filius imperium Byzantij patre absente administrans, ut mortem patris audiuit, in Siciliam statim aduolat, et Mezentium, uel (ut alij uolunt) Mizizium, tyramnum paternac cedisse auctorem interficit. Bellum in Saracenos annis septem terram marique gesit: quorum unico congressu trigesita milia fudicorūmque uires adeo debilitauit, ut coacti sint pacis conditiones ab Imperatore petere, quae concessae sunt illis hac legi, ut quotannis tributa penderent Cesari. Bulgari Thraciam et Paioniam inuadunt et Imperatoris permisso partem eius possident. Sextam synodum Constantinopoli celebravit contra Monothelitum. Agathone Ponti. impulso, ubi utrius conuenit Ecclesia. Fratribus pueris, ne ad imperium aspirarent, nares amputauit. Rex Persarum cum uxore Cesari et multis suorum milibus Constantinopoli (autore Plat.) baptizatur. Tandem morbo correptus, uel (ut nonnulli scribunt) e palatio precipitatus, obiit anno imperij x viii. Pogonatus appellatus est, quod imberbis in Siciliam profecit. Fames in etiis, barbatus redisset οὐώνων enim barbam appellant. Enim maxima hoc tempore Galliam inuadit: cui ut succurreret rex Clodoueus, thesauros et opes, quibus aedem D. Dionysius Pater Dagobertus ornat, afferit.

## IVSTINVS IIII.

**I**ustinus IIII. Quem nonnulli Iustinianum uocant, Constantini IIII. filius et successor, ultimus ex stirpe Heraclij, sedecim annorum adolescens, uir certe uarius et impium imperium adeptus a fide aberrauit, patris synodum alias fratribus.

nodo infirmando, quem cum Sergius Pont. Ro. minime ratam haberet, uti comprehendetur iusit: Ob hoc missio Zacharia Protospatario, qui reclamante Pop. Romano, re infecta rediit. Quam ob rem paenas ob hec aliquae sceleratae dit. Nam postquam x. annis imperio praesulset, a suis ducibus Leonito et Tiberio Absimaro et Callinico Patriarcha truncatus naso et auribus, imperio exutus in Chersonesum relegatus est, iterum regnaturus. Childericus Frani Childericus corum rex II. circa haec tempora cum uxore uterum ferente. Fancoru te, a Rodiloo (quem palo alligatum flagris cedi iusserrat) rex occiditur.

## LEONTIVS.

**L**eontius, uel Leo I. Imperator factus preest rebus pef simi an. IIII. tandem et ipse mutilatus naso ab Absimaro duce in carcerem detruditur. Frisi fideli re cipiunt. Frisi fidē recipiunt.

## TIBERIVS III.

**T**iberius IIII. cognomento Absimares a militibus Imperator designatus, Philippicum, cuius uiribus fretus rerum potiebatur, in Ponto relegat: quod eum suspectum habebat, ob aquile augurium, que Philippico dormienti caput obumbrasse uisa fuerat. Praesul imperio annis septem. Post quod tempus Iustinus (de quo supra) IIII. opera Bulgarrum ab exilio reuocatus, Constantinopolim cum ingenti exercitu reuertitur et denuo cum filio imperat annis VI. Callinicus Patriarcha et captos Leontium et Tiberium, spectante populo interficiuntur. Constant. re fici iubet: et Callinicum Patriarcham exoculatum Romanum legatur. relegat. Mox uocatum ad se Constantinum Pont. summum, huius nominis primum, et honore et pietate summa excipit: humi proiectus pedes ei osculando et Romani dogma-

Saraceni Africam & maximam Hispania partē occupant. *tis decretā per synodum probando, ueniam petuit preteritōrum.* Ad ultimum à Philippico aduersario, quem relegatum in Ponto, ipso dehortante Pontifice, bello oppugnabat, superatus, unā cum Tiberio filio interficitur. Circa hæc tempora Saraceni Africam & maximam partem Hispania ui occupant, quam ad DCC. an. tenuere.

## PHILIPPICVS.

**P**HILIPPICUS BARDESANES, occiso Iustino & eius filio in acie, imperium adeptus, edicto sanxit ut Sanctorum statuae & imagines ē templis raderentur. Sexta synodi de creta, altera synodo infirmare contendit, gratificaturus monacho, qui imperaturum illum prædixerat: id predictionis præmium petenti. Quapropter cum eloquētæ multum huic messe sapientiæ parum, opesque imperij iam pridem congregatas dissiparet: pateretur etiam Bulgarii Thraciam populari, à Constantino Pont. Ro. sacris ut schismaticus interdictus, ab Anastasio Anthemio præfecto suo, priuatur oculis & in ordinem redigitur, anno uno & mensibus sex uix expletis.

## ANASTASIVS II.

**A**NASTASIUS II. cognomento Artemius, ab exercitu Imperator salutatus Romanorum pontificū decretā probauit, sacro sanctaque habuit. Hic cum optimè, quæ ad ueram pietatem attinent, instituisset, ex Pontificum assensu, classem ingentem aduersus Arabas in Alexandriam emisit. Verum classariis quibusdam contumaciis agentibus, qui illum oderant, domum reuerserunt. Theodosium ignobilem alioqui uirum imperio præficunt, qui capta Constantinopoli Anastasium regno exutum monasterio inclusit, cum annum unum, mensis tres imperasset.

THEO

## EPITOME.

327

## THEODOSIVS III.

**T**HEODOSIUS tertius Adramitanus coactus à militibus imperium adipiscitur. Is quanquam obscurus genere, pius tamen animo & fide orthodoxus. Sanctorum imagines à Philippico disiectas, tēplis restituit: ad Niceam graui p̄eilio Artemium uicit. Imperium deseruit cum uidaret se inuidi à Leone, qui ab exercitu Imperator dictus fuerat, & disfideret regnum se posse retinere, pertusus etiam belli ciuilis quod contra Leonem gesbit, cœnobium ingreditur, ubi satis diu ac felix in ea peregit, cum annos duos imperasset.

## LEO III.

**L**EONIUS Isauros siue Conon sceleratus, obscurissimi generis (quippe qui apud Isauros natus sedentariam exercuerat) post Theodosium unā cum filio imperat, Iconomachus appellatus est, hoc est, imaginum expugnator: propter ea quod imagines ac sanctorum statuas & templis auferri & incendi iusset, concilio Byzantij celebrato: ut gratificaretur duobus Iudeis qui illum imperaturum prædixerant. Constantinopolitanum pontificem, Germanum nomine, aduentum sede extrusit. Stephanum pont. Romanum minime consentientem comprehendi ac necari iusset. Hoc principe Constantinopolis octo annorum spacio obsidionem passa est à Saracenis, qui propter famis & pestilentie magnitudinem, summa calamitate presi, discedere coacti sunt. Præterea naues eorum igne peculiari arte facto sub aquis incense conflagraverunt. Inde Siciliam Sergij opera rebellantem ad officium retraxit. Circa finem imperij, quod quartum & uigesimum durauit annum, graui terremotu Bithynia Thraciæ concussa, murique Byzantij magna ex parte collapsi. Gregorius pont. III. Syrus Leoni imagines Sanctorum templis restituere nolenti facis interdicit, & neglecto eo Caesarum

Leoni sarcis interdictum.

x 5 volum

rolum Martellum Francie regem contra Longobardos, qui iam pacem cum Romanis, reiecto Imperatore, inierant, in Italianam uocat. Saraceni Aquitaniam occupauere: at à Franchi pulsii, supra CCCCLXXIII. nullia interfecti sunt.

## CONSTANTINVS V.

Constant.  
imaginum  
eueror.

**C**onstantinus v. Leonis Isauri filius Orienti praefst. Patris retinuit impietatem, de imaginibus abolendis graue edictum promulgando. Magicis artibus ad insaniam usque deditus, nullo scelere abstinuit: non Christianus, non Græcus, non Hebreus: sed omnis impietatis mancipium. Constantinopolitanos antistites duos grauiter excruciatos capite plectit. Bulgaricum uariante fortuna bellum terra marique gerit. Artabasnum prime nobilitatis hominem, Imperatorem ab Orthodoxis creatum, oculorum usu cum liberis priuat. Signum futuræ in eo impietatis, iam inde ab initio, dum è sacra puer fonte leuaretur, prese tuit, sacris lymphis uenitris solutione commisculatis: cuius rei gratia cognomentum Copronymi meruit. Periit Elephantiae morbo anno imperij xxv. Hoc tempore Pipinus Francorum rex, Astulpho Longobardo deuicto, Raucnнатem exarchatum (repugnante Copronymo Imperatore) dono dat Ro. pontifici: Parlamentum in Francia instituit. Turcae gens Scythica, institutio.. ex Hyperboraeis montibus procedentes, Alanos, Colchos & Armenios inuidunt.

## LEO IIII.

**L**eo IIII. Paterni sceleris atque imperij heres, unan mine repulsus domum rediit, pauloque post impium spiritum nepharius exhalauit, anno imperij quinto, relictio Constantino filio, quem ex Irene uxore Atheniensi proba & speciosa suscepit.

CON

## CONSTANTINVS VI.

**C**onstantinus vi. Leonis IIII. filius, cum Irene matre imperat an. decem. Quo tempore apud Niceam synodo celebrata cum Romano Pont. de imaginibus restituenda est de spiritu proceßione conuenit. Expulsa tandem à filio mater, que omnia magna prudentia administrabat: post paulo à ciuibz Constantini flagitia non ferentibus, reuocata ab exilio in pristinum statum restituitur, annos treis sola imperio praefuit, ac Constantino filio in carcerem coniecto, oculos eruit, ubi breui tempore extinctus est. Ea fere tempestate inuenta est lamina ænea supra mortuum hominis in his uerbis, CHRISTVS NASCETVR DE VIRGINE, CREDO IN EVM. TEMPORE CONSTANTINI ET IRENES O SOL ITERVM ME VIDE BIS. Expulsa denum à Nicephoro, Patrio successore ipius, in Lesbum insulam, reliquum uita egit. Irene in Lefbum relegata. Mulier una rebus omnino administrandis nata. Constantinus tur. cum matre x. annos praefuit, solus v.

## NICEPHORVS.

**N**icephorus Patrius Irene in Lesbum relegata, occupatique Orientali imperio, pacem illico cum Carolo Magno ab Irene constitutam seruui: tuti uidelicet Apuliam Calabriamque cum Sicilia sibi haberet, reliqua Italia illi concessa. Cum Venetis item pepigit ut nullius subeſſent imperio, legibusque propriis uterentur: Admiratum Saracenorum qui cum trecentis milibus uenerat, pactione anni tria buti ab se repulit. Venetos sociali classe aduersus Gallos iuuit. Apollonianam immissa classe partim viribus, partim fraude captam diripuit. Stauracium filium imperij consortem fecit. Cum Bulgariis in superiori Mæſta congressus, occubuit, an. imperij IX.

STA

## STAURACIVS.

Stauracius  
monasterio  
includitur.

**S**tauracius Nicephori filius in Bulgarorum bello uulnératus, patre imperfecto statim Constantinopolim resuersus imperium init. A Saracenis rupto sōdere, quod pater inierat, multa accepit incommoda. Denique à Michaële Curopate, qui Procopiam fororem eius in uxorem duxerat, imperio deturbatur et monasterio includitur. Paucis diebus post patrem imperauit.

Europalates.

## MICHAEL.

**M**ichaël Curoplates, cognomento Rancabe, gener Nicephori supradicti, fororius Stauraci, inito statim imperio, cum Carolo conuenit, ut Carolus Occidentem, sibi uero Orientem retineret. Venetorum quoque tunc urbs ea conditione Grecis partibus cessit, ut immunitate prius à Carolo Francorum rege concessa, quam ad eam diem retinuerant, uerentur. Hic cum aliquandiu aduersus Bulgarios bellum gesisset superior, tandem apud Hadrianopolim fuisse fugatusque, amissis copiis domum se recepit: ubi mox con-

Ex imperatione Leonis Armeniaci captus, et in insulam Prometheum monasterio exilium missus, ibidem in coenobio quodam monachum egit, biennium postquam imperauerat. His fortunae uicibus ab aliis ad alios transferuntur imperia, et opes, gloria, uoluptas et quicquid est commodorum et incommodorum.

## LEO.

**L**eo Armeniacus Pardi Patriitij filius, qui exercitui praeferat Orientis, quod rerum ponderi sufficere uideretur, a populo Imperator electus, Crumnum Bulgarorum regem Hadrianopoli potitus et in Constantinopolim arma uertentem, eruptione facta, circa urbis moenia interficit: quae res aliquandiu Orientis statum pacauit. Parta de Bulgaris insigni uictoria, cum ab armis quies esset, ad cædem multorum

rum conuersus, Diuorum imagines penitus deleri iubet: nec Diuorum presagijs, aut somniis maternis cladem imminentem euadere imagines sublate. potuit. Nam à Michaële Thraulo, quem in custodia detinebat, noctu per insidias, dum sacris operatur, multis uulneribus confuditur post annos imperij VII. et mensis V. Vxor in monasterium detruditur, filii in exilium pelluntur. Vir fuit omnium crudelissimus, quo sane uitio res multas bene et præclarè gestas obscurauit.

## MICHAEL THRAULVS.

**M**ichaël Thraulus, id est, Balbus: nam lingua fuerat Balbutienti, præterea è Phrygia superiore non humili solum loco, sed etiam sordido oriundus, atque Iudeorum regionis illius secta contaminatus, imperfecto Leone à quo ad maximos honores euectus fuerat, et filii in exilium missis, imperium inuadit. Thomam qui exercitui Orientis praeerat, rebellantem tandem oppresit: defectionisque socios cum ipso Thoma sustulit. Saracenos Cretam inuadentes uicit. Auersus clericis ac monachis omnibus uentris profluuo extinguitur, anno imperij nono. Vetus oraculum innotuit, T V M R E M ROMANAM RVITVRAM, CVM ET BALBVS ET AVARISSIMVS PRINCEPS IMPERARET.

## CAROLVS.

**C**arolus Pipini Francorum regis filius, huius nominis primus, primus item Christianissimus uocatus, à Leone pont. Romano primus Imperator ob egregia in Christianum nomen merita factus est. Sub regni initia Aquitanico bello liberatus, deinde Italiam ingressus Longobardos Francis, capto eorum rege Defyderio, subigit. Saxones sepius rebellantes, tricenniali bello uicit: et quod initio semper fecerat, uera pietate imbuit. Saracenos ex Hispania propellit. Sclla

Oraculum  
vetus.

Sclauos, Danos et Boëmos in ditionem suam rededit. Italiā iterum ingressus Beneuentanorum, qui in Ro. pōtificem bellum parabant, tumultus compescuit. Leonem Pont. à Romanis ex pulsum ac eius auxilium implorantem restituit. Humanicū bellum confecit. Vnde illi post ingentia facinora Magni cognomen datum. Undique sic parta pace in Gallias redit, filioque Ludouico imperij consorte declarato morbis et senio confectus, moritur Aquisgrani v. Cal. Feb. anno etatis LXXI. imperij Ro. X III. Salutis D. CCCXV. Triā publica gymnasia instituit ad propagandam et conseruandam doctrinam Christiane religionis, utpote Bononia, Lutetiae Parisiorum in Galliā et Papiā, uiris undiq; doctissimis accersitis. In Germania multa monasteria erexit in usum iuuentutis insitūēde scholarum loco. Synodos quinque prostatu ecclesiastico celebravit. A multis ut cælum unus, contigitur.

## LVDOVICVS PIVS.

**L**udouicus Caroli Mag. filius à pietatis religionisque studio Pius cognominatus, auditā patris morte, Aquisgranum uenit, ubi legatione Leonis Græci Imperatoris audita, foedus cum eo renouat. Dacicum bellum ex sententia conficit. Bernardum Pipini nepotem Italie regem, imperium affectantem securi percussit; eius fautoribus, inter quos multi præfules fuere diuersis in locis exilio mulctatis. Britones et Bulgaros pacis turbatores comprescit. Stephanum III. pontificem Galliam potenter, magnificè exceptit: a quo max unctus et imperiali diadema insignitus est apud Aurelianos. Michaëlis Imperatoris Constant. legatos de imaginibus referentes ad Rom. pontificem reicit. Quatuor suscepit liberos: Lotharium Italie in Bernardi locum suscepit. Pipinum Aquitanie, Ludouicum Bavarie, Carolum Calvum ex

Judith

Judith uxore, Francie Burgundieq; reges constituit, à quibus tamē postea multa incommoda passus Sueßione ad Me= A filijs in cardardum in carcere detenus est piissimus pater ab ingratis detru ditur. At post annum pristine restitutus dignitati, omnia ci= uiliter tulit, et cum iis clementer egit. Decessit Moguntie anno imperij XXVI. cum uixisset an. LXIII. Paschalē Pont. Rōm. ius eligendorum præfulum remisit, sanxutus ut ecclesiarum ministri à gemmis cultioreque uestiu temporearent.

## THEOPHILVS.

**T**heophilus Michaëlis Balbi filius, post patrem, cum quo septem annis imperauit, Constantinopoli præsitetur imperio. Hic erga subditos æquum se ac iustum præsttit. Diuorum imagines execratus, non paucos qui eas cohererent, ad mortem usque cedi iubuit. Cum Saracenus Asie Imagines prouincias uastantibus bis congressus bis uictus est, castigat, raduntur. que exutus. Quinetiam Amorium, unde illi genus, ab iis obfessum et proditione captum diripitur. Tandem cum rebus XII. an. præfusset, dysenterie morbo periit superstite filio Michaële. Bonus alioqui habitus, est princeps.

## MICHAEL.

**M**ichaël Theophili filius sub matris Theodora ac principum uirorum tutela, que pro eo imperium Constantinopolitanum administravit, adhuc infans patri succedit. Legatos, ut primum imperij. regimen affecutus est, cessitque ei mater, Romanus misit Nicolaum I. Pont. Romanum et Apostolorum Basilicas salutatum, cum ingentis ponderis aureo calice. Hie auo quam patri similior, per summam ignauiam et prodigalitatem rem affixit: irruentibus multis bellis à cursu equorum, in quem omne studium colligatur, auocari non potuit. Matrem, quod Diuorum imagines restitutio excera

execraretur, monasterio inclusit. Basiliū Macedonēm Bardū interfecto, dum ludis Circenſibus cum maxima infia indulget, conſortem imperij ſibi adſciuit, à quo mox occiſus eſt an. imperij xii. quorum treis cum matre egerat. Bulgari Scythicum genuſ, cum Theodora rebus adhuc preſet, pietatem noſtrām populariter amplexi ſunt.

## L O T H A R I V S.

**L**otharius maior natu ex filiis Ludouici Pi, dimicatio ne inter fratres suborta, ſibi imperium aſſumpſit. Ca-

Graue inter fratres diſſidium. Graue inter  
Carolo Gallia, Ludouico Germania obuenit, que fratrum con-

cordia non diu manſit. Nam infeſtis armis die Paſchæ concu-  
rere apud Fontanicum Altisiodorensis agri uicum, quo con-  
flictu tanta cædes utrinque eſt facta, ut à uicto non longe diſ-  
ſimilis uictor eſſe putaretur: ſuperior tamen Caroli exercituſ ſtetiſt. Poſt commiſſam tantam cædem pax Sergij i i. Pont. Rom. opera, iis conditionibus facta eſt, ut Lotharius imperio  
titulo cum Italia et Narbonensi Gallia frueretur. Ludouicuſ Germaniam haberet. Carolus Franciſ ad Oceanum preſet, additāque eſt Lothario Austraſia, que nunc Lotharingia  
eſt: quam a ſuo nomine ſic appellatam quidam uolunt. Reb-  
quit tres liberos Ludouicuſ, Caroluſ et Lotharium. Co-  
mete non pauci hoc anno ante diſſenſionem et bellum ba-  
fratrum uifſi ſunt. Poſt hec cum imperio annos x v. preſu-  
ſet, reliqua Ludouicuſ filio, nato maiore rerum cura, que  
quinquennio ante imperij conſortem legerat, ſeſe imperio  
abdiſans poenitutine rerum(ut opinantur) aduersarum de-  
ſiſt, moraſticam uitam in Prumia monaſterio ſecutus eſt.

## L U D O V I C V S II.

**L**udouicus ſecundus Lothari filius, Italie rex, patrem  
uiente Romam proiectus à Sergio Pont. coronauit. Se-  
racenos magno impetu Italiani ingressos, in agro Benen-

tano ſuperat. Reuerſus ex Italia in Germaniam poſt patriſ mortem, cum Carolo Francorum rege ob Austraſie regnū, quod Lotharij euerat, et id ſibi totum uendicarat Carolus, diſcordi animo uixit. Sed mox compositis rebus Mediolani moritur, cum imperaſſet annos xxi. ſuperſtitibus liberis Carolo et Ludouico, qui Franciſ Germaniſque preſuere. Amantifimus ante alios Nicolai primi fuit, cuius creationi Rome interſuit, deque communi conſilio cuncta admittit strabant.

## B A S I L I V S.

**B**asilius Maceſo, qui Michaëlem occidiſt, eo tempore Orientis imperio preſet, quo Ludouicus ii. Occidentis. Adepto imperio proſuſiſimas Michaëlis largitiones ita re- uocauit, ut diuidium earum, que accepiffent, erario inferret. Annuento Adriano ii. Pont. Synodus Constantinopoli pro Bulgaris faſtis Christianis celebrauit, ubi poſt longa con- tentiōne decretum, ut illi pontificis Rom. autoritatem ſe- querentur. Per Nicēphorum Phocam Saracenos ex Ancona Dalmatiaque fugauit. Erat uir frugi, uictitabat ex ruris ueſtigali. Decedens imperij an. x x. duobus filiis reliquit im- perium, Leoni et Alexandro.

## L E O.

**L**eo Basili Maceſonis filius, dum Bulgari, qui à Tur- cis oppugnabantur, auxilio uenit, male rem per Simo- nem legatum gerit. Cum Saracenis item Lesbum occupanti- bus conſlixit. Philoſophus fuit, omnium literarum, Astrolo- gie in primis studioſus, qua etiam filium Constantinum im- peraturum prediſit. Decedem fratri Alexandro reliquit imperium, filium paruum Constantinum ei commendans, quem paulo ante per Euthynum patriarcham diademate redimiuerat. Duas habuit uxores Theophaniam, cuius no-

Bulgari fidē  
recipiunt.

mini templum dicauit, alteram Zoën. Construxit D. Lazarus templum aliud, eò corpore ipsius translato. Hic ut uigilium, sive custodiarum urbis fidem experiretur, noctis solute regia mutato habitu atque uestitu se se. proripiuit: à primis custodibus numerata pecunia se liberat: ab aliis uero pugnacisque cæsus, in carcerem detruditur. Hos muneribus Dalmatae cū donat, illos bonis exitos expellit. Hoc tempore Dalmatae Sclavis Christi facta regni diuisione, una cum Sclavis Christianorum fidem Christianismū amplectuntur.

## CAROLVS CALVVS.

**C**arolus Calvus Ludouici Pij minor natu filius, Francorum rex, humanus princeps: at supradictum ambitiosus, ante acceptum imperium cum Britonibus et Normannis incerto et anticipi marte, dimicauit. Mox Romanum acersitus à Leone IIII. Pont. Rom. Saracenos urbe expulit. Audita post aliquot annos Ludouici nepotis morte Italiani petiit, et à Ioanne V III. Pont. Imperator declaratus imperiali diademate insignitus est. In Gallias inde rediit, in item re uxoris fratrem Italie preficit. Breui post Italianam repetens armatos contra se Imperatoris Ludouici nepotis filios offedit, cum quibus conflixit apud Veronam. Victus et infamam profligatus Mantuan se recipit: ubi curis confessus sine ueneni suspicione dati à Sedechia medico Iudeo dicitur absumptus, anno imperij VI.

## LVDOVICVS BALBVVS.

**L**udouicus Balbus huius nominis tertius, Gallia res quem alij Caroli Calvi, alij Ludouici Germanorum regis filium uolunt. Constantior tamen fama est, Calvi fuisse à Ioanne Pont. VIII. et Romanorum carceribus electo et apud Gallos agente, uictus et coronatus, prelato multorum Italie principum uoluntatem, coacto Tricafibit concilio

concilio. Imperator declaratur. Imperium ualeitudinarius princeps uix biennium obtinuit. Obiit Compendij quo die Christus passus est: duobus relicis liberis, Carolo Simplice Francorum rege et Carolomano Arnulphi patre. Hoc tempore Normanni, qui bellis assiduis Francos uexauerant, apud Carnutes memorabili prelio uincuntur à Richardo Burgundie Duke, et Roberto Comite Parisiensi, qui postea regnum Francorum administravit.

## CAROLVS CRASSVS.

**C**arolus à corporis habitudine Crassus dictus, Ludovicus II. Germanorum regis filius, à Ioanne VIII. Pont. Rom. imperij corona insignitus (quod uix ulli Pontificum contigit intra quatuor annos trium Imperatorum coronatione esse insignem) Pannonios multis prelatis affixit, et Robertum Normannorum Ducem ex sacro fonte leuauit, data illi in uxorem filia cum parte Galliarum. Sed mox cum nec imperio utilis, nec mentis compos esset, ei uiuo surrogatur Arnulphus Carolomani filius, Balbi nepos. Sic post decennium ex quo imperare coepit, moritur, et Angeae monasterio sepelitur. laudatur in hoc principe religionis studium et in literatos benevolentia, quos ad scribendum adhortari solebat.

## ARNVLPHVS.

**A**rnulphus Carolomani filius, Caroli Crassi nepos, cui curator datus fuerat (nouo et iniustato modo, nempe nepos patruo) ab optimatibus Imperator delectus, Normannos iterum tumultuantes ingenti clade pacatos reddidit. Mox in rapinas conuersus, praedæ dulcedine captus, templo spoliatus, et post XII. imperij annum iusta numinis ira tautam impietatem ulciscente, pediculari morbo, pectoris infirmum uocant, tandem è uita excessit. Sub hoc imperij maiestate

*itas defecit ad Germanos, que per centum annos fermè apud Francos steterat.*

## LUDOVICVS.

**L**udouicus Arnulphi filius à francis & Germanis patri in titulo imperij suffectus regnauit an. vi. Coronam accepisse nusquam legitur. Hungaros mortuo patre Germaniam maximo impetu inuadentes ad Lycum fluvium ius cit prostrauitque. Paulò post ab iisdem uicissim uictus est.

## BERENGARIUS.

**B**erengarius fortilij princeps, Longobardus ingenio & re bellica potens, ab Italìs aſiduis Barbarorum incursionibus uexatis, & antiquum ius, ueteremque imperij gloriam amittere nolentibus Arnulphi successor dicitur. Ludouicum Arnulphi filium apud Veronam uicit, captumq; luminibus priuauit. Pannonios pecunia Italia expulit. Gundonem Spoletanum Ducem interemuit. Praefuit rebus ann. quatuor.

## BERENGARIUS II.

**B**erengarius secundus priori succedens, post tertium aut quartum annum à Rudolpho Burgundo regi pellitur.

## ALEXANDER.

**A**lexander uiginti annos natus, nec Basilio patri, nec Leoni fratri ſimilis imperio Constantinop. preficiatur, uir luxu & ignavia perditus, rebus imperio perneſſoriis omiſſis, tantum uenationi, equis, canibus, ſupelleciliis laute uacabat, perditissimum quenque ac profligatissimum ad honores prouehebat. Extinctus est sanguine ē naribus & pudendis ob crapulam erumpente, dimiſſo fratris filio Constantino imperij successore, postquam imperasset annum unum & mensē.

CON-

## EPITOME.

339

## CONSTANTINVS.

**C**onstantinus Leonis Basili filius septennis à patre sub matris & quorundam nobilium tutela relictus (quorum opera. Andronicus Ducas tyrannidis inuafor oppressus est) post Alexandrum patraum Constantinopoli imperat. Hic Romano uitrico in exilium pulso, Christophoróque filio eius cum tota Lecapenorum gente extinto, rem imperij per annos undequadragesima ſolus fatis prudenter administrat, Beneuento Logobardis extorto, & tyranus quibusdam oppreſſis, Turcarumque principibus Christiana pietate imbuītis. Hic à literis optimisque diſcipulis non alienus, quas penè extintas ab interitu vindicauerit, librum Romano filio relinquit: in quo totius imperij summan, ſociorum foedera, hostium uires, rationes & conſilia explicitūt: quem Veneti in Bibliotheca, ut theſaurum, adſeruant. Nam & multa de eorum rebus diſſerit.

## CVNRADVS.

**C**vnradus Ludouici, Arnulphi filij ex fratre nepos, ultimus ex nobiliſima Caroli Magni progenie, Germania rex, Caſar deſignatur: nec tamen à Pontifice coronatur. Hic Vngaros, quos instigarat Berengarius (qui Imperatoris ſibi nomen in Italia uifupbat) ut iterum Germaniam depopularentur, ſuperauit, Othonis Saxoniae Ducis praefidio, cuius filius, Henricus à Cunrado morituro Imperator declaratur imperij an. viii.

## HENRICVS.

**H**enricus Othonis Saxonum ducis filius, Aucuparius dictus, defuncto Cunrado Germanorum imperio preficitur: cum imperium à Caroli Magni posteritate ad Saxones translatum eſt. Is Vngaros uicit, Sclauos ſubegit, Dale-

y 3

matas

matas tributarios fecit, Boëmos imperij legibus subieci, Brandenburgum cepit, Vandalis subactis ad mare usque (hi Christianam religionem tunc amplexi sunt) toti Germania summam tranquillitatem peperit, Lotharingiam recepit. Othonem filium, morti proximus, imperij successorum instituit, cum imperasset annos octodecim. Regnandi libido his temporibus pernicioſiſimas aluit factiones annis ferme LX. ab Arnulphi interitu ad Othonem primum.

## OTH. O.

**O**Tho Henrici Aucupis filius, nature & ingenij dotibus excellens, primorum Germanie consensu regni successor electus Aquisgrani ab episcopo Moguntinensi coronatus, ab Agapito Pont. multisque proceribus Romanis Berengarij III. Albertique filij tyrannidem exofis, in Italiam aceritus cum quinquaginta armatorum milibus uenit. Berengarium imperio & Albertum Italiæ regno deturba, donata tamen eis ex liberalitate parte Gallie Cisalpina trans Padum. Inde abiens Ludouicum Francorum regem factione suorum in carcерem coniectum libertati regnique administrationi restituit, Ioannem Pont. multorum criminum reum officio deiicit, suffecto Leone: Boëslauum Boëmiae regem ob interfictum fratrem, regno depellit, Vngarosque Italianam deuastantes aliquot preliis afflixit, quo confiditum tres reguli à Germanis capti inuito Imperatore laquo uictam finierunt. Berengarius Albertisque filius prelio uicti, hic Constantinopolim, ille in Austriam relegati, uitam in squalore finierunt. Sicque finis fuit uel Imperatoribus, uel regibus, uel tyrannis Roma, Constantinopoli & Italia orbi. Quibus confectis Romanum prefectus a populo Imperator & Augustus salutatus à Pont. Rom. primus Germanorum principum inunctus imperij corona insignitur. Tandem mo-

ritur cum imperasset annos x x x v i. **H**ic primus Imperator Pont. iuramentum praestitit, cuius forma extat 6. 3. dia simct. can. tibi domino Ioanni.

## ROMANVS.

**R**omanus Lecapenus obscuro genere natus, non obstante sanctissimo iuramento, quod presliterat, quod minus imperii sibi er. Christophoro filio vindicaret, Constantinum generum imperio deturbare, & in ordinem redigere conatus, cum Bulgaricum bellum infeliciter gesisset, & sextum ac uigesimum annum imperio prefuisset, à Stephanu filio captus imperio exiuit, & insule includitur. Mox & eius filij à Constantino comprehensi (cum idem in Constantinum quod in patrem molirentur, in foueam quam fecerant incident) alter in Proconessum, in Lesbum alter relegatur.

## ROMANVS IVNIOR.

**R**omanus Constantini filius, iunior appellatus, senioris ex filia nepos, luxu ac otio perditus, uir omnium ignauissimus post patrem imperio suffectus, imperij curam, cuidam Iosepho Bringae praefecto tradidit. Ingeniosus alioquin ac solers, ubi animum applicaret. Saracenos Creta expulit, Turcas Asiam uastantes Nicephori Phocæ ductu uicit. Matrem Helenam ab se abiecit. Sorores uefitu regio exutas, regia eiecit. Ille ob dolorem, queſtum fecerunt meretricium: ipse ludis ac crapule deditus imperij anno decimotertio ueneno extinxitus est.

## NICEPHORVS PHOCAS.

**N**icephorus Phocas post Romanum Iuniorem impe- rium adeptus, classem in Saracenos Siciliam occupan- tes infruit: ipse in eosdem Asiam deprædatæ exercitum du- cit. In Siciliæ res per duces acta haud bene ceſſit. ipse Cilia

ciam ex magnam Asie partem latetis auspiciis recepit: mox Antiochiam noctu aggressus, pulsis Saracenis imperio subdidit. Bellorum prætextu, cum nouis tributis et exactiōibus populū et ecclesiā expilaret, numismata adulterare, ac pondus immiñueret, odiosus omnibus à Ioanne Zimisce noctu dormiens in cubili occiditur: intromittente etiam scārios. Theophania Nicephori uxore. Imperauit an. x. (uel ut Egnatius scribit) annos sex, menses totidem.

IOANNES ZIMISCE.

**I**oannes Zimisces Nicephoro Phoca imperfecto, imperium assequutus, omnes Nicephori necessarios ē medio sustulit et damnatos ab eodem exilio, reuocauit. Basiliū et Constantīnum fratres Romani Iunioris supradicti filios Cesares fecit et imperij consortes adscivit. Spheodosianum Roxolanorum regem, qui Bulgariae ferē omnem occupauerat, cū exercitu toto cecidit, trophaeaque in templum Constantiopolim retulit et in numinis Christi Sceruatoris imaginem percussit, cum hac inscriptione, IE S V S C H R I S T V S R E X R E G Y M. Quod postea Graeci seruauerunt. Veneratio sublatuſ anno imperij sexto.

OTHO II.

**O**tho secundus Othonis primi ex Adelanda filius rex Saracenos Grecoſque bene et feliciter gesta, à patre consors imperij adscitus, à Ioanne XIIII. Pont. Rom. iuratus coronatusque, Henricum Bauariae ducem rebellem armis domuit, et aduersus Lotharium Francorum regem, qui Lotharingiam sibi uendicabat, Franciam ingressus Laudernum Sucionumque agris foedis populationibus usq; statim Parisiorum quoque suburbia incendit. At dum reuertitur in Germaniam, dum uado Azonem flumini traicit, granum in commode à Francis afficitur, plerisque suorum militum aqua uort

uorticibus absorptis, pluribus ab insequenti hostium multitudine interficitur. Mox audita fama Saracenos Calabriam repetiſſe aduolat: at infeliciter congressus ad Basentellum uincitur, occisus pené ad internectionem legionibus, ac scapha confessa à piratis interceptus in Siciliāmque perductus, sed ibi agnitus, seſe promissi Siculis ingenti pecunia liberari, Romāmque perduci obtinuit, et de piratis à Siculis sumptū est supplicium. Beneuentanos, Romæ conscripto exercitu, quod signa deseruissent, imperatos, et nihil tale timentes adortus urbem coepit, spoliauit, incendit. Beneuento urbe deſerta Romanū reuersus moritur, cum imperasset solus post patrem an. x. Ferunt ueneno ab Italīs sublatum propter seueritatem duriorem, qua in imperio uetus est.

CONSTANTINVS.

**C**onstantinus et Basilius fratres Romani Iunioris filii, rem post Ioannem tenuere an. LIII. Othonis II. tempore. Basilius in primis annos quinquaginta solus potitus, Bardam Scelerum unum ē Ducibus rebellantem, in potestatem redactum, oculis priuauit. Bulgarios deinde quotidie tumultuantes, magnis ac pluribus prelijs tandem superauit, uia cum Samuele eorum Duce, ac quindecim milibus ex eis captis oculos effudit, uno incolumi relicto qui ceteros ad Samuelem eorum Ducem præiret. Ob id Samuel non multo post animi dolore confectus periit. Ampliatis imperij terminis Basilius post LXXII. uitæ annum decedens, cum imperasset LII. an. Constantinum fratrem imperij successorem reliquit.

CONSTANTINVS.

**C**onstantinus triennio tantum post fratrem imperauit, cui omnino ignavissimus, imperij totius cura aliis de mandata. Deceſſit septuagenarius, relicti filiabus Eudochia,

Theodora et Zoë quam Romano Argyropulo patritio, qui  
sibi successit, matrimonio locauit. Circa hæc tempora Hen-  
ricus Burgundie dux cum liberos nullos haberet, Ducatum  
suum regi Gallorum moriens testamento legat.

## ROMANVS ARGYROPYLV S.

**R**omanus Argyropulus, Constantini gener, imperij  
haeres, multa in melius mutauit, summa liberalitate in  
omnes usus. Verum cum Saranica Asia expeditio parum ex-  
sententia cessisset, repente mutatus, totum se ignavia, ac au-  
raria tradidit: nec multò post Zoë salaciissime ac sterilis in-  
fidelis et Michaelis Paphlagonis adulteri, dolo intra balneas  
aquis immersus obiit, cum annos quinque et dimidium im-  
perasset.

## OTH O III.

**O**tho tertius, Saxoniae Dux, Othonis II. filius à prin-  
cipibus Germanis Imperator Roma dictus, à Grego-  
rio V. Pont. Max. consanguineo suo (Bruno antea uocabat-  
ur) quem ille Pont. crearat, diadema imperiale accipit. Sed  
cum Saxoniam petret Imperator, Gregorius Pont. à Ioan-  
ne Pont. adulterino urbe pellitur. Otho irarum plenus, ma-  
ximis copiis accinctus, Italiam ingressus Romanum ui capi-

**Crescentius**: Crescentium consulem, disfidij autorem, captum, oculis eru-  
exoculat<sup>er</sup> in tis et auribus truncis retrorsum asino impositum et spe-  
terficitur.

**Ioānes Pōt.**: Claculi loco per urbem circumiectum interfecit: Ioannem  
adulterinus Pont. exoculat: Gregorium v. consanguineum suum pris-  
exoculatur. ne restituit dignitati: qui sanctiōnem tulit, quæ in hunc usq;  
diē seruatur, in hæc uerba, IMPERATORVM NIV-  
LVS HAEREDITARIAM DIGNITATEM

**Gregorij v.**: VENDICATO. PRINCIPES SEX, SACRI  
de imperat. eligēdis san ORDINIS TRES, PROPHANI TOTIDEM  
Elio. EVM DELIGVNTQ; HI DISCORDES

FVERINT, BOEMIAE REGEM COAPTAN-  
TO. Hic cum imperasset annis XIX. Rom. moritur, non  
sine ueneni suspicione. Vxorem habuit Mariam filiam regis  
Aragonum, foeminae, ut dicunt, intemperantem. Mirabilia  
mundi uocatus est, ob ingenij promptitudinem et singular-  
rem prudentiam. His temporibus Senonum urbs ob Comi-  
tis Reginaldi scelus regis Francorum patrimonio adiicitur.

## HENRICVS II.

**H**enricus huius nominis secundus, Bauarus, dictus Clau-  
dus, Othonis primi uel filius, uel ex filia nepos (nam  
id ambigitur) à Germanis electoribus, secundum Gregorij  
v. Pont. Rom. formulam, Imperator electus anno incarna-  
tionis tertio supra millesimum, suum in Italiā aduentum per  
annos duodecim distulit. Multa cum Gallis, plurima cum  
Metensibus bella gesit. Accepta Roma à Benedicto VIII.  
imperiali corona, in Capuanū mouit, Saracenos Italia expu-  
lit: Troiam in Apulia finibus, ubi olim Hannibalis castra  
fuere, à Gracis aedificatum, obsedit et per deditiōnem rece-  
pit. Hunc Henricum Historiographi multis efferrunt laudi-  
bus, quod optimus Christianissimusque princeps cum Sime-  
gunda uxore uirginitatem, uel certe diutinam castitatem ser-  
uauerit: Hungarosque debellatos suasionibus et precum in-  
stantia ad fidem Christianam pertraxerit, data sorore Ste-  
phano Hungarorum regi in matrimonium. Cum in imperio  
piè ac sanctissime an. V III. uixisset, mortuus, Vramberge  
sepelitur: Conrado Franco II. legitimo electorum suffragio  
Cæsare declarato prius. Ob uitæ innocentiam et insignia  
miracula post mortem in diuorum catalogo adscriptus est.

## CONRADVS II.

**C**onradus Francus huius nominis secundus, post trium  
annorum interregnum, legitimo tandem Principum  
Germ

Troia vrbs  
in Apulia.  
Henrici ca-  
stitas.

Hügari fide  
recipiunt:

Germanorum suffragio eligitur, uirtute ac militari disciplina ad tantum fastigium euerlus: cum sub imperij initium uideret paſsim omnia turbari, effecit ut in imperij consortium filius suus eligeretur: ne se in Italiam profecto sine capite certio imperij subditi inter se tumultuantur in Germania. Mediolanum comparato exercitu diu obsedit: cumque supremū exitium urbi munaretur, deterritus oraculo obsidionem soluit. Itaque motis à Mediolano castris Romanis profectus, aurea corona à Ioanne XI. & imperij titulis ornatus est. In Sclauos ac Pannonas, qui rebellantem Italiam adiuuerant, Spirensis baſilicæ extru- liciter pugnauit. Baſilicam Spirensim magnis sumptibus ex- diuilio. truxit in qua cum uxore sua Gisella, seu Gista, ex qua Henricum II. suscepit, cum in humanis esse defuit, conditus est, imperij anno X V. Hoc princeps concilium Triburgo ad Mōguntiam habitum est. Et Burgundia tunc diuisa est, in Ducatum scilicet, & Comitatum, ut Ducatus ad regiam Gallicam: Comitatus uero ad imperij ditionem pertineret.

## MICHAEL PAPHLAGO.

**M**ichaël Paphlago Zoës adulteri, quique eius uirum Romanum Argyropylum è medio sustulerat, ab eadem Zoë imperio p̄ficitur Constantinopolitano. Mancipium fuit Barbarum, nec re ulla nisi forma commendatum, mente etiam commotum, labensque ad singula momenta, spuma in super oris foeda. Quis non effrenem in quinquagenaria sua mina libidinem execretur? aut fortunæ ludum in hoc principe non admiretur? Aſciuit ſibi primum illa omnem imperij potestatem, Michaële uelut ministro ufa. Sed non diu durauit hec obſeruantia: nam Michaël imperij habenā ſibi reuertit, nec male rexit. Tricennales inducias cum Aegyptio rege percuſit, Edeſsam obſidions liberauit: Domini in ſuos factis, Zoë propter expertam libidinem parum æquus fuit. Tam-

## EPITOME.

dem intercutis morbo cum laborare coepiffet, Michaële Calaphatem hæredē imperij eſſe uoluit, cum imperasset annos ferè septem.

## MICHAEL CALAPHATES.

**M**ichaël Calaphates ignobilissimus, à Zoë adoptatus, cuius parentes apud Paphlagones pice naues oblinitarent, unde ex cognomen adeptus, consiliis dolofus, rei cuiuslibet ſimulator ac diſsimulator, inuidus, iracundus & ad quamlibet auram mobilis, eius Zoë pedibus aduolutus fanē iurat titulo tenus ſe imperaturum, potestatem totam penes eam mansuram. His blanditis ad Constantinopolitum imperiumuectus, auare, perfide ac crudeliter rem ſuceptam adminifrat. Ingratiſſimus enim in omnes, patruum tantam amicitatis primum eiecit, reliquos deinde consanguineos ſuſtulit, inde Zoëm, fingens ſibi ab ea ſtructas infidias ac uenenū poſitum, à quibus innocens erat, relegauit: ipſe interim genio indulget. Id indigniſſime ferens plebs, Zoëm ab exilio reuocatam, Imperatricem creant, Michaële fugientem ca- Michaële capiunt, exoculant unā cum fratre Constantio, que familiaris prius exocu-Grecis poena eſt. Menses quatuor & totidem dies rerum latur. potitus eſt.

## HENRICVS III.

**H**enricus tertius Conradi Franci filius dictus niger, cū imperij coronam accepiffet, Princeps confensu VI= duricum Boëmia regem bello fatigatum tributum annum, ſibi pendere coēgit. Petrum Hungarorum regem à ſuis expulſum, regno reſtituit: apud Capuam Saracenos uicit. Ceterum perlaſus eorum que Romæ agerentur, Romam contendenſis abdicatis adulterinis pontificibus aliquot, Syndegerum Bambergensem episcopum Pontificie ſedi Rom. prefecit, quem Clementem XI. dixere, à quo Augusti Imperatoriſque titulis

titulus præsente synodo ornatus est, et ut caueret in possum Pontificum securitati, iure iurando Romanos adegit, in Pontificum electionibus abstinerent. Deinde Capuanum suo præsidio aduersus Saracenos firmavit. Henricum in Germaniam regressus filium quinque annos natum Cesarem dedit, et Aquisgrani coronari curauit. Obiit imperij anno XVII. Vxorem habuit. Agnetam Gulielmi Aquitanie principis filiam. Hoc principe species sectæ Manicheorum rerum hæresis. surgit in Gostar, que omnis animalis esum execrabantur.

## ZOE.

**Z**œ restituta, et ab exilio reuocata, gratias populo agit, eiusque consensu imperio preeft. Constantiop. adscita Theodora sorore, ac tertio viro Constantino Monomacho ab exilio reuocato, inuigitur, quem Imperatorū pronunciat mensibus tribus uix exatius.

## CONSTANT. MONOMACH.

**C**onstantinus Monomachus imperiorij stemmatis natura, princeps ignavius et luxu totus diffuens concubinam egregia alioqui forma iuste uxoris loco habuit, quam afflictum deperit. Duo grauiissima bella ciuilia suscivit, alterum à Manicheo Georgio, alterum à Leone Tomico, illata: et multa externa. Turcarum arma per Asiam latius euagata sunt: uicti tamen sunt Roxolani et Patzinacs Scythicum genus hominum. Hinc prima labes, hinc reliqua que consecutæ sunt clades ortum habuere, res pessimum huius principis ignaviam ire coepere. Demum ipse coniuncta pestilentia eodem tempore interiere. Imperavit anno XII. Liberalis in pauperes ac templa fuit. Coenobium instituit ubi senes alerentur: uexabatur podagra.

TH

## THEODORA.

**T**heodora Zoë soror, Senatu non consentiente, bienio rexit Imperium ab Eu[nuchis] amicis paternis, qui potentes erant confirmata, cum Nicephorum quædam, qui Bulgariae præerat, Imperatorem Senatus elegisset. Hac Imperatrice tanta domu forisque quies et otium fuit. tanta rerum omnium libertas, ut sciamici imperij neminem pœnitieret. Verum ingrauescente cum etate morbo, Eunuchorum illecebris adducta, Michaëlem iam senio confectum Imperij ac cure partipem fecit.

## MICHAEL SENIOR.

**M**ichaël senior, uir genere et opibus clarus et ad imperandum minus idoneus, etate eum pregrauante, post Theodoram ab eisdem Eunuchis imperio præficitur, hac conditione, ut titulo tenus Imperator esset: illi uero adiunxit. Cumque Recipib. inuiliis uideretur, à Patriarcha Senatique deicetus, in ordinem factione Conueni, cum uix annum rerum potitus esset redactus est. Priuatus factus non multo post satis ac naturæ concepit.

## HENRICUS III.

**H**enricus quartus quem tertium Egnatius facit, superrioris filius, impietati ac omni sceleri deditus: insuper à Gregorio VII, (qui Hildebrandus dictus erat) cui infestus Hildebrandus, hostis Ecclesie appellatur et sacris interdicitur. Qua duabus Henrico commotus, exercitu conscripto, cum Clemete, quem Pontificem in Germania creauerat, Romam petens, Basilicas D. Petri et Pauli cuerit, Gregorium Pont. os sedidit. Agnem matrem foeminae prudentissimam, eius facta improbam administratione amouit. Rodulphum Imperatorem à Principibus, Gregorij Pont. hortatu, creatum, multis praeliis uicit. Expeditionem Hierosolymitanam Christianorum prim

principum tunc primium incipientem, impedire conatus est. A filio Henrico, quem Imperatorem delegerat, captus et Leodij custoditus, pædore carceris post annum X L V I I I . Imperij miseram animam efflavit. Rodulpho misit Hildebrandus coronam cum hac inscriptione,

Petra dedit Petro, Petrus diadema Rodulpho. Quo significare uoluit à Christo imperium collatum esse Pontifici et ab hoc uicissim principibus conferri.

## HENRICVS V.

**H**ENRICUS quintus quarti filius, post patrem quem bello et armis infectatus fuerat, imperij fasces suscipiens animum patris, maxime in Pontifices retinet: nempe Paschalis pontifex hunc ab Vrbis ingressu prohibere uoluit, sed tante iniuria ferox adolescentis animus impatiens, Pontificem in potestatem redigit, et ab eo coronam extorsit, tum inhumaniter satis in clerum Romanum sauvitum est. Quum postea, quasi per uim facta, in concilio reuocasset Pontifex, Henrici furorem rursus ad repetendam urbem excitauit, ubi iterum, Pontifice absente, a præsule Bacharense demate redimitur. Tertiò postea in Italiam traiicens, Gelasium II. Vrbe pellit. His gestis, Germaniam repetuit, ubi moritur, nullis relictis liberis, anno imperij x v. Spira sepietur inter maiores.

## ISAACIVS CONVENTVS.

**I**sacius Conuenus gente nobili ortus, in obeundis negotiis expeditus, fortis, pace bellisque clarus, infractus, mortibusque arroganteribus, post Michælem imperio preficitur, adiuuante Patriarcha, quem postea ingratus et accepti beneficij immernor cum suis relegauit. Inter uenandum latenter morbo correpius, cum de salute desperat, cucullam induit, ac imperio se abdicat. Accusatus quod in Michælem

Isaacius imperio se abdicat.

tyrannide usus esset, se se Reipub. causa id fecisse, dixit. Bienio et tribus mensibus imperio præfuit Constantinopolitanus.

## CONSTANTINVS DVCAS.

**C**ONstantinus Ducas Senatus populiisque consensu Isaaci successor declaratus, conspirationem sub initia grauem exceptit, quam non sine discrimine uitæ comprescit. Tres ex Eudochia liberos suscepit, totidemque foeminas, Pictatam coluit, æquitatem obseruauit, Reipub. prudenter satis præfuit; sed avaritiae supramodum deditus suorum sibi odium conciliauit, hostibus imperij res undique uexantibus ludibrio fuit. Ad externa mala Constantinop. clades accessit, nempe grauis terremotus quo tempora ædæsque multæ corruevit. Excessit anno ætatis sexagesimo, imperij xii. uel ut Terræ motus grauis. aliis placet, v i.

## EVDOCHIA.

**E**udochia Constantini Ducae uxor una cum filiis, nondum imperio maturis, marito succedit. Poterant fortasse res domesticæ muliebri prudentia non incommode admistrari, si foris cessassent bella: sed imminentibus undiq; Barbaris, et imperij multas regiones uastantibus, fortissimum principé, qui tatis periculis occurreret, hostiumque impetus compesceret, et Remp. prudentia sua ac fortitudine tuetur, a Senatu populoque deligere coacta, Romanum cognomine Diogenem, post menses imperij septem, filiis non improbantibus, uirum sibi adiunxit.

## ROMANVS DIOGENES.

**R**omanus Diogenes suscepto imperio, cum uictoria contra Turcas esset potitus, ac Remp. metu liberasset: Imperator à Senatu quod Imperij iure pupillos priuare uideretur, ca-tus deportatus, oculisque priuatus in insulam relegatur: ubi ab Eudochia

chia uxore sepelitur, post imperij annos tres, menses octo.  
Huius pater Patricius ordinibus praefuit, et ob seditionem  
in Sardiniam ad exulandum missus.

## MICHAEL.

Parapina- **M**ichaël Constantini Ducae filius, à fame, que sub eo  
ceus. inuialuit, Parapinaceus cognominatus, imperio sum-  
rogatus, ad administrandum minime aptus, duobus Eunus-  
chis rerum cura tradita, studiis tantum literarum et uer-  
bus facilitandis uacabat. Quare praefecti, Turcis undecunque  
imminentibus, uelut coacti, Nicephorum Botoniatem, qui  
originem à Nicephoro Phoca imperatore ducebat, impera-  
torem sibi delegerunt: quem, in principis ignavi inuidiam,  
facile ciues Constantinop. admisere, Michael prius, cum  
uxore et filio in monasterium detruso, ac in monachum re-  
cepto imperauit annos sex.

## NICEPHORVS.

**N**icephorus in Michaelis locum cooptatus Constanti-  
num, Constantini Ducae filium, imperium sibi affere-  
re contendens, captum totundit, ac in sacerdotem indu-  
xit. Verum haud multo post Nicephorus ab Alexio Conue-  
no militibus acceptiori, deceptius, imperio deiicitur, urbe  
militibus, ipso die Pachae direpta, et in cœnobium coniuic-  
tur, ubi aliquandiu uixit: imperij anno tertio. His tempore  
Gofridus Bi- bus Gofridus Bilionius Lotharingie Dux expeditionem in  
lionius. Iudeam aduersus Saracenos sumpsit, quem illustrissimi  
præstantissimi e Gallia principes comitati sunt, diuendili  
uel oppigneratis bonis suis.

## ALEXIVS CONVENVS,

**A**lexius Conuenus Nicephori successor ueluti ex pro-  
fesso Latini nominis hostis præter bellum, quod cum  
Roberto Viscardo infeliciter gesit, Venetis etiam armis ab

iulii.

iulus, Gallorum memorabilem illam expeditionem, quam  
suspectam semper ab initio duxerat, perturbare conatus est.  
Ceterum non succedente consilio, his conditionibus com-  
meatu, et aliis necessariis rebus adiuturum se Gallos rece-  
pit, si quecumque cepissent ex hoste, sibi restituerent: ex du-  
cibus nostris certè plurimum Boamundo Normanno de-  
ferre uisus est. Inde ad pacis artes conuersus orphanotro-  
pheion erexit et museum: in altero pueros puellaque  
parentibus orbos alendos, in altero erudiendos instituit, sum-  
ptuusque his ex regio uectigali dat. Ad supplicia minime pre-  
cepit, moribus moderatus. Tandem morbo fatigatus post  
vii. et xx. imperij annum, menses quatuor cum dimi-  
dio, moriens, Ioanni filio, reluctante in primis matre, impe-  
rium reliquit.

## CALOIOANNES.

**C**aloioannes Alexij Conueni filius, mortuo patre im-  
perium adeptus, consanguineos suos dignitatibus or-  
nat, in Isaicum fratrem propensissimus, quem incredibilis  
caritate dilexit. Gallis et Venetis infensus fuit. Victorias  
multas ac præclaras in Oriente contra Turcas, Persasque  
assequutus, ad extreum cum esset in uenatione, ac telo a se-  
ipso intoxicate quod in aprum tendebat digitum dextre sau-  
ciasse, moritur post quintum et uigesimum imperij annum.  
Manuelum fratrem natu minorem imperij heredem dixit,  
cum Isaicum minus aptum sentire: non contempnendus om-  
nino princeps.

## LOTARIUS II.

**L**otarius secundus, quem nonnulli Luderum uocant, Sa-  
xonum Dux, ab electoribus Imperator creatus, cum  
Conrado (qui post imperauit) disfidium de Imperio maxi-  
mum habuit: quod tamen D. Bernardi opera sedatum est.  
Z 2 Aduersum

*Aduersum Bohemos expeditionē tentauit, at res inconsiliē coepit, plurimos ex suis amissū, & pax utrinque desiderat, utrinque etiam accepta est. Bis in Italiam projectus est, pri-  
mū ad compescendos motus contra Innocentium secun-  
dum (ā quo coronatus est) propter noui Pontificis elec-  
tionem, Rome coortos: deinde contra Rogerium Campa-  
niam & Apuliam iniuste possidentem, quem Italia expulit.  
His rebus compositis, peste in itinere correptus obiit, cum  
imperasset annos undecim.*

## CONRADVS III.

**C**onradus III. genere Suevus, Bauariae rex, Henrici  
III. nepos ex filia, imperium consensu principum  
nactus, expeditionem omnium grauiſſimam tentauit: As-  
ticam scilicet, contra Saracenos, quam prius tamen paraue-  
rant Ludouicus iunior, Ludouici Crassi filius, Gallorum, &  
Richardus Anglorum reges. Traiecto nanque Bosphoro  
Thracio immature, obſidionem Iconij soluere coacti sunt:  
rēque infecta maximo regum dedecore discessum, fraude &  
perfidia Emanuelis Constantinopolitani Imp. ut in Emanue-  
le dicetur. Conradus ad suos in Germaniam reuersus inglo-  
rius nondum Imperij diademate suscepto uitam cum morte  
commutat, anno imperij XV.

## MANUEL.

**E**Manuel, siue Manoel Caloiōannis frater, uel, ut alii  
volunt, filius, vir sceleratus & Reip. Christiana per-  
niciosus Constantinop. Imperator, Conradi, ad expeditio-  
nem Hierosolymitanā proficiscensis, militibus fame laboran-  
tibus, commeatū eos se iuuare simulans, gypsum contusum  
farinae immixtum per summum scelus dedit. Simili fraude im-  
pius ille Ludouicum Francorum regem decipit. sic breui ma-  
gna militum nostrorum uis consumpta est, & ex tanta me-

litum

*lum nuper multitudine uix decimus euafit. In Venetos Ste-  
phanum Pannoniae regem excitauit: eorumq; legatum Dan-  
dalum liberius loquitum, contra ius gentium utroque lumi-  
ne priuauit: negotiatores, quos simulata pace euocarat, fœ-  
dfragus ille comprehendit. quare armis Venetū pressus  
(promissa bonorum restituzione) equis pensionibus impe-  
trat. Prelium cum Turcis funestissimum gesit, in quo penē  
captus est. Demum cum Astrologiae peritiſſimus haberetur,  
ſponderebatq; ſibi multos adhuc uite & imperij annos, poſt  
imperij an. XXXVIII. monaſtīca ſecutus uitam morbo perit.*

## ALEXIVS.

**A**lexius admodum puer patri Manuēli ſucceſbit. An-  
dronicum Callidum & impium tutorem testamento  
ſibi à patre relictum, infestissimum habuit. Is enim Latinis,  
qui puerо fauebant, pulſis, Alexium cognatum quindecim  
annos natum, cùm treis à patris morte rerum potitus effet,  
libidine regnandi excēcatus, clam muſerē excruciatum ne-  
cat, capiteque truncato reliquum cadauer culeo infutum in  
mare proticuit.

## FRIDERICVS.

**F**ridericus cognomento Aenobarbus, à colore rufe Bar-  
ba, natione Suevus, patre Friderico, qui frater Conradi  
regis fuit, in Italianum traiciens Mediolanum, Derthonam,  
Cremonam, plurāq; alia loca, quod ab eo defciuiffent, solo  
equauit. Roman ingressus ab Hadriano IIII. Pont. clausis  
Vaticani portis diademate insignitur. Romanorum impetum  
eo per uim irruentium euitare non potuit. Mox reuertens  
omnia populatus, poſt aliquot annos iterum Romanam con-  
tendit, Alexandrum Vrbe fugat, Vaticanum ſimil cum D.  
Petri Baſilica occupat. Infeliciter tandem Mediolanenses,  
quos Veneti tutabantur, aggressus, uix fuga elapsus est. Initia

z 3

concor

concordia et similitate omni deposita, Syriacæ intentus ex-  
peditioni, in annis transitu mercus obiisse dicitur anno im-  
perij XXVII.

## HENRICVS VI.

**H**ENRICUS V I. Friderici filius, Asper à moribus dictu  
Huiuente patre Romanorum Rex designatus consensu  
Germanorum Principum Aquisgrani coronatur. deinceps  
tuo patre à Clemente III. Pont. data illi Constantia virgi-  
ne Deo dicata, et uiro matura, Rogerij Normanni filia in  
uxorem Imperator inaugurator, ea conditione, ut in eius  
gratiam Tancredum spuriū Sicilia regno pelleret, quod  
ad se Pontifex pertinere contendebat. Igitur Henricus com-  
parato exercitu, breui Tancreduum expugnat, Neapolim  
per uim capit, ac diripiit: duas Tancredi filias innuptas in-  
terficit. Sunt tamen qui scribant pestem Imperatorem ab ini-  
cepto auertisse, et Tancredo mortuo potitum regno fuisse.  
Post hæc Messane ægrotans moritur, postquam imperasse  
an. V IIII. relictio Friderico filio ex Constantia.

## ANDRONICVS.

**A**NDRONICUS CONUCNUS occiso Alexio cognato, impe-  
rium adeptus, (ut tyrannidem stabiliret) proceris  
omnes quorum suspectam uirtutem habebat, breui interfe-  
cit. Omnibus ob insitam fecitiam iniurias, cum undique à Gie-  
lielmo Siculo premeretur, tandem ab Isaacio Angelo pre-  
sum omniumque opinionem, prælio uictus, imperio deuictus  
turbas, captusque, ac per urbem camelō sedens, circunuectu-  
manu absissa, caput aliorum resti, diadematis loco preci-  
etus, oculaque effosso, turbæ uulgique tumultu lacer, perit.  
Biennio rebus præfuit.

ISAACIVS

## ISAACIVS ANGELVS.

**I**SAACIVS ANGELVS, Conuenorū stirpe è medio sublati, post  
Andronicum, præter omnium spem, summa rerum poti-  
tus, classem ad recipiendam Cyprum frustra comparauit.  
Bellum cum Mysis infeliciter gesit, Fridericu[m] Aenobar-  
bum Rom. Imperat. in Syriam properantem magnifice ex-  
cepit. Ab Alexio fratre natu minore, quem à Turcis captum  
magno redemerat, per summum scelus imperio oculisque  
priuat, et in carcere conicitur. Eadem impietate Ale-  
xiūm nepotem suum an. XII. agentem uoluit perdere. Tan-  
dem post longam captiuitatem a filio Alexio carcere eductus  
imperiisque restitutus, morbo aëris, ut creditum est, insolena-  
tia contracto obiit, an. imperij XVI.

## PHILIPPVS.

**P**HILIPPUS FRIDERICI BARBAROSSÆ filius, Henrici V I. fra-  
ter a Germanorum procerum parte maiore Impera-  
tor eligitur. At Innocentius III. Othonem Saxoniæ Ducem,  
cuius maiores Pontificiam dignitatem olim tutati sunt, ab  
aliquot principibus electum, confirmat, inungit, coronaque  
imperiali exornat. Qua discordia ad arma uentum est.  
Othoni Anglorum, Philippo Gallorum rex ex professo sup-  
petias tulit. Præualuit tamen Philippus profligatoque sepius  
Othonem rerum tandem potitur. Deinde postquam Philippus  
annos nouem imperasset, à Comite Palatino Othonem de  
Vuittebach (a iuncte id sibi accidisse) misere Bamberg-  
e occiditur eo die quo à medico ei uena incisa fuerat. Huius  
Othonis de Vuittebach genus celebre et clarum fecerat  
Fridericus primus huius Philippi pater.

## OTHO.

**O**THO SAXONUM DUX, quem in Philippo odium Impe-  
ratorem legerat Innocentius Pont. Philippo mortuo,  
z 4 à Ger

à Germanis primatibus ad tollendam discordiam facile sufficitur, coronaturque Roma confestim omnium consensu ab eodem Innocentio Pont. Cum uero et Pontificie ditione quaedam opera caperet, et Friderici minoris regnum Siciliae inuaderet, sacris interdicitur, imperioque deiicitur: Fridericusque illi ex professo hostis, admittente Innocentio Imperator creature, et adiuuantibus Italib[us] insectatur. Victor in Germaniam proficiscitur, ut res compонeret, Francorū regi Philippo II. bellum indicit: nec sine manifesta uiminis et Gallorum uirtute memorabili clade affectus, et in pugna Bononiensi uictus, in patriam inglorius se recepit: ubi paulo post mortem obiit, cum ann. tantum IIII. imperasset.

## ALEXIVS ANGELVS.

**A** Lexius Angelus fratricida princeps plane impius fratre natu maiore, imperio oculisque (ut diximus) priuato, imperium occupat: Alexium Isaacij filium nepotem suū perdere conatur. Sed non multò post grauis ultio adfuit. Restitutus enim Byzantio per obsidionem expugnato nepos, patrem ē vinculis eductum, adbuc uiuentem imperio restituit. Ipso autem Alexio fratricida nocte concubiae fuga dilapsio, nepos Alexius post patris Isaacij subitam mortem Imperator dictus est, Gallorum Venetorumque armis praeuentibus.

## ALEXIVS IVNIOR.

**A** Lexius iunior (qua dictum est ope) imperio Orientali restitutus, sedis cum Gallis et Venetis sacerdotali conditione, ut Patriarcha Constantinopolitanus Rom. pontifici, tanquam maiori, subesset, et damna Francis Venetisque à Manuele illata compensaret. Qui cum rerum quas promiserat, satageret, à Murziphlo quodam ignobili, quem tamen ad summam dignitatis gradum euexerat, puer

admodum

admodum mense post restitutionem uix exacto, necatur. sed Murziphlus imperio occupato et urbe Byzantio amissa, in Peloponneso à Francis Venetisque captus et Constantino= polim retractus, per summam ignominiam et cruciatus misere periiit. Excellens Frandorum Venetorumque uirtus imperium, quod tot annos factiosissima et turbulentissima Graecorum natio possederat, Latino nomini facile asseruit.

## BALDVINVS FLANDRVS.

**B** Alduinus Flandrie Comes, capta urbe post Murziphli Tyranni fugam xv. uirum suffragio (quibus ex procērum consilio creandi Imperatoris diligendique Patriarchae potestas irrefragabilis esset attributa) Imperator Constantiopolitanus eligitur. Veneti Thomam Maurocenū (quando ita conueniū fuerat, ut si ex Francis designaretur Imperator, Veneti Patriarcham designarent) Patriarcham designat. Qui statim Romanū prefectus ab Innocentio III. liberiore quam petitum fuerat animo in Constantinopolitanum Patriarcham confirmatur, quod ea ecclesia uere tunc Romano Pontificati subiiceretur. Mox reuersus celeberrimo genitū conuentu Baldunum confirmatum autoritate Apostolica corona donat: qui uix anno circumacto, cum præter Adrianopolim omnia recipisset, moriens Henricum fratrem successorem habuit.

## HENRICVS.

**H** Enricus audita Balduini fratris morte, Adrianopolitātanam obsidionem soluens, Constantinopolim reuertitur, Imperator declaratus pacem cum Valachis firmat, filia Ducis in uxorem ducta. Inde in Thessaliam prefectus Guelhelmum Bonifacij filium Thessaliae regem declarat. Mox ordinatis, cunctis et dispositis intempestiuā morte decedens, Iolantam filiam Petro Altisiodorenſi nuptam heredem recessit,

z 5 liquit,

liquit, post imperij annum undecimum, uel, ut alij scri-  
bunt, xiiii.

## FRIDERICVS II.

**F**ridericus II. patre Henrico VI. ex Constantia, Præstantissima muliere, annorum non magis quam prudenter plena, matre genitus, auo suo Barbarossa haud dissimilis, tum ambitione reimilitaris, tum prudentia et confitio, quibus omnia pericula uicit: Othono V. defuncto in Rom. regem electus, Romæ ab Honorio III. imperiali diademate insignitur. Mortua Constantia matre, tres Romanos infestantur pontifices: Honoriū scilicet III. Gregorium IX. et Innocentium III. Italiam omnem in factiones (que tunc primum in Hetruria per Guelph et Gibel duces Teutonicos coepere) Guelphorum et Gibellinorum scidit. Que nomina utique Italie pernicioſissima, duos Pontifices ad mortem usque exercuere. Mediolanenses, quod Pontifici fauerent, prælio uincit: Petrum Teupolum eorum ducem captum crudeliter necat. A Pontifice Innocentio IV. imperio ad dicatur, diris persequitur, Henricus Thuringie Lanigrauius (ea est apud Germanos dignitas) Imperator dicitur. Quae omnia haud magni estimans, regnum Sicilie occupat, ubi morbo correptus, Manfredi filij nothi dolo necatur, cum annos duos et triginta imperio presuisset. Hic Bononiensi gymnasium, quia ciues imperatis non statim paruissent, Pentium transfluit: ex Florentia etiam Guelphos elecit. Vix rem habuit filiam regis Hierosolymitanum, ex qua titulus regni perpetuo apud posteros Sicilie reges manet. Circa haec tempora Robertus D. Ludouici regis Francorum frater Lutetie Sorbonam instituit.

PETR

## EPITOME.

361

## PETRVS ALTISSODORENSIS.

**P**etrus Altissodorensis uxorio iure innixus (quando maior scula proles nulla supererat) ab Honorio Pontifice ad Laurentij fanum Romæ imperij insignia accipit. Inde rediens, cum Dyrrachium in Venetorum gratiam frustra tentasset a Theodoro Laſcare, qui se Adrianopolitanum ac Graecorum Imperatore dicebat, simulata pace, preter iusserandi religionem ac fidem, in Thessaliam comiter euocatus medio coniuicio obtruncatur, imperij anno quinto.

## ROBERTVS.

**R**obertus patri Petro Altissodorensi succedens, ac se se optimè gerens, ad paternæ captiuitatis nuncium, Byzantium adiuuat. Hic sponsam unius ex suis purpuratis procérus Burgundi, conscientia matre rapit. Quod ageret fratres Burgundus, cum domesticis in regiam irrupit, nares puelle absedit, matrem que noui matrimonij conciliatrix erat, proximum in mare demerit. Quam iniuriam ulturus Robertus Romanum contendit. Inde reuersus, in Achaia morbo decepit, anno imperij septimo.

## BALDVINVS II.

**B**aldwinus secundus patri Roberto sufficitur, qui quod binior esset, in regendo Imperio adiutorem habuit Ioannem Breminum sacerdotem, regem Hierosolymitanum. Quo extincto Baldwinus solus imperium gesit, atque tandem amisit. Nam prævalentibus Graecorum armis, oppignerato Venetiis filio et crucis Dominicæ parte, atque etiam omnibus templorum donariis, ingentem exercitum ad Bospori fauces obiicit: sed bello perseverante, ac Michaële Palæologo instante, in fines suos redire coactus est, seque cùm ceteris in fugam uertere. ex quo Graeci statum pristinum recuperarunt, ita dum externam uim formidat, domestica opprimuntur.

ALEX

## ALEXIVS.

**A**lexius cognomēto Angelus, uel, ut aliis placet, Murzibulus, aliquot annos imperium tenuit: prolem masculam ex uxore nullam habuit: sed filiam tantum nomine Irenen. Hic Balduino succēs̄it.

## IOANNES DIPLOBATAZ IV S.

**I**oannes Diplobataz̄ius Irenem Alexij filiam uxorem accepit: eique traditum imperium est: filiumque habuit nomine Theodorum.

## THEODORVS.

**T**heodorus tres ex uxore filias suscepit. qui à Gallia bello laceſitus ac fugatus eas Nicenis feruandas tradidit: sed non sine multis precibus: nam ei portas clauerant, interim collecta multitudine Adrianopolim cepit. unam ex filiabus regi Pœonum, alteram Andronico Lascari Despotu uxorem dedit: quo mortuo eam Ioannes Bataza uxorem accepit.

## IOANNES BATAZA.

**I**oannes Bataza apud Zacynthum imperij titulum extrahit, patriam tenuit annis xxxiiii. Huic filius fuit Theodorus Lascaris dictus, quem pater morīc̄s Michaëli Paleologo uiro in armis strenuo commendauit. Sed ille puerum iam interficiſſet, ſibi & posteris per ſummum ſcelus Imperium uendicauit.

## MICHAEL PALAELOGVS.

**M**ichaël Paleologus ex Viterbio originem ducens, capto Byzantio, occisōque (ut diximus) Theodoro, Imperium arripit. Hic inter cetera Guilielmum quendam Gallicum Achæi & Bithynie principem regno ſpoliat, fuit Venetis inimicus, à quibus imperio deiectus fuifſet, niſi Genuenses obſtitiffent. Accepti uero beneficij nō immemor,

ill̄i

## EPITOME.

illis Peram ciuitatem concesſit. Inde Lugdunum uenit, ut concilio, quod Gregorius decimus indixerat, interefſet, unde tantam ſue gentis contraxit inuidiam, ut uita defuncto iusta non perfoluerint, imo uero ſepulture locum negauerint, quod uidelicet à patrio ritu deficiuſſet. Hic annos quadraginta & amplius rebus praeſit.

## RUDOLPHVS.

**R**udolphus Habſburgensis, ſeu Habſpurgensis, à Fria- derici morte anno duodecimo (tot enim interregni ſpatium fuit) Alphonso Castelle poſthabito Imperator eligitur. Laufana à Pontifice conſirmatus, Othocarum Bo- hemie regem prælio uictum occidit. Pseudoſidericū, qui ſe in Sucuis exerexat, Nouesij combuſit. Hetrurie oppida prefeſti uirtute ui expugnauit. Ceterum in Italiam non eſt proiectus, neque coronam imperiale Romæ de more ma- iorum accepit, ſolitus Aesopi fabulam recitare de uulpecula, que leonis agrotantis legato reſpondit: Optare ſe ut leo con- ualeſcat, idque oratiram ſuperos: Ceterum minime uifuram Horat. in pri- leonem, terrori enim ſe ueftigii, omnibus leonis antro ad- mo epift. uerſis, & nullis auerſis. Idque iudicium eſſe, multum quidem animalium introiſſe, ſed exiſſe nullum. Ad eun- dem modum apud ſe reputabat Rudolphus, maiores ſuos ſepe magnis copiis ingressos Italianam, ſed male acceptos plerunque rediſſe. Hic redacta ſub ditionem Austria, Albertum filium ſuum in ea ducem iuſtituit, à quo ori- ginem trahunt Austriaci principes ad Carolum quintum uisque, & Ferdinandum eius fratrem. Obiit. xviii. impe- rij anno, quo imperante Albertus cognomento Magnus floruit.

## ADOLPHVS.

**A**dolphus Comes de Nassau imperij titulis donatus, primum in Columbarienses mouit. Inde dum in Albertum Rudolphi Cesaris filium, Austrie ducem, bellum parat, à Proceribus Germanie eius fordes ac ambitionem pertensis, imperio destituitur, in cuius locum cooptatur Albertus. Sed cum cedere imperio nollet Adolphus, armatis copiis contra eum profectus est Albertus, et infestis signis utriusque pugnatum prope Vuormaciam, quo in confilctu perire Adolphus, anno imperij VIII.

## ANDRONICVS SENIOR.

**A**ndronicus Palæologus Senior patri Michaëli successit, et ad Greecanam secam reuerit. Hic ex Virgarica uxore filium habuit Michaëlem dictū à nomine eius.

## MICHAEL.

**M**ichaël Andronici Senioris filius imperio praeficitur Constantinopolitano: nec illius præclara memoratur gesta, genuit hic Andronicum Iuniorem.

## ANDRONICVS IVNIOR.

**A**ndronicus Iunior vir impietatis maxime patri successit, Andronicum avum Genuensem auxilio freu deturbavit, ac omne imperij ius in se transfuerit. Sed tandem à Venetis Andronicus ille Senior avus Iunioris, restitutus imperio. Vnde inter Genuenses et Venetos inimicitia fuerit maxima. Sed Seniore mortuo, anno postquam imperare coepit x viii. solus imperauit Andronicus Iunior, qui ab uersus Romanu nominis hostes multa præclare gesit. Tandem undeq[uam]agesimo etatis anno moritur, febre, capillis que dolore intra quadriennium confectus, anno imperij circa x vii. Reliqui autem filios Calioannem et Manuela, quos Ioanni Catacunzeno, tanquam tutori, commendavit.

ALBERT

## ALBERTVS.

**A**lbertus Rudolphi Cesaris filius Austriae dux, deuicto & occiso Adolpho, principum suffragio, Bonifacij viii. Pontificis assensu (cum id obstinatissime antea in Philippi Puslchri Gallorum regis odium, negasset) imperij corona donatur, ea conditione ut Gallorum sibi regnum uenidaret. At Philippus data filia in uxorem Alberti Cesaris filio, effecit ne quid in se tentaret Albertus. Tandem à Iohanne fratri filio prope Rhenum interficitur post decimum imperij annum.

## HENRICVS.

**H**enricus viii. Lucemburgensis comes, Cæsare sic insefecto, Romanorum Imperator declaratus. Comitem Vuirtembergensem, quod Imperatori parere nollet, iugumq[ue] detrectaret, fortunis omnibus exuit. Huic Clemens v. Pont. ratum ea conditione fecit imperium, ut Italianum primo tempore peteret, que uariis tum agitabatur tumultibus. Per Taurinos igitur saltus in Italianum penetrans, Longobardiam capit, Turrianam factionem opprimit, & Mediolani ferrea insignitur corona. Inde Romanum profectus, post diadema acceptum ab Vrfinis expulsus, cum Florentinos, qui iam de salute desperabant, graui obsidione premeret, ueneno in Eucharistia dato, opera monachi cuiusdam prædicatori e me dio sublatu[n]t est.

## LUDOVICVS.

**L**udouicus Rudolphi Imperatoris ex filia nepos, et Fridericus Austriae dux discordia principum Impp. electi, ambo viii. annis uario marte decertarunt. Tandem Bauarus Austrio duce capto et occiso, solus rerum potitur, seque Imperatorem, circa Pontificis assensum, appellat. Quam iuriaria offensi tres ex ordine Pontifices, nempe Iohannes

XXIII.

**X**XXIII. *Benedictus XII. & Clemens V.* illi sacrissimis interdicunt. Verum horum Pontificum fulmina & decretis contentem Italiae mox petit, Mediolani primo ferream accipit coronam, inde Romae a Stephano aureo diademate insignitus Petrum Corbarium minoritam, Pontificem crevit, quem Nicolaum appellari uoluit: ex prefectos in oppidi iuris Pontificij alios dedit, Pontificem emulatus, qui ex ipsius Galliae Cisalpinae multos auctoritate sua regulos prescelerat. Tandem imperij anno XXXIII. obiit.

## CAROLVS IIII.

**C**arolus IIII. *Bohemus, Ioannis Lucelbulgensis, Bohemiae regis, filius, post Edoardum Anglum & Guntherum montis Nigri regulum Caesar electos, & altero post alterum uita functio, Caesar designatur.* Hic Ebrardum Vinterbergensem comitem ingenti exercitu oppresuit, atque de populatus est. Pragam cum magnificentia operum, imperii interim maiestate neglecta, tum literarum studio excolluit. Rome Innocentij VI. iussu aureo diademate a duobus Cardinals, hac turpisima pactione redimitur, ut acceptis insignibus confessim Italia abscederet. Maximam laudem meruit ob auream bullam conditam, in qua multa, que ad publicam pacem pertinent, commode complexus est. Obiit imperij anno XXXII. Venceslao filio prius Cesare decessato.

## IOANNES CATACVNZENVS.

**I**oannes Catacvnzenus tutor Calioioannis & Manuela Calioioannem generum sibi elegit, filia in uxorem tradita, deinde exorta discordia, generum expulit, seque Imperatorem fecit. Sed tandem Catacvnzenus in exilium mittitur monasticam uitam sequitur, & Calioioanni restitutum imperium.

CALIO

## COLOIOANNES.

**C**aloioannes a Catacvnzeno iniuria accepta in Tenedum uenit, cui Genuenses auxilium tulerunt, ut iure hereditario imperij dignitatem & amplitudinem recuperaret. Hic ab aliis non Caloioannes, sed Ioannes dicitur, quem affirmant Turcarum fauore & auxilio usum: eisque in Europa primum locum inhabitandum tradidisse. Moriens filio Manuelli reliquit imperium. Manuel predicti Ioannis filius post patrem imperium adeptus, septem genuit liberos, Joannem, Michaelem, Theodorum, Demetrium & Constantinum, nec de eo quicquam aliud memorabile proditur.

## VENCESLAUS.

**V**enceslaus Caroli IIII. filius patri autoque disimilis omnino, per ignauiam & socordiam imperij res afflixit, affixis etque diutius, nisi a Sigismundo fratre captus, mox etiam Germanorum procerum consensu, abrogato illi imperio, Robertus Bauarus illi surrogatus esset. Hic Galeatium, qui magnam Italiae partem suo dominio adiecit, ex Comite Mediolanensis primus Ducem dedit: que dignitas ad nepotes transiit. Apud fratrem in carcere obiit Venceslaus anno imperij uigesimo secundo.

## ROBERTVS.

**R**obertus, qui et Rupertus, Bauariae Dux, in locum Venceslai defuncti suffectus statim post initium imperium a Florentinis ad Ioannis Galeatij comprimentadam potentiam accersitur. Cum quo ad Benacum congregadiens, facile repellitur. Vnde mox ad Venetos Tridentinosque deflesstis, humanissime ab his excipitur: inde incassum Florentinis aduentibus ne Italia excederet, in Germaniam retro abiit paci religionique uacaturus, anniisque imperij x. uita functus, Florentinos in magno reliquit discrimine.

A IOAN

IOANNE S.

**I**oannes, patre Manuele mortuo imperat. qui concordie pacisque studiosus Italiam petuit, ac Florentino concilio cum Eugenio IIII. pontifice interfuit. mox domum reuersus non diu superiuit. Iosepho etiam Patriarcha Florietiae defuncto.

SIGISMUNDVS.

**S**igismundus Caroli IIII. filius, Venceslai frater, puer adhuc uxorem duxit Mariam filiam regis Pannoniae. Capto fratre Venceslao Bohemiae regnum hereditarium asequitur. Inde Roberto vita functo omnium notis Imperator designatur. Triennio magnum Europe partem pacis studio peragravit, quo schisma pontificum tolleret. Germanos principes quod Latinas odissent literas sepe accusauit. Sua gentis inuidiam sibi constauit: et a Turcis ac Bohemis saepe bello lacepsitus est. Cumque sine uirili prole decessisset, Albertum Austriæ ducem filie maritum heredem reliquit anno imperij XXVII. et in Alba regali Vngarie sepelitur,

ALBERTVS AVSTRIAIE DVX.

**A**lbertus Austriæ Dux, Sigismundi gener biennio fecit imperium. Moravos ac Sarmatas intra suos fines quiescere compulit. Bohemiae factiones penitus attriuit. Amuratham Turcam, qui Vngariam inuaserat, uicit, fugitique, Sinderonia urbe in ditionem accepta, inde in Graeciam contendens Theffaloniam expugnauit. Tandem Austriae repetens apud Longauillam dysenteria morbo decessit. Laodislao filio superstite,

CONSTANTINVS MANVELIS FIL.

**C**onstantinus Manvelis minor natu filius, mortuo suo liberis fratre Ioanne, imperio donatus est, qui immunit

nisi misericordia nefariis Turcis Constantinopolim captiam et expugnatam urbem diripientibus, ipse ad portam ciuitatis trepidus se recipiens, fugientium trepidatione oppressus, cum tota gente, ac ciuitate sublatus est. Incidit haec clades in annum salutis M. CCCC. LIII. IIII. Cal. Junias, cum Nicolaus V. Pontifex Romane praefecit Ecclesie, et Fridericus III. Germanis imperaret.

FRIDERICVS III.

**F**ridericus III. Austriæ Dux pacis ac otij studiosissimus fuit. Austriales seditionem mouentes facile compescuit. Heleonoram Lusitanie regis sororem uxorem duxit. qui cum in Italiam transcedisset, ad Nicolaum V. Pontificem profecturus, illi et uxori corona imperij imposta est, anno imperij XII. Salutis uero M. CCCC. LII. Mortuus est autem anno imperij LIII. Maximiliano filio Cesare prius declarato.

MAXIMILIANS.

**M**aximilianus Romanorum rex uiuente patre factus, magnis copiis Burgundiam ingressus, Mariam Caroli ducis iam defuncti filiam et heredem in matrimonium undam cum regno accepit. deinde principatum adeptus, extinto sine herede Matthia rege, Pannoniæ, quam suo iure sibi uendicabat, cum exercitu inuadit, ac Albaregalii per uitam recepta, paulo post inde ab hostibus repulsus se se domum in Germaniam recepit: ubi suos deinde aduersos habuit: Helvetios primus, cum quibus bella gerit. Postea Rauricos qui nunc Basilienses sunt, qui imperij iugum omnino excusserunt: quos sequuti populi uicini multum ei de antiqua nobilitate ademerunt. Diadema de more maiorum non recepit, nec Apostolorum basilicas aut Pontificem salutauit. Philippum Archiducem Austriæ ex Maria uxore suscepit,

A 2 qui

qui regi regnoque simul Hispanie gener ascitus est. Filium Margaritam Carolo V IIII. Francorum regi paetam, deinde abdicatam Philiberto Sabaudie duci in uxorem dedit. G. Leacij uicecomitis filiam extincta prius coniuge duxit. Tandem die Ianuarij XII. in Austria moritur anno Imperij XXXIII. etatis. LIX.

## CAROLVS. V.

**C** Arolus v. Maximiliani Caesaris nepos, Philippi Archiducis Austriae filius, Hispanie rex, Princeps Austriae à principibus electoribus Francordiae Imperator declaratur anno M. D. XIX. Postea Eonia à Clemente VII. Pont. coronatur anno M. D. XXIX. De cuius rebus gestis uerba facere supersedeo, partim quod omnibus perfpicue sint, partim quod exceptandam uite & imperij illius catastrophen & euenterum censuram feo.

F I N I S.



## INDEX EORVM

QVÆ HOC IN LIBRO  
SCITV DIGNA VIDE=

BANTVR.

## A

- |   |   |  |     |
|---|---|--|-----|
| A | Bederite fugati à ranis & muribus                         | Parthos punita   | 250 |
|   | Aborigenes primi cultores Italie                          | Aecidas rex Molossi.   | 129 |
|   | Abrogatus mos immolando=rum hominum                       | Aeacidarum maxima pars intra trigesimum annum mortua   | 113 |
|   | Absimarus Imperator Constantini. qui & Tiberius III.      | Aeacidarum gens originem habet ab Hercule  | 90  |
|   | Abydus  | Aegeades unde dicti  | 68  |
|   | Academie Parisiorum institutio                            | Aegeus pater Thesei rex Atheniensium   | 27  |
|   | Acarnani soli Græcis non miserunt auxilia contra Troianos | Aegyptus magna impensa regum munera  | 21  |
|   | Acheorum inter se conspiratio, fides, potentia ibid.      | Aegyptus horreum populi Romani   | 272 |
|   | Adolphus Comes de Nassau Cesar                            | Aegyptij superstitionis  | 16  |
|   | Adriani memoria   | Aegypti feracitas  | 20  |
|   | Adriaticum mare unde dicitur                              | Aegypti cōmoditates, quod ad temperiem aeris pertinet  | 20  |
|   | Adulteria grauiſſime apud                                 | Aelius Adrianus Imperator 287. uno die tempore scripsit, dictauit, audiuit, & cum amicis fabulatus est, ibidem. Eius miserabilis interitus | 288 |
|   |   | Aemil  |     |

## I N D E X.

- Aemilius leges Macedoniis  
bus dedit 218
- Aeneas uenit in Italiam 260
- Aeneas pugnans contra Me-  
zentium occubuit 261
- Aeol<sup>9</sup> Sicilia olim tenuit 47
- Aeolides insulae ibid.
- Aerarium Romae in templo  
Saturni 260
- Aetna montis incendiu 46
- Aetoli libertatem amiserunt  
212
- Afri Carthaginiensibus sti-  
pendium remittunt 154
- Africanis egregia vox 211
- Africanis moderatio in rece-  
pto filio 210
- Agathocles bis exul 165
- Agathocles Siciliae tyran-  
nus ex humili genere fa-  
etus ibid.
- Agathocles nauibus incensis  
spem fugae sustulit 172
- Agathocles mortuus est 174
- Agelaius claudus altero pe-  
de 58
- Agis rex Lacedem. 101
- Albertus Austriae dux Cesar  
368
- Albertus imperator Rudol-  
phi filius 365
- Alcibiades sponte Elidem in  
exiliū proficiscitur 50
- Alcibiadis forma, mores 51
- Alcibiades dux ad reatum  
uocatus 49
- Alcibiades uxorem Agidi  
cognouerat 51
- Alcibiades denuo in exilium  
proficiscitur 54
- Alcibiades Chameleon ap-  
pellatus 52
- Alcibiades ab exilio reho-  
catus 53
- Alexander ab Atheniensi-  
bus duces & oratores  
petit 90
- Alexander Persis iugū ser-  
uitatis imposuit 99
- Alexander Statyram filiam  
Darij regis in matrimo-  
nium recepit 110
- Alexander adorari uoluit,  
ut Deus 96, 107
- Alexander Iouis Hammonis  
se filium mentitur 96
- Alexander Cesar 302
- Alexander x x x i i . annos  
natus 115
- Alexander rex Epiri Ante-  
gonum regno exiit 189
- Alexander Magnus in os-  
mnibus patre maior 84
- Alexander autor paterne  
caedis ibid.
- Alexander inedia mori de-  
creuerat 112
- Alexander timofus & ira-  
cundus 85
- Alexander rex Epiri occi-  
diur 101
- Alexander uulneratur 94  
109
- Alexander in luxuriam la-  
psus 103
- Alexander ex Cydno flumi-  
ne morbum contraxit 93
- Alexandri corpus ad Ham= monem delatum 118
- Alexander Cesar Phrix ori-  
gine 302
- Alexander Basiliij Macedon.  
filius imperator Const.  
338
- Alexandria ab Alex. super  
Tanaim extructa 105
- Alexandria in Aegypto co-  
dita ab Alexandro 96
- Alexius imperator const.  
355
- Alexius Angelus fratricida  
impius imperator Oriē-  
talis 358

## I N D E X.

- Alexius Iunior imperator  
ibidem.
- Alexius Murziphlus impe-  
rator Constant. 362
- Amazones durauerūt usque  
ad etatem Alexandri Ma-  
gni 25
- Amazones unde dicta 23
- Amazones oes intereunt 25
- Amazones generatas se  
Marte dicunt ibid.
- Amazonum origo ibid.
- Amilco succedit Hamulcaris  
154
- Amilco sibi ipsi mortem con-  
sciuit 155
- Amphitryon rex Athenas  
Minerue dicauit 27
- Anastasius II. cognomēto Ar-  
temius imperator Oriē-  
talis 326
- Anaxarchus philosophus in  
comitatu Alex. 112
- Anaxilai iustitia 47
- Andronicus Conuenus im-  
perator Constant. 356
- Andronicus Palaeologus im-  
perator Const. 364
- Andronicus Iunior impera-  
tor ibid.
- Anglorum ad fidem conuer-  
ta 4 sius

## I N D E X.

- sio 321 Antiochus donat Africano  
Annibal ueneno sumpto in filium 211  
territ 217 Antiochia condita à Seleuc  
Annibal dux immatura ad eo 234  
huc etatis 198 Antipater Theffalonice ma  
Annibal ad Antiochum con fugit 205 Antoninus philosoph. 290  
Annibal XVI. annos im moratus Italie 234 Antoninus Pius Cæsar 288  
Annibal per serpentes uicto riam procurauit 216 Apologus de cane 264  
Annibalis parsimonia, conti nentia ibid. Appius Claudius turbavit pacem cum Pyrrho 146  
Annibal factum ad abolen dam inuidiam nimiarum diuitiarum ibid. Apum, & mellis, & coquili usum Aristaeus primus inuenit 123  
Annibalianus Cæsar 305 Aquila in auspiciis quid si gnificet 176  
Antigonus occiditur à San drocotto 135 Arabes imbelles 297  
Antigonus proiecit à se dia dema 196 Aratio inuenta ab Athenien sibus 26  
Antigoni bellum cum Per dicca 122 Arbactus præpositus Medis 10  
Antiochus à Parthis inter ficitur 241 Arbaetus rex ibid.  
Antiochus uictus & exul occiditur 133 Arbatomius rex Sidonie co stituitur ab Alexandro ex infimo fortune gradu 95  
Antiochus uictus à Romanis 211 Arcadius Cæsar D. Chrysostomum Antistitem Constantinopolitanum rele gat. 314

Archidam

## I N D E X.

- Archidamus dux Lacede niorum vulneratur 63 Artaxerxes c x v. filios ha buit 85  
Argonaute 255 Artemisia regina 35  
Argonautarum nauig. 215 Arybas Epirotis leges con= Argyraspides Alex. 107 scriptū 143  
Argyraspides uicti ab Anti gono 126 Ascanius patri Aeneæ succe= sit 262  
Arideus filius Philippi re gnat Macedonib. 84.117 Asia causa multorum bello rum 193  
Ariades 38 Asia redacta in potestatem  
Aristotimus tyranus Epi rorū, & eius scutitia 99 Asia fertilitas 237  
Aristonicus uincitur à Per penna Consule 227 Assyrij qui postea Syrij dicti sunt, quandiu tenerint imperium 10  
Aristoteles Alexandri pre ceptor 115 Assyages ex rege fit praef etus Hyrcanorum 13  
Armenie magnitudo atque descriptio 255 Assyages rex 10  
Armenij fidem Christianam amplectuntur 320 Athene oculus Grecie 56  
Armenius Iasonis comes 225 Athene patria cōmunis elo quentiae 58  
Arulphus imperator 337 Athenienses bellum cum An tipatro gerunt 120  
Arsaces omnes reges Par thorum dicti 252 Athenienses ab omnibus odio habiti 52  
Arsacides in uictum Ptole meum clemens 240 Athenienses uini, olei, lanifi cij usum docuerunt 26  
Arsinoë in exiliū abit 279 Athenienses & Megarenses  
Artabanus Xerxem occidit: qui er ab Artaxerxe oc cisis 39 de Salamina contendunt maximis cladibus 28  
Atheniensum similitas cum

A S Dor

## I N D E X.

- Doriensibus 27      *thus* 22  
*Athis Crani filia Athenis*      *Aureo hamo piscari* 22  
*nomen dedit*      *ibid.*  
*Attalus mortuus morbo quē*      *ex sole contraxit* 221  
*Attali parricidia et uaria*      *B*  
*studia* 226  
*Attilio decretum bellum cōtra Antiochum* 209  
*Augustinus Hipponeñsis*  
*Episcopus* 316  
*Augustus Cæsar unde* 272  
*Augustus libidinosus* 274  
*Augusti egregia dicta* 373  
*Augustus interiit Nole* 274  
*Augustus Vitellius* 279  
*Aulus Vitellius imperator*  
*ibid.*  
*Aurelianus Cæsar* 298  
*Aurelianus aurata ueste, et*  
*geminis, primus ferē usus*  
*ibidem*  
*Aurelius commodus Cæsar* 291  
*Aurum omnium malarum*  
*rerum materia* 40  
*Aurum Tholosanum unde in*  
*prouerbium abierit* 215  
*Auri contemptus apud Par-*  
*thos* 251  
*Auri contemptus apud Scy-*
- drum regem Epiri* 173  
*rege pellitur*      *ibid.*  
*Bergomum à Gallis condi-*  
*tum* 160  
*Beronice stuprum ulta* 191  
*Beronice dolo trucidata* *ibi.*  
*Bessus ab Alexandro datur*  
*fratri Darij excrucian-*  
*dus* 105  
*Biberius Mero dictus Tibe-*  
*rius* 275  
*Bilbili fluvio tingunt Hispani-*  
*ferrum* 268  
*Bomilcar Poenus cruci suffi-*  
*xus* 171  
*Brennus inuasit Delphicum*  
*templum* 182  
*Brennus infeliciter pugnans*  
*cōtra Delphos, uitam pu-*  
*gione finiuit* 184  
*Brennus dux Gallorum* 181  
*Brixia à Gallis cōdita* 160  
*Brundusium Aetoli condi-*  
*derunt* 102  
*Belsarius Iustiniani Cæsaris*  
*dux clariſ. à prætercur-*  
*tibus uictū querere coe-*  
*ditus* 320  
*Berengarius Foroiuliensis*  
*dux, imperator ab Italik*  
*creatus* 338  
*Berengarius I. Cæsar ibid.*

## I N D E X.

- drum regem Epiri* 173  
*Brutij unde dicti*      *ibid.*  
*Bucephala urbs ab Alexan-*  
*dro* 108  
*Bulgari Scythicum genus*  
*Christianam fidem am-*  
*plectuntur* 334  
*Burgundia in Ducatum et*  
*Comitatū diuiditur* 345  
*Byrsa urbs à corio* 95  
*Byzantium à quo conditum*  
*78*  
*C*  
*Cæpio Rom. consul aurum*  
*Tholosanum abstulit* 215  
*Caianus Rufini sceleris emu-*  
*lus occiditur* 314  
*Caligula unde dictus* 276  
*Calimandri fides in Deme-*  
*trium* 240  
*Callinicus patriarcha Con-*  
*stantinopolitanus oculis*  
*priuatus Romanum in exi-*  
*lium multitur* 325  
*Callisthenes philosophus mi-*  
*serabili supplicio ab Ale-*  
*xandro affectus* 132  
*Callisthenes philosophus in*  
*exercitu Alexandri fuit,*  
*ad prodendas res gestas*  
*memorie* 106  
*Calli*

## INDEX.

- Callisthenes interfactus, 337  
quod adorare Alexandrum noluit 107
- Calioannes imperator Constant( quem alij Ioannem dicunt) Turcis primū locum in Europa inhabitandum tradidit 367
- Camaris 16
- Cambyses Apis templum diruiubet 16
- Cambyses ex obscura gente natus 11
- Cambysis exercitus apud temple Hammonis deletus est arenarum molibus 16
- Candaules rex Lydorum 15
- Cappadoces uicti à Perdicca res suas cum edificiis incenderunt 121
- Caput bubulum inuentum in fundamento Carthaginis 150
- Caracalla Cæsar 293
- Caranus Capris ducibus Edyssam occupat 68
- Caranus primus rex Mace- donie ibid.
- Carnutes memorabili pælio funduntur à Richardo Burgundionum duce
- Carolus Martellus Francus rex à Gregorio III. Pontif. Romano in litiam contra Longobardos uocatur 327, 318
- Carolus magnus Cæsar & racenos Hispania expulit 331. Gymnasia tria ad propagandam Christianæ religionis doctrinam instituit 332. Scholarum loco monasteria in usum exercende inventus erexit ibid.
- Carolus calvus Francorum rex, Saracenos urbe Roma expulit 336. A Ioanne VIII. Pontif. Rom. imperator declaratus, coronatur ibidem
- Carolomanus Ludouici Balbi, Cæsar's filius 337
- Carolus Crassus Cæsar ibid.
- Carolus v. imperator 370
- Carthago ante Romanam conditam LXXII. an. 151
- Carthaginienses homines sacrifificant ibid.
- Carthaginienses suis literis Graecis interdicunt 160
- Carib

## INDEX.

- Carthaginienses cum Siculis belligerantur 48
- Carus Cæsar 299
- Cassander Alexandru cū matre Arsine interficit 131
- Cassandi domus penitus deleta 137
- Castor & Pollux Locrensis bus aderant 157
- Causa bellorum Atheniensium, & Lacedemoniorum 37
- Cecrops rex Atheniensium biformis 26
- Ceraunos filius Clearchi 140
- Cerberis sacra initiorum 50
- Chalcedonensis Synodus 317
- Charybdis 47
- Childericus Fracorum Rex, cum uxore uterum ferente occiditur 325
- Chion & Leonides in Clearchum conspirant 140
- Chiræus campus Apollinis 177
- Chrestologi 292
- Chrestus occisus ab Antiocho 235
- Chrysostomus Antistes Constantinopolitanus sanctitatis & eruditiois uir 318
- Clytus ab Alexandro in coniuvio interfactus 105
- ab Arcadio in exilium mititur 314
- Cimon uicit Xerxem naua- li & terrestri pugna 38
- Cimonis pietas erga patrem Milciadem ibidem
- Cimone duce apud Marathonē pugnatū est. ibid.
- Civile bellum inter Cæsare & Pompeium 259
- Ciuitas in ciuibus non moebibus 34
- Claudius Tiberius 275
- Claudius Cæsar 276
- Clearchius exul Heraclien- sium 139
- Clearchi fœnitia in Heraclienis 139
- Cleomenes Spartanus sponte exulat 197
- Cleopatra filia Philippi Ale- xandro regi Epiri nubit 82
- Cleopis regina concubitu Alexandri redemit re- gnum 107
- Clodoueus Francorum Rex Gotthos in Gallia supe- rat 318
- Clytus ab Alexandro in coniuvio interfactus 105

## I N D E X.

- Cocceius Nerua 284  
 Codomanus preficitur Ar-  
 meniis 87  
 Codrus ultimus rex Athe-  
 nensem 27  
 Codri summa pietas in pa-  
 triam 28  
 Commodus Cæsar 290  
 Comū à Gallis conditū 160  
 Compensatio mercium, Ly-  
 curgi institutum 40  
 Conon noluit Artaxerxem  
 adorare 62  
 Conon Cypro exulat 62  
 Conradus Francus Impera-  
 tor I I. 345. Spirensem  
 Basilicam extruxit ibid.  
 Conradus I II. Suevus gene-  
 re 354  
 Constans Cæsar 305  
 Constantinus Cæsar 302  
 Constantius Cæsar 305. 306  
 Constantius 305  
 Constantinus Junior Hera-  
 clij filius 323  
 Constans qui & Constanti-  
 nus III. Cæsar, Roman  
 expilat ibid.  
 Constantinus Imper. Orien-  
 tis ult. 368  
 Constantinus I III. Cæsar
- 356 Pogonatus cur di-  
 etus 314  
 Constantinus v. graue de San-  
 ctorum imaginibus abo-  
 lendis edictum tulit. 328.  
 Omnis impietatis manu-  
 piuum fuit. ibid. Coprony-  
 mus cur dictus. ibid.  
 Constantinus VI. Sanctorum  
 imagines templis resili-  
 tuit. 329. à matre, quam  
 regno expulerat, oculi  
 priuatur, & in carcerem  
 coniicitur ibid.  
 Constantinus Leonis Basili-  
 filius Constantinop. Im-  
 perator. 339. Romano  
 uitrico pulso imperium  
 per annos undequatre  
 ginta prudenter adminis-  
 trat ibid.  
 Constantinus & Basilius fra-  
 ter Imper. Grecie. 343.  
 quindecim hominum mil-  
 lia oculis priuavit ibid.  
 Constantinus Monomachus  
 Imperator Orientis. 348.  
 liberalis in pauperes ac  
 templo fuit ibid.  
 Constantinus Ducas Imper.  
 Constant. 351

## I N D E X.

- Constantinopolis incendio  
 uus genere. 354  
 flagrans centum & ui-  
 ginti millia librorum con-  
 sumpsit 319  
 Conuiuiri publicè soliti Ld= cedemonij 40  
 Corcyra capta à Ptolemeo  
 187  
 Corinthus diruitur 220  
 Cornelius martyr 295  
 Crassus cū exercitu ab Ho-  
 rode interfactus 267  
 Crassus infeliciter pugnat  
 contra Aristonicum 227  
 Crescentius Consul Roma-  
 nus exoculatus interfici-  
 tur 344  
 Critias & Hippolochus ca-  
 dunt 58  
 Croesus rex Lydorum 14  
 Croesus capitur ibid.  
 Ctesiphōtem transgredi ca-  
 pitale fuit fere Romants  
 imperatoribus 199  
 Conradus Cæsar, Germania  
 rex, Arnulphi Cesaris fe-  
 lius ex fratre nepos 339  
 Conradus Francus Impera-  
 tor II. 345. Spirensem  
 Basilicam extruxit ibid.  
 Conradus III. Cæsar Sue-  
 Constant. 351
- Cyclopes olim in Sicilia 47  
 Cyneas legatus Pyrrhi 146  
 Cynegyri fortitudo 30  
 Cypria uirgines dotē uulga-  
 to corpore quæreb. 149  
 Cyrene condita ab Aristeo  
 122  
 Cyricaeus Gryphinam in-  
 terfecit 246  
 Cyrus regnauit annis XXXX.  
 16  
 Cyrus Scythis bellum infert  
 25  
 Cyrus infert bellum Medis  
 13  
 Cyrus nutritus à cane 11  
 Cyrus interficitur 60  
 Cyrus cum omni exercitu à  
 Scythis interfactus 22  
 Cyrus cōpedibus aureis ui-  
 etus à fratre 60  
 Cyrus à patre Dario prefi-  
 citur Lydia 54
- D
- Daci ex Getis 215  
 Dacicum bellum ex sentītia  
 conficit Ludouicus pius  
 333  
 Dalmatae cum Sclavis Chri-  
 sti religionem ample-  
 clun

## I N D E X.

- Euntur 336  
 Damascus ciuitas Syrie 224  
 Dardanis immortale odium erat cum Macedonibus 198  
 Darius contra Lanthinum Scytham 26  
 Darius contra Athenienses 26.51  
 Darius à suis aureis competitibus iunctus 99  
 Darius offert filie nuptias Alexandro cum dote 96  
 Darius rex moritur 99.30  
 Darius equi beneficio rex creature 18  
 Darius turpi fuga submotus à Scythia 22  
 Darius Asiam et Macedoniā domuit 26  
 Darij mater, uxor, dueq; filiae capte 94  
 Darij filij certant de imperio 30  
 Darij forma digna imperio 18  
 Darij magna clade ab Alexander fuis 105  
 Decius Cæsar 296  
 Deidamia Aeacide filia 129
- Delphici templi descriptio 181  
 Delus pro aerario Grecie 44  
 Demaratus rex Lacedæmoni 31  
 Demetrius occiditur 190  
 Demetrius rex Epiri decedit, relicto filio Philippo 196  
 Demetrius dedidit se Seleukio 131  
 Demetrius Antigoni regnum ab Alexandro recipit 190  
 Demetrius contra Parthos dimicans capitur 21  
 Demetrius pudore obtinuit quod iure defensionis ne quam potuisset 131  
 Demetrius filius à patre occiditur ibidem  
 Demophoon filius Thebæ 131  
 Demosthenes seipsum interficit 90  
 Demosthenes corruptus Persis 88  
 Demosthenes in exiliu negotiaras actus 100  
 Desperatio additanimorū 138  
 Deucalion quare repars homini

## I N D E X.

- hominum genus uulgo sit pro contaminat 277  
 creditus 27 Dyrrachium et Corinthi ciuitates terrænotu colapsas maximis sumptibus restitutus Iustinus Cæsar 320
- E
- Elissa, que et Dido; Carthaginensiu regina 151  
 Emanuel Calotoannes Imperator Orientis, Reipu. Christianæ perniciosus 354  
 Epaminondas vulneratur 66  
 Epaminonde magna eruditio ibid.  
 Epaminonde inuito honores ingesti ibidem  
 Epaminonde mors rempub. labefactauit ibid.  
 Epaminonde paupertas ibi.  
 Epeus equum Troianum fabricauit 156  
 Dionysius exul ibid.  
 Dionysij parricidia 160  
 Diræ ultrices quare 293  
 Discessio inter Cyrum et Artaxerxem filios Darij de regno 59  
 Domitianus 283  
 Domitius Nero matrem suam 104  
 Epirote, qui Pannida ante ibidem

## I N D E X.

- ibidem  
Eque uento cōcipiunt 267  
Equi pernicies in Hispan. ibidem  
Erichtheus rex 27  
Euagoræ duciſ Lacedemo-  
niorum insolentia post ui-  
ctoriam de Atheniensi-  
bus 55  
Euander in Italiam uenit 260  
Eucratides à filio interfici-  
tur 253  
Eumenes uictus ab Antigo-  
no 225  
Europus in Europa regna-  
uit 67  
Eurydices parricidium 71  
Eurymedon dux Athenien-  
sum 49
- F
- Fabianus martyr 295  
Fabricius Lucinus pacē cum  
Pyrrho fecit 146  
Fatua uxor Fauni 160  
Fama omnia in maius extol-  
lit 35  
Fama uelocitas 37  
Fames ingens in Italia et in  
Gallia 324  
Fatuari qui dicantur 560
- Faunus rex Italie ibilē  
Faustulus regius past. 261  
Florianus Cæsar 239  
Fauor hominum eò quo  
fortuna inclinat 204  
Flaminius Macedones 204  
Flaminius Nabidem duob.  
preliis fudit 206  
Flavius Valerius Anastasi  
Cæsar Αλέξανδρος dicitur  
318. Fulmine ab impo-  
tatem iclus periit ibid.  
Flumina Scythica quo de-  
fluant 21  
Ecemine apud Parthos  
et uirorum interdicim  
251  
Fridericus cognomento Ac-  
nobarbus Cæsar 355 ibid.  
annis transitu aquis os-  
bruitur ibidem  
Fridericus I I. Cæsar 360  
Diris à Pontifice Rom.  
persequitur ibid.  
Fridericus III. Austriae DR  
Cæsar 369  
Frish fidem recipiunt 31  
Frugalitas parens virtutum  
159  
Furtum granifimum scat-  
habet

## I N D E X.

- G
- habetur 21  
Gælorius Maximianus Cæ-  
sar 301  
Gælorius Armentarius Cæ-  
sar 302  
Gælorius Maximinus Cæsar  
ibidem  
Galienus Cæsar 296  
Galleci Greci 268  
Gallia semper mercenarios  
milites suppeditavit 186  
Gallus Cæsar 296  
Galli unde mansuetiore cul-  
tum didicerint 263  
Galli incepérunt habere uit-  
neas 299  
Galli uincunt Macedonas  
180  
Galli boni augures 279  
Galli quomodo Romā per-  
uenerint ibidem  
Galli ab Antigono fusi 189  
Galli Antigonum fugat 184  
Gallorum nefaria parrici-  
dia 180  
Gallorum mira fecunditas  
185  
Gallogræcia unde dict. ibid.  
Gæloris servitia in nepo-  
tem 268
- Gæloris mellis usum inue-  
nit ibid.  
Gelasius II. Pont. Rom. ur-  
be pellitur 350  
Geryon quamobrem tricor-  
por dictus 270  
Gildo Africae praefectus fra-  
tris filios necat 315  
Gladium amittere ignomi-  
niosum 218  
Gobryæ forte factum 17  
Gordianus Cæsar 295  
Gordius nodus ab Alexan-  
dro solutus 93  
Gordij nodi origo et causa  
ibidem  
Gordium urbs inter Phry-  
gias 92  
Græcia loquax in laudibus  
suis 30  
Gratianus Cæsar 310  
Gryphus propter nasum  
243  
Gryphina filia Ptolemai  
ibidem  
Guelphorum et Gibellino-  
rum factiones 360  
Gyges 15  
Gylippus dux Lacedemo-  
niorum 49  
Gynæocratumeni dicti, qui

## I N D E X.

- ab Amazonibus uincatur 14  
 Habis primus docuit boucs aratro iungere, et seruire 269  
 Hamilcar nefarie occisus est à Carthaginensibus 165  
 Hamilcar interficietur bello Siciliensi 154  
 Hanno miserè affectus supplicio 163  
 Hanno Carthaginensiu[m] imperium affectat 135  
 Harpagus 11  
 Harpos urbs à Diomede condita 156  
 Haste quamobrem dentur dite 262  
 Haste pro diademate regibus ibid.  
 Helenus Priami filius 143  
 Heliogabalus Varius quare dictus 293  
 Heluius Pertinax Cæsar 261  
 Henricus Othonis Saxonum  
 Ducis filius Cæsar, Auctarius dictus 339  
 Henricus II. Bauarus dictus 18  
 Claudius Cæsar 345. Eiusdem sanctitatis et uite  
 H
- sanctimonias ibid.  
 23 Henricus III. Conradi Fratris filius, dictus Niger; Caesar 347  
 Henricus III. Cæsar à Gorgio V II. Pontifice Romanus Ecclesiæ iudicatus eique sacris interdicatio 349 D. Petri et Pauli basilicas euerit ibid. Leodij pædore carcere animam efflavit ibid.  
 Henricus V. Quarti filii Cæsar 350. patrem cunctum in uincula conicitur ubi obiit ibid.  
 Henricus V I. Cæsar Friderici Aenobarbi filius Asper à moribus dicto 356  
 Henricus Constantiniopolitanus Imperator 359  
 Henricus V I. Lucemburgensis Comes Cæsar, Vrſinus Urbe pellitus 365. Veneno in Electrostiia dato sublatius ibid.  
 Herclea urbs à Bauariis condita 18  
 Heraclea regum tyrannorum

## I N D E X.

- Hierax cognomen Antiochi 141  
 Heraclius Africe prefatus à militibus Cæsar declaratur 322. Lignum salutiferae Crucis primum Constantinopolim, deinde Romanum transstulit ibid. Non uno morbi genere occidit ibidem 111. dictus est, Henrico sacris interdicit 349  
 Hippias tyranus Atheniensium occiditur 30  
 Heracleonas Heraclij et Martina filius Cæsar, natus à Senatu populoq[ue] Constantinopolitano priuatur ibidem  
 Hercules XI. stipendia Eurioste debeat 24  
 Hercules de Amazonibus triumphantib[us] ibid.  
 Hercules et Liber primi reges Orientis 256  
 Herculis sagitte fatu Troiae 156  
 Herculea audacia 7  
 Hercylides 60  
 Hercymon rex Aegypti 61  
 Heroum filij noxae 292  
 Hierbas rex Maurita 150  
 Hierax cognomen Antiochi 141  
 Hierotimus sexcentos filios habuit 247  
 Hieroconis descriptio 225  
 Hiero rex Sicilie 176  
 Hiero ab apibus alitus ibid.  
 Hildebrandus Pontifex Romanus, qui Gregorius VII. dictus est, Henrico sacris interdicit 349  
 Hippias alter filius Pisistrati in exilium agitur 29  
 Hippolyte à Theseo ducitur in uxorem 24  
 Hispaniae descriptio 266  
 Hispanorum mores et ingenia ibidem  
 Homines quod plus habent, eò maiora cupiunt 60  
 Homines nihil contra deos possunt 34  
 Honorius Theodosij filius Cæsar 315  
 Hungari religionem et pie-  
 tatem Christianam am-  
 plebuntur 345  
 Iason in Oriente pro deo ha-  
 bitus

## I N D E X.

- bitus ..... 266  
 Iasonis nauigatio pro uellere  
 aureo ..... 255  
 Iberia dicta Hispania ab Ibe-  
 ro amne ..... 266  
 Iconomachus, id est, imaginū  
 expugnator, cur Leo III.  
 dictus ..... 327  
 Indie nemo bellum preter  
 Semiramidē & Alexandrum  
 Magnum intulit 9  
 Inter partes semper discor-  
 dia ..... 138  
 Inuidia superatur magnitu-  
 dine rerum gestarum 9  
 Ioannes Batizæ Imperator  
 Orien. ..... 352  
 Ioannes Pontifex Rom. adul-  
 terinus exoculatur 344  
 Ioannes Catacunzenus Im-  
 perator Constant. 366  
 Ioannes Diplobatussus Im-  
 perator Græcus ..... 361  
 Ioannes Manuelis filius Imp.  
 Const. ..... 368  
 Ioannes Zimisches Nicepho-  
 ro Phoca interfecto, ima-  
 perium affequitur Con-  
 stantinop. ..... 342  
 Iones uicti nauali prelio à  
 Dario ..... 26
- Ioseph Aegyptum à fine  
 afferuit ..... 225  
 Ioseph uenditus à fratribus  
 ibidem ..... 225  
 Ioseph magus egregius ibid.  
 Ioseph intelligentia somni  
 rum inuenit ..... ibid  
 Iouianianus Imperator ..... 308  
 Iphicrates Atheniensis 64  
 Irene cum filio Constantino  
 vi. imperat 329. à filiore  
 gno pellitur. ibid. à cui  
 bus restituta filio oculos  
 eruit ..... ibidem  
 Isaacius Conuenus Constant  
 Imperator ..... 350  
 Isaacius Angelus Imperator  
 Orientis ..... 356  
 Israël x. filios habuit 214  
 Istriorum origo ..... 215  
 Italia Sarturia dicta ..... 97  
 Italia fons Romanarum vi-  
 trium ..... 209  
 Iudei eosdem reges &  
 cerdotes habent ..... 215  
 Iudei quare cū reliquis non  
 communicent ..... 168  
 Iudeorum potentia & orb  
 go ..... 214  
 Iustinus Cesar Chalcedoni-  
 se concilium edicto. ne  
 nerari iussit. 320. Impe-  
 rium sibi emit ..... ibi.  
 Iustinianus Iustini ex sorore  
 filius Cesar 320. Sophie  
 templum Constantinopo-  
 li condidit 321. non sanus  
 mente decepit ..... ibid.  
 Iustinus minor Cesar Iusti-  
 niani ex filia nepos, Chri-  
 stiane fidei contemptor  
 maximus ..... 319  
 Iustinus, quem nonnulli Iu-  
 stiniatum uocant, Cesar  
 ultimus ex stirpe Hera-  
 clij 324. à suis ducibus  
 Leontio & Tiberio-naso  
& auribus priuatus in  
 Chersonesum relegatur.  
 ibidem

## I N D E X.

- Lanthauius dignitas apud  
 Germanos ..... 360  
 Laodice quinq; filios parri-  
 cido tollit ..... 228  
 Laodomie interitus ..... 195  
 Latimi ab Aenea duce con-  
 diti ..... 136  
 Lavinia uxor Aeneæ ..... 261  
 Leo I. Cesar ..... 317  
 Leo II. Cesar ..... 319  
 Leo III. Isaurus Imperator  
 sedentaria exercuit 327.  
 Iconomachus cur dictus  
 ibid. Stephanum Pontifi-  
 cem Rom. comprehendit  
 ac necari iussit. ibidem.  
 Huic sacris à Sergio Pon-  
 tifice Rom. interdicitur  
 ibidem
- L
- Lacedemonij uincuntur ab  
 Atheniensibus ..... 45. 53  
 Lacedemonij uicti à Corone  
 ne ..... 63  
 Lacedemoniorum respubli-  
 ca qualis ..... 40  
 Lacus Asphaltites ..... 29  
 Lamachus occiditur à Gyz  
 res lippo ..... 249  
 Lampedo regina Amazoni-  
 se ..... 23
- Lanthauius dignitas apud  
 Germanos ..... 360  
 Laodice quinq; filios parri-  
 cido tollit ..... 228  
 Laodomie interitus ..... 195  
 Latimi ab Aenea duce con-  
 diti ..... 136  
 Lavinia uxor Aeneæ ..... 261  
 Leo I. Cesar ..... 317  
 Leo II. Cesar ..... 319  
 Leo III. Isaurus Imperator  
 sedentaria exercuit 327.  
 Iconomachus cur dictus  
 ibid. Stephanum Pontifi-  
 cem Rom. comprehendit  
 ac necari iussit. ibidem.  
 Huic sacris à Sergio Pon-  
 tifice Rom. interdicitur  
 ibidem
- Leo III. Cesar ..... 328  
 Leo Armeniacus Cesar Di-  
 uorum imagines penitus  
 deleri iubet ..... 332  
 Leo Basilici Macedonis fi-  
 lius Imperator Constantiopolitanus ..... 335  
 Leontius Cesar mutilatus  
 & naso ab Absimaro in car-  
 cerem detruditur ..... 325  
 Leonidae fortitudo & mors  
 ..... 31

I N D E X.

- Leonatus ab Atheniensibus interficitur 121  
 Leosthenes dux Atheniensium occisus 120  
 LEX OBLIVIONIS latata ab Atheniensibus 188  
 Lex adficatoria à Traiano 288  
 Libertas Gracie concidit, Occidentis regnis exurgentibus 199  
 Lichorias praefectus Achæorum 213  
 Literæ templum habuerunt Athenis 26  
 Literarie rei iactura maxima 318  
 Linius notatus à Trogo 213  
 Longinus Exarchatus officio primus fungitur 319  
 Lotharingia à Lothario, Ludouici Pij filio, nomen accepit 334  
 Lotharius, Ludouici Pij natura maior filius Cæsar: ibid.  
 Lotharius I. qui ex Luteris, Saxonum dux Cæsar, peste obiit. 354. 355  
 Lucani autores Brutiorum 173  
 Lucanorum mores 173  
 Ludouicus Caroli Magnificus, Pius cognominatus Cæsar 333. à filii in carcere detrusus 334. Pæschali Pont. Rom. ius eligendorum presulum remisit. ibidem  
 Ludouicus II. Cæsar 334  
 Ludouicus Balbus III. Cæsar Galliae rex 336  
 Ludouicus Ariulphi filius Imperator 338  
 Ludouicus Rudolphi Cæris ex filia nepos imperator 365. Ei sacrificandi interdictur. ibid. Corbarium Minoritam, Pontificem creat, quem Nicolaum appellari voluit ibidem  
 Lupercus, qui ex Pan & Lycaus 260  
 Lycurgus Spartanorum dux 198  
 Lycurgus in exilio violenter moritur 241  
 Lycurgi leges 140  
 Lycurgi moderatio in rebus pœnudo regno exhibetur 240  
 Lyopus caput sturz, prope biuum 141

I N D E X.

- Lysander dux Lacedæmonio 54  
 Manichæorum heresis resurgit 348  
 Lysander amulus Agesilai 62  
 Lysias Syracusanus orator 58  
 Marathonij campi 29  
 Marc mortuum, eiusque natura 226  
 M. Antonius Cæsar 289  
 M. Lepidus missus tutor in Aegyptum 202  
 M. Regulus 285  
 M. Catonis summa fortitudo 218  
 Mardonius uincitur 36  
 Marthesia regina Armeniae 24  
 Macedonia redacta in ditio nem populi Romani 218  
 Macedonia nomina 67  
 Macedonum xx. reges 218  
 Machæus dux Carthaginensis in exilium actus 152  
 Machæus Cartalum filium cruci suffixit 152  
 Machæus parricidij pœnas soluit ibid.  
 Magi Carthaginiensium imperator 253  
 Magi interficiuntur 17  
 Magna Græcia quæ 156  
 Massilia condita à Phocenses bus 262  
 Massilienses aurum conseruit ad explendū pondus Gal lis 265  
 Massiliensem instituta 265

## I N D E X.

Mater Darij se interfecit 116  
 Matrimonij ornamenta pu-  
 dicitia, non uestes 159  
 Matthæas rex Scytharum 79  
 Mauritus genere Cappa-  
 dox ex notario Augustus  
 320. 321

Maximilianus Friderici III.  
 Caesaris filius imperator  
 369

Maxentij mors 302

Maximus Cæsar 264

Medea urbs à Medea uxore  
 Iasonis 256

Mediolanum à Gallis condi-  
 tum 160

Medi regnauerunt CCCL.  
 annis 13

Medorum regnum à Medo  
 constitutum 266

Menius Thebanorum prin-  
 ceps 58

Meretrices regie in Aegy-  
 pto omnia moderabantur  
 202

Mergidem fratrem Camby-  
 ses interficit 116

Messenij per insidias expi-  
 guantur 43

Metallorum felix Hispania  
 266

Michaël Curoplates, cogno-  
 mento Rancabe, Impera-  
 tor 310  
 Michaël Thraulus Impera-  
 tor clericis & monachis  
 auersus 311

Michaël Theophili Balbi-  
 lius Imperator 333. ma-  
 trem, quod Diuorū ima-  
 gines execraretur, mo-  
 nastorio inclusit ibid.

Michaël Papblago Zois  
 adulter Imperator Orien-  
 tis 346

Michaël Calaphates igno-  
 biliſimus à Zoa ado-  
 ptatus Imperat. Conſtan-  
 tm. 347. exoculatur.  
 ibidem

Michaël senior Imperat. 349. à Pathiarcha, Se-  
 natuque Constanti impe-  
 rato deiectus; in ordinem

redigitur ibidem  
 Michaël Constantini Duce  
 filius Parapinaceus di-  
 etius Imperator Conſtan-  
 timop. in monasterio

cum uxore & filio detru-  
 ditur 318

Michaël Paleologus, Imper-  
 rator

## I N D E X.

rator 362  
 Michaël Andronici senioris  
 filius Imperator Orien-  
 tis 364

Midas rex ab Orpheo sacris  
 initatus 93

Milciades dux 29  
 Minium prouenit uberrime  
 in Hispania 268

Miseros non decent conui-  
 tia 127

Mithridates Scythas perdo-  
 muuit, antea contra sum-  
 mos imperatores mui-  
 ctos 229. 230

Mithridates fraude capitur  
 à Clearcho 139

Mithridates gefit diu bella  
 cum Romanis 228

Mithridates Magnus, Par-  
 thicus 255

Mithridatis parricidia 231

Monothelitarum heresis 320.  
 323

Mons Palatinus 260

Morū uitia sub umbra elo-  
 quentie latent 52

Moses filius Joseph, pul-  
 cherrimus fuit 225

Moses montem Syneum oc-  
 cupat ibidem

Multa silenda in matrimo-  
 nio 25

Mumius feliciter pugnat co-  
 tra Achæos 219

Mycitho seruo committitur  
 filius Anaxilai regis 47

N

Nabis tyrannus Lacedemo-  
 niorum 203

Narsetes dux Iustiniani Ce-  
 saris clarissimus pro-  
 scriptus 319

Natura ad locorum patien-  
 tiā animalia creauit 20

Neoptolemus ab Eumene  
 occiditur 124

Nerones dicti fortæ lingua  
 Sabina 194

Nestorianæ heresis damna-  
 tur 316

Niceas Atheniensis capitul  
 a Lacedemonibus 50

Nicena synodus 318

Nicephorus Patricius Impe-  
 rator Constant. 329

Nicephorus Phocas Impe-  
 rator Constant. 341

Nicephorus Imperator 352

Nimus filius mulieris inge-  
 nito 10

Nimus primus intulit bellum  
 finitum

## INDEX.

- frumentis 8  
 Ninus totum Orientem uicit 107  
 ibid.  
 Nisæ Bacchus cultus 107  
 Noctua in auspiciis quid portendat 177  
 Numitor ab Amulio interfactus 261  
 O  
 Ochus rex Persarum 86  
 Octanius Persicū cum duobus filiis cepit 218  
 Olympias uxor Philippi cedis consilia 83  
 Olympias repudiata à Philippo 96  
 Olympias filia Neoptolemi 144  
 Olympias à Cassandro interfecta 130  
 Olympiadis fortitudo in morte ibid.  
 Olynthus à Mardonio exsecugnatur 36  
 Ophellas rex Cyrenarū 70  
 Opilius Macrinus Cæsar 293  
 Opobalsamum Iudeos dicitur 225  
 Oraculum uetus 332  
 Oropastes 16. Orthanes 17  
 Otbo Salinus 272  
 scunt res 147  
 pontificibus iuramentum præstuit. 340. Prima inunctus, imperij corona insignitur ibid.  
 Otbo II. primi ex Adelanda filius Cæsar Germanus 341  
 Otbo III. Saxonie dum Germanus Cæsar 344  
 Mirabilia mundi difficit est. ibid. 345  
 Otbo IIII. Saxonum dux Cæsar diris Pontificis insectatus, imperio decitur 351  
 Olij rationem Cato reddendam censet 353  
 Otrera filia Marthesia uirgo 24  
 Ouidius relegatus ab Augusto 274  
 P  
 Pampacius tertius rex Parthorum 29  
 Parricidij nulla iustifica esse potest 331  
 Parmenton & Philothus 104  
 Oraculum uetus 332  
 Oropastes 16. Orthanes 17  
 Otbo Salinus 272  
 scunt

## INDEX.

- Parthie incommodum cœlum 249  
 Parthenij qui sunt dicti 42  
 Parthi Pompeianarum partium fure 257  
 Parthi singuli multas uxores habent 250  
 Parthi simulantes fugam prægnant 249  
 Parthorum bella cum Romanis 257  
 Parthorū reges esse parricidas solenne est ibid.  
 Parthorum cultus corporis 250  
 Parthorū reges ab Andragora 104  
 Parthor. orig. et nomē 249  
 Patrie conspectus uires ministrat 65  
 Pausanias affectat regnū 38  
 Pausanias damnatur ibid.  
 Pausanias Philippum interfecit 82  
 Pelagiana heresis damnatur 316  
 Penaxagoras filius. Sigilli missus in auxilium Amanonibus 25  
 Parfinonia et labore crevit 25  
 Ibidem  
 Perdicce animi magnitudo 118  
 Reipublice dat 45  
 Pericles agros suos dono 44  
 Pericles dux Atheniensium 257  
 Perse reges suos adorant 62  
 Perse unū deum habent Sōlem 18  
 Persarum reges occuluntur 17  
 Persarum regni finis sub Ca domano 87  
 Pertimax, fortuna pila 292  
 Perusini ab Achaeis 156  
 Petrus Altissiodorensis Imperator Orientis 360  
 Phalanthi erga suos amor 42  
 Philippus Macedo. Olympia uxorem ducit 72  
 Philippus medicus Alexander 93  
 Philippus regnauit annis xxv. 84  
 Philippus Macedo iunxit se Annibali 200  
 Philippus Demetrij pater morbo decepit 211  
 Penthesilea apud Troian. Philippus Cesar 295  
 Philippi

## I N D E X.

- Philippi scelera 74. 76  
 Philippi bellū contra Olym-  
     thios 75 Pise unde 156  
 Philippus Bardesanes Cesar  
     edicto sanxi ut Sancto-  
     rum statuae & imagines  
     e tēplis raderentur 326  
 Philippus Friderici Barba-  
     rossae filius Cesar 375  
 Philomenes Thebanos uincit 73  
 Philopater Ptolemaeus di-  
     ctus per Ironiam 198  
 Philopæmenes Acheorum  
     dux capitul 206. 212  
 Phocas Scythici limiū pre-  
     fectus Imperator decla-  
     ratur 321  
 Phocæs templum Apollinis  
     occupant, ac poenam luunt  
     uiolatae religionis 73  
 Phoenix uisus in Aegypto  
     277  
 Phrahatris parricidia, &  
     congressus cum Antonio  
     258  
 Pietas Helemati in patriam  
     188  
 Pilicū sumere quid sit 278  
 Pipinus Francorum rex Ra-  
     uennatæ Exarchatum
- dono dat Rom. Pontifici  
     328  
 Pisi stratus regnat Athenis  
     annis XXXIIII. 29  
 Pisistratus Megarenſes de-  
     leuit 28  
 Plinios 23  
 Poenitentia carne ueſeban-  
     tur 153  
 Polyperchon occiditur 124  
 Pons im Danubio constru-  
     ctus à Constantino 304  
 Popilius Antiochum uirga  
     circumscripsit 220  
 Populus Ro. hæres fuit in-  
     stitutus ab Attalo 227  
 Porus rex Indorum 108  
 POTESTAS FATO  
     DAT VR 291  
 Principum scelera cur iuuat  
     nosse 273  
 Priuata beneficia à publicis  
     sunt segregata 210  
 Probus Cesar ob præcla-  
     risimam uocem interfe-  
     ctus à militibus 299  
 Prompalus ex sordibus rex  
     222  
 Prusias Nicomeris filium su-  
     det interficere, sed pre-  
     uentus

## I N D E X.

- uentus interficitur à filio 143  
 211  
 Ptolemaeus moritur 137  
 Ptolemaeus ab Alexandro pro-  
     uectus liberalissime 119  
 Ptolemaeus Pyrrhi filius fun-  
     ditus uincit Antigonum  
     186  
 Ptolemaeus interficitur à  
     Spartanis 187  
 Ptolemaeus obesus & stultus  
     220  
 Ptolemaeus Eurypidem uxori  
     rem interfici 201  
 Ptolemaeus uictus & obtrun-  
     catus à Gallis 180  
 Ptolemai moderatio erga  
     Demetrium 131  
 Ptolemai Aegyptij mollitia  
     201  
 Ptolemai seuitia, & parri-  
     cidia 178. 238. 239  
 Pugnantibus qualis animus  
     esse debeat 207  
 Pulcheria Archadij Cæsaris  
     filia 317  
 Pygmalion Sicheum occidit  
     148  
 Pyrenæus mons 366  
 Pyrrhus Tarentinis contra  
     Regum arbitria pro legibus  
     Romanos auxilium tulit  
     erant ibidem  
 Relig
- Pyrrhus insidiis Orestis in-  
     terfictus 143  
 Pyrrhus Macedonie regnum  
     occupat 136  
 Pyrrhus uictus à Lysimacho  
     137  
 Pyrrhus primus elephantes  
     in Italiam adduxit 145  
 Pyrrhus rex Siciliae appellat-  
     latur 154  
 Pyrrhus Antigonum oppu-  
     gnans Argis saxo è muro  
     iactato occiditur 187  
 Pyrrhi liberalitas in remit-  
     tendis captiuis 145  
 Pythagoras Samius ubi di-  
     sciplinas suas hauserit  
     158  
 Pythagoras Crotonienses à  
     luxuria reuocauit ibid.  
 Pythagoras Metaponti de-  
     cessit 259  
 Pythagoræ domus pro tem-  
     plo ibidem  
 Quintilius Cesar 298  
 R  
 Aeges quales olim 8  
 Regum arbitria pro legibus  
 Romanos auxilium tulit  
 erant ibidem  
 Relig

## I N D E X.

- Religiones quantum possint Romanis datur tutela Alex<sup>ander</sup> regis Aegypti 93  
 Rhea virgo Vestalis 261 201  
 Rhegium unde appell. 45 Romanus Lecapenus Imperator 34  
 Rheta à Rheto duce Tuscorum 160 Romanus Constantini filius ibidem 34  
 Robertus Petri Altisiodorensis filius Imperator Constant. 362 Romanus Argyropylus 34  
 Robertus qui & Rupertus Imperator 367 Romanus Diogenes Imperator Constant. in Sardam ad exilandum missus 35  
 Roma caput totius orbis 169 Romulus & Remus alii lupa 260  
 Roma à Gallis capta 56 Romulus & Remus Mat geniti ibidem  
 Roma condita à Romulo 262 Roxane à Cassandro interficita cum filio 23  
 Roma, urbs regum uisa Cyrene 146 Roxane uxor Alexandri Magni 11  
 Romani respuerunt munera Pyrrhi ibidem  
 Romani Carthaginensium auxilio noluerunt contra Pyrrhum uiri 146 Rudolphus Habsburgensis Caesar Germanus 16  
 Romani lupa alii lupinos animos habuerunt 237 Rufinus Arcadij Caesar tor impius occiditur 14  
 Romani non nisi suis armis uinci possunt 208 Sabbatum unde Iudei religiosum 21  
 Romani Annibalem insidiis uolebant tolli 205 Sacrificantes aut iuratis aras tenent 19  
 Romani orti ab Iliensisbus 211 Sallustius notatus à Trog 133 Salamina

## I N D E X.

- Salamina ubi condita 268 cerunt 23  
 Sandrocottus ex humili gente ad maiestatem regni oraculo impulsus 134 Scythae Parthorum fines populantur 254  
 Sardanapalus ultimus rex Assyriorum 10 Scytharum g̃es antiquiss. 19  
 Sardanapali mors uirilis ibidem Scythia editor aliis terris  
 Seditionis autores ab Alexander interficti 123 Seleucus ad ludibrium fortunae natus 192  
 Saturnalia quomodo Romæ facta 260 Seleucus à matre interficiatur 243  
 Satyrus tyrannidem inuadit Heracleæ 142 Scipio Africanus eo anno mortuus, quo Annibal erat 142  
 Philopœmenes 216 Scipioes uincere Pœnos a fuit 210 Seleucus Antiochi filius 133  
 Scipiones uincere Pœnos a fuit 210 Seleucus equo precipitatus interiit ibidem  
 Scholpythus 23 Scordici quidam Galli apud Danubium appellantur 214  
 Seleuci filij & nepotes a coram in semore habebant 134  
 Seleuci gesta ibid. Semiramis sexum mentita 9  
 Senibus maximus honor Macedonem 41 Senibus maxime usus est Alexander in militia 102  
 Scythe Bactrianū & Parthicum regnum condiderunt 22 Scythe seruis uerberant intentant, quos uincere armis non poterant 26 Scyonum urbs Francorum Regis Patrimonio adiicitur 345  
 Scythae Asiam uectigalem fit Septentrionalis regio aptissima C sima

## I N D E X.

- sum ad uiuendum 20  
 Septimius Seuerus Cæs. 292  
 Sepultura Parthorum laniatus auium aut canum est 250  
 Sergius Galba 278  
 Serici usus à Persis ad Grecos transit 319  
 Serui cuiusdam patientia 267  
 Serui apud Parthos militant 250  
 Seruorum Tyriorum facinus, qui et ab Alexandro suspensi 147  
 Seruile bellum in Scythia 26  
 Seruitus nulla sub Saturno 260  
 Seuerus Alexäder Cæs. 294  
 Sexus muliebris iniuriis bellici caret 245  
 Sicania olim Sicilia 47  
 Sicilia sulphure et bitumine abundat 46  
 Sicilie descriptio ibid.  
 Sidon à piscis ubertate 147  
 Sigismundus Cæsar Caroli III. filius 368  
 Signum deditioinis apud Grecos quale 65  
 Sigillus rex Scytharum 25  
 Siluanus Cæsar 368  
 Solis et stellarum desiderio portendat 16  
 Solon simulans dementia Athenienses ad suscipit dum bellum hortatur 319  
 Solon uir iustus leges Atticas conscribit ibi  
 Somni Astyagis 319  
 Sophiae tēpli edificatio 319  
 Sophia Iustini Minoris ux 319  
 Sophocles dux Atheniensus scriptor tragœdiarū 48  
 Sopyri facinus memorabilius 18  
 Sortis humanae uarietas Xerxe  
 Softhenes Macedones à Galis defendit 319  
 Sparcon nutritix Cyri 319  
 Spartani Alexandri Magi arma contempserūt 19  
 Spartanarum mulierum frumentaria 181  
 Spartanorum urbs sine numero ante, cepta est numeri circundari 319  
 Spirenſis Basilice extitio 346  
 Stauratius Imperator impo-

## I N D E X.

- rio turbatus, monasterio includitur 330  
 Stilco, Honorij Cæsar is tutor perniciosus, Rome cum filio occiditur 315  
 Strato rex Tyriorum 148  
 Sulpitius consul cōtra Persicum pugnauit 217  
 Sybaris seruus praeficitur à Cyro Persis 13  
 Sylvesterius Papa relegatur 319  
 Syracuseorū bellum cum Catanensibus 48  
 Syria à Pompeio in prouincia formam redacta est 248  
 Syrij reges ortum à Semiramide habent 224  
 T  
 Tacitus Cæsar 299  
 Talmud Iudeorum quando et à quibus compositum 315  
 Tanaïs rex Scythie 8  
 Tarentini à Lacedemonibus profecti 156  
 Teclōsagi omne aurum in lacum Tholosensem coniiciunt 215
- Teclōsagi in Panonia consederibit ibid.  
 Terremotus maximus in Helleponito 142  
 Terramotus inter insulas Theramenem et Theasiam 203  
 Terremotu in Syria perierunt CLXX.M. hominum 248  
 Terremotu Dyrrachium et Corinthus ciuitates corruere 320  
 Terremotu Constantinopolitana templū adesque multæ corruere 351  
 Thalestris Amazonū regina concubitum Alexiadri regis petit 25.203.256  
 Thebis dij geniti 90  
 Theniscyrei campi 23  
 Themistoclis uictoria de Xerxe 35  
 Themistoclis indoles 30  
 Theodora Zœforor Imperatrix Constant. 349  
 Theodosius Cæsar 311  
 Theodosius Iunior Arcadij filius Cæsar 315  
 Theodosius Adramitenus Anastasium Imperatorem regno

## I N D E X.

- regno exutum monaste-  
rio includit 326  
**Theodosius** i i i. obscurus  
genere, pius tamen et fi-  
de orthodoxus Impera-  
tor electus à militibus,  
Sanctorum imagines té-  
plis restituit 327  
**Theodotus** rex appellatus  
251  
**Theophilus** Constantinop.  
Imperator 334  
**Theramenes** interficitur 55  
**Theseus** rex Atheniensis 27  
**Thessalus** medicus uenenum  
Alexandro dedit 112  
**Thrasibulus** feliciter contra  
tyrannos pugnauit 57  
**Thusci** pulsi sedibus à Gal-  
lis 160  
**Tiberius** i i i. cognomento  
Absimares Imperator  
Callinicum Patriarcham  
Constantimp. oculis pri-  
uatum Romanam relegat  
325  
**Tigranes** rex Armeniae 232  
**Tigranes** à Lucullo uictus  
248  
**Tigris** fluuius Armeniae 256  
**Tineæ** & forices aulici qui
- dicti sunt à Constanti-  
no 304  
Titane ubi bellum gesserim  
268  
Titus Vespasianus 281  
Thomyris Scytharum reg-  
na 13  
Traianus HERBA P A-  
RI ETARIA dictus, ob-  
multos titulos, à Consta-  
ntino 304  
Traianus imperator 286  
Tridentum à Gallis 160  
Trinacria olim dicta Sic-  
lia 47  
Triptolemus sationem fru-  
menti inuenit 27  
Trogus historias totius mu-  
di conscripsit 1  
Trogii XLIII. libri ibid.  
Trogii eloquentia ibidem  
Trogii maiores qui fuerunt  
265  
Troia urbs in Apulia 341  
Turnus interiit 261  
Tympanum signum pugna-  
tum apud Parthos 249  
Tympana & tripudia in-  
strumenta luxuria 201  
Tyranni Athenienses profe-  
cti Eleusim in exilium 58

## I N D E X.

- Tyranni Athenienses inter-  
fecti ibid.  
Tyrus urbs ante cladem Tro-  
ianam 147  
Tyrij capiuntur ab Alexan-  
dro cum urbe 95  
Tyrij Uticam in Africa con-  
dunt 148  
Tyriorum origo à Phoeni-  
cibus 146  
Tyssafernes Lydie prefe-  
ctus 51  
Tyrteus poëta carminibus  
Lacedemonios ad bellum  
accedit 43  
Tyrteus claudus fuit ibid.  
V  
Valentinianus Junior P I I.  
Cæsar 316. Rauennensi  
prefuli usum pallij con-  
cessit ibidem  
Valerius Anastasius 319  
Valerianus Cæsar 296  
Valerius Leuinus cum Pyr-  
rho congressus 145  
Valerij Leuini gesta in Gra-  
cia 200  
Veneti à Troianis 156  
Venetiae quando in aquis e-  
dificari cœpere 316  
Ventidius Parthos maximo
- prælio fudit 257  
Vergilius amatus ab Augu-  
sto 273  
Verona, à Gallis cōdita 160  
Venceslaus Caroli I I I I. fi-  
lius Cæsar Germanus  
367  
Vespasianus Cæsar 280  
Vestis una permissa tantum  
Lacedemonibus 41  
Veterum uerecūdia in regio-  
nomine assumendo 132  
Vexores rex Aegypti 8  
Vexores primus bellū Scy-  
phis intulit 22  
Vicentia, à Gallis 160  
Victoria ferro queritur 98  
Virgines sine dote nubere  
41  
Viriust Gallus Cæsar 296  
Vltionis exemplum 322  
Vnimannæ dictæ Amazo-  
nes 23  
Vxores adhiberi conuiuit  
apud Persas habetur pi-  
gnus hospitiij 69  
Vxores sepe maritos op-  
portunè monendo iuvant  
X  
Xerxes rex cōstituitur 32

## I N D E X.

Xerxes apud Thermopy-	
las male acceptus à Leo-	
nida Spartano	32
Xerxes sustulit tēpla Asia	
	33
Xerxes Athenas incendit	
	34
Xerxes cum dijs bellum ge-	
rit	ibid.
Xerxes primus Iudeos do-	
muit	136
Xerxis exercitus toti orbi	
gravis	31

## F I N I S.

Z	
Zeno Imperatar uiuus su-	
pulcro ab uxore inclu-	
ditur	319
Zoe Imperatricis Constan-	
timopolitana libido ex-	
frenata 344. 346 Exi-	
liū 347. Reuocatio ibid.	
Eiusdem mors	149
Zopyrion bellum Scyth-	
intulit	10
Zoroastres artem magica-	
inuenit	

## LECTORI.

Q V A N Q V A M in Monarchis et ana-  
norum ratione constituenda uehementer uariant auto-  
res, tamen ut historiae series atque ordo facilius à pueris  
posset percipi, adnotauimus partim ex Eusebio, partim  
ex Berofo et Metaphene ea tantum, que ad planiorem  
paulo et explicationem Iustini lectionem conducere ui-  
deabantur.

## P R I M A M O N A R C H I A

Affyriorum, in qua reges  
fuerunt.

NINVS	Iouis Beli filius	Sterus, seu Pherus	13
	lius regnauit primus annis	annis	20
	52	Mamclus 14.	annis 30
Semiramis	Nimi uxor 2.	Sparetus 15.	annis 40
	annis	Asctades 16.	annis 40
Zames	Nineas Semiramidis filius 3.	Amyntas 17.	annis 45
	annis 38	Belochus 18.	annis 25
Arius	4.	Bellopares 19.	annis 30
Aralius	5.	Lamprides 20.	annis 32
Baleus	Xerxes 6.	Sofares 21.	annis 20
	annis 30	Lampares 22.	annis 30
Armatrites	7.	annis 38	annis 45
Belochus	Baal sacerdos 8.	Panyas 23.	annis 19
	annis	Sosarmus 24.	annis 27
Baleus	9.	annis 52	annis 25
Altadas	10.	Mitreus 25.	annis 32
Mamitus	11.	annis 32	annis 40
Mancalus	12.	Tautanes 26.	
	annis 30	Tautens 27.	
		Timeus 28.	annis 30
		Dercill	

# MONARCHIARVM

Dercilus	29.	annis 40	Ophratanes	34.	annis 30
Eupalus	30.	annis 38	Ocrasapes	35.	annis 41
Laoshenes	31.	annis 45	Sardanapalus	36.	et post annis 20
Pyriadiades	32.	annis 30	Istremus		
Ophrateus	33.	annis 20			
Duravit hoc Assyriorum imperium annis M. CC. XXXIX.					

## SECUNDÆ MONARCHIA chiæ, Medorum reges.

Arbaces	1.	annis 28	Arceus	6.	annis 40
Mandanes	2.	annis 50	Artines	7.	annis 22
Sosarmon	3.	annis 30	Astibares	8.	annis 20
Articarmines	4.	annis 50	Astyages	9.	annis 30
Arbianes	5.	annis 22			
Stetit Medorum regnum annis CCC. minus VIII.					

## TERTIA MONARCHIA Persarum, habuit reges XIIII.

Cyrus primus	imperavit	Artabanus	praefectus, qui annis 30	Xerxē	occidit, mensib. I
Cambyses	2.	annis 7	Artaxerxes Longimanus	7.	
Patizites, et Smerdis, fratres Magi,	3. mensibus 7	annis 5	annis 40	Xerxes	8. mensib. I
Darius	4.	annis 36	Sogidianus	9.	mensib. 8
Xerxes	5.	annis 20	Darius nothus	10.	annis 19
Antiquus					

# ANNOTATIO.

annis	40	Darius Arsamii filius, quem
Artaxerxes	Ochus	12. an= Iustinus Condomanū dī-
		nis 26 cit appellatum, annis sex
Arses	13.	annis 4 imperat.
Duravit Persarum imperium annis cccxx. et mensibus v.		

## QVARTA MONARCHIA

Alexandri, seu Macedonum.

Est autem rerum summa potitus Alexander annis XII.  
Post quem inter principes regna sunt diuisa.

## MACEDONVM.

Arideus	annis 7	Meleagrus	mensibus 2
Cassander	annis 18	Antipater	anno 1
Antipater	et Alexander	Sosthenes	annis 2
	annis 4	Antigonus Gonathas	36
Demetrius	annis 6	Demetrius	annis 10
Pyrrhus	mensibus 6	Antigonus	annis 15
Lysimachus	annis 5	Philippus	annis 42
Ptolemæus	Képaur. et anno no	Perseus ultimus Macedonum	
		rex	annis 10
Summa annorum Macedonici regni CLIIII. anni, mensis			
		VIII.	

ASIAE	annis	17
Antigonus	annis 18	SYRIA E.
Demetrius	Πολιορκήτης	Seleucus Nicanor
		annis 32
	C 5	SYRI

## MONARCHIAR. ANNOT.

SYRIA E T ASIAE.	Antiochus Eupator
	Demetrius Soter
Antiochus Soter	ann. 43 Alexander
Antiochus Theos	ann. 15 Demetrius
Seleucus Gallimicus	20 Antiochus Sedetes
Seleucus Ceraunus	ann. 3 Demetrius iterum
Antiochus magnus	36 Antiochus Gryphus
Seleucus Philopator	12 Antiochus Cyricenus
Antiochus Epiphanes	11 Philippus

Duravit Syria regnum annis

CCLXXXIX.

## Æ G Y P T I.

Ptolemaeus Lagi filius	40 Ptolemaeus Euergetes
Ptolemaeus Philadelphus	Ptolemaeus Phiscon, sive annis 58 ter
Ptolemaeus Euergetes	26 Ptolemaeus Alexander
Ptolemaeus Philopator	17 Ptolemaeus Lathirus
Ptolemaeus Epiphanes	annis 24 Cleopatra

Stetit Aegyptiregnum post Alexandrum  
annis CCLXXXVIII.ALEXANDRI MONAR-  
chia duravit annos

CCC.

F I N I S.

CATALOGVS CAE-  
SARVM VSQVE AD  
Carolum huius nominis  
quintum.

C. Julius Cæsar	271	Bassianus Caracalla	292
C. Octavianus Augustus	272	Opilius Macrinus	294
Claudius Tiberius	Cesar	Aurelius Heliogabalus	ibid.
275	Seuerus Alexander	ibid.	
C. Cæsar Caligula	276	Iulius Maximinus	295
Claudius	ibid.	Gordianus	ibident
Domitius Nero	278	Philippus	ibid.
Sergius Galba	279	Decius	296
Sylvius Otho	ibidem	Virius Gallus	ibid.
Aulus Vitellius	ibid.	Licinius Valerianus	ibid.
Vespasianus	280	Galienus	297
Titus	281	Claudius	ibidem
Domitianus	283	Quintilius	298
Cocceius Nerus	284	Aurelianu	ibid.
Vlpius Trajanus	286	Tacitus	299
Aelius Adrianus	287	Florianus	ibidem
Antoninus Pius	288	Probus	ibid.
M. Antoninus	289	Carus	ibid.
M. Antoninus, cognomento Philosophus	290	Diocletianus	300
Aurelius Commodus	291	Galerius Maximianus	301
Helius Pertinax	ibid.	Galerius Armentarius	302
Didius Julianus	292	Galerius Maximinus	ibid.
Septimius Seuerus	ibid.	Alexander	ibid.
		Constantinus	ibid.
		Annibalianus	305
		Conſt	

## I N D E X.

Constantius	ibid.	Iustinus III. qui à nonnullis 306 Iustinianus II. dicitur	Romanus Iunior
Silvanus	ibid.	ibid.	Niccephorus
Constantius	ibid.	ibid.	Ioannes Zimisces.
Iulianus	307	Leontius, siue Leo II.	Basilius
Iouianus	308	Tiberius III.	ibid.
Valentinianus	309	Philippicus Bardesanes	Constantinus Basilius frater
Valens	310	Anastasius II.	ibidem
Gratianus	ibid.	Theodosius III. Adramitius	Romanus Argyropylus
Theodosius	311	nus	Michaël Paphlago
Arcadius	314	Leo III. Isaurus	Michaël Calaphates
Honorius	315	Constantinus V.	Zoë
Theodosius Iunior	ibid.	Leo IIIII.	Constantinus Monomachus
Valentinianus II.	316	Constantius V I.	ibidem
Martianus	317	Imperatores.	Theodora Zoë foror
Leo primus	ibid.	Constantinopolitanus	Michaël senior
Leo II.	318	Imperatores.	Isaacius Conuenus
Zeno Isauricus	ibid.	ibid.	Constantinus Ducas
Fla. Valerius Anastasius	319	Niccephorus	Eudochia
Iustinus	320	Stauratus	Romanus Diogenes
Iustinianus.	ibid.	Michaël Curoplates.	Michaël Constantini Ducæ
Iustinus Minor	319	Leo Armeniacus	filius
Tiberius II.	320	Michaël Thraulus	Niccephorus
Mauricius	ibidem	Theophilus	Alexius Conuenus
Phocas	321	Michaël	Calioioannes
Heraclius	323	Basilius Macedo	Manuel, siue Emanuel
Heraclius, qui ex Constantinus iunior	323	Leo Basilici Maced. filius	Alexius Manuelis filius
Heraclonas	ibidem	ibidem	Andronicus Conuenus
Constans, qui ex Constantinus III.	ibid.	Alexander	Isaacius Angelus
Constantinus IIII.	324	Constantinus Leonis Basili	Alexius Angelus
		cifilius	Alexius Iunior
		Romanus Lecapenus.	Baldwinus Flandrie Comes

## I N D E X.

Romanus Iunior	ibid.	ibidem	ibidem
Niccephorus	ibidem	Ioannes Zimisces.	Petrus Altissiodorensis
Ioannes Zimisces.	342	343	362
Basilius	343	Constaninus Basilius frater	Robertus
ibid.	ibidem	Romanus Argyropylus	Baldumus II.
ibid.	ibidem	Michaël Paphlago	Alexius Angelus
ibid.	ibidem	Michaël Calaphates	Ioannes Diplobatazus
ibid.	ibidem	Zoë	Theodorus
ibid.	ibidem	Constantinus Monomachus	Ioannes Bataza
ibid.	ibidem	ibidem	Michaël Palæologus
ibid.	ibidem	Theodora Zoë foror	Andronicus Palæologus
ibid.	ibidem	Michaël senior	Andronicus Iunior
ibid.	ibidem	Isaacius Conuenus	Ioannes Catacunzenus
ibid.	ibidem	Constantinus Ducas	Calioioannes
ibid.	ibidem	Eudochia	Ioannes
ibid.	ibidem	Romanus Diogenes	Constantinus Ultimus Oriëntis Imperator
ibid.	ibidem	Michaël Constantini Ducæ	ibidem
ibid.	ibidem	filius	Imperatores Ab Italibus electi.
ibid.	ibidem	Niccephorus	Berengarius Fortuulij princeps
ibid.	ibidem	Alexius Conuenus	338
ibid.	ibidem	Calioioannes	Berengarius II.
ibid.	ibidem	Manuel, siue Emanuel	ibid.
ibid.	ibidem	Alexius Manuelis filius	Germani Cæsares.
ibid.	ibidem	Andronicus Conuenus	Isaacius Angelus
ibid.	ibidem	ibidem	Alexius Angelus
ibid.	ibidem	ibidem	Carolus Magnus
ibid.	ibidem	ibidem	Ludouicus Pius
ibid.	ibidem	ibidem	Lotharius I.
ibid.	ibidem	ibidem	Ludouicus II.
	357	358	332
	357	358	332
	357	358	334
	359	359	ibid.
	359	359	Caro

## I N D E X.

Carolus Calvus Gallus	336	Henricus v.
Ludouicus Balbus Gallie		Philippus
rex	ibid.	Otho IIII.
Carolus III. Crassus	337	Fridericus II.
Arnulphus	ibidem	Rudolphus
Ludouicus IIII.	338	Adolphus
Conradus I.	339	Albertus
Henricus	ibidem	Henricus VIII.
Otho I.	340	Ludouicus IIII.
Otho II.	342	Carolus IIII.
Otho III.	344	Venceslaus
Henricus II.	345	Robertus, seu Rupes
Conradus II.	ibid.	ibidem
Henricus III.	347	Sigismundus
Henricus IIII.	349	Albertus
Henricus V.	350	Fridericus
Lotharius II.	353	Maximilianus
Conradus III.	354	Carolus v.

F I N I S.